UNIV. OF
TORONTO
LIBRARY

R. FRIEDLÄNDER & SOHN
BERLIN
11. Carlstrasse 11.

Gr Lit

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ
ΚΩΜΩΙΔΙΑΙ

ARISTOPHANIS

COMOEDIAE

AVCTORITATE LIBRI PRAECLARISSIMI

SAECVLI DECIMI

EMENDATAE

A

PHILIPPO INVERNIZIO

IVRISCONSVLTO ROMANO

ACCEDVNT CRITICAE ANIMADVERSIONES SCHOLIA

GRAECA INDICES ET VIRORVM DOCTORVM

ADNOTATIONES

VOLVMEN VII

COMMENTARIOS INTERPRETVM COMPLEXVM

CVRAVIT

GVILIELMVS DINDORFIVS

LIPSIAE

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

CIƆIƆCCCXX

LGr
A716I

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ
ΚΩΜΩΙΔΙΑΙ

ARISTOPHANIS
COMOEDIAE

AVCTORITATE LIBRI PRAECLARISSIMI
SAECVLI DECIMI
EMENDATAE
A
PHILIPPO INVERNIZIO
IVRISCONSVLTO ROMANO

ACCEDVNT CRITICAE ANIMADVERSIONES SCHOLIA
GRAECA INDICES ET VIRORVM DOCTORVM
ADNOTATIONES

VOLVMEN VII

COMMENTARIOS INTERPRETVM COMPLEXVM

CVRAVIT
GVILIELMVS DINDORFIVS

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
CIↃIↃCCCXX

COMMENTARII

IN

ARISTOPHANIS

COMOEDIAS

COLLEGIT DIGESSIT AVXIT

GVILIELMVS DINDORFIVS

VOLVMEN V

COMMENTARII IN ACHARNENSES

ET VESPAS

8 1630

LIPSIAE

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

MDCCCXX

COMOEDIAS

21433
6

CODICES, EDITIONES
ET
INTERPRETES HARVM FABVLARVM.

I. ACHARNENSES.

Codices unde variae lectiones afferuntur, sunt Vaticano-Palatinus Kusteri, et tres codices Parisini, quibus Brunckius usus est. Vide initium notarum in Aves. Kusterum codicis Vaticani collatione parum accurata usum esse, vere monuit Brunckius in notis ad hanc fabulam p. 302.

Separatim prodierunt: Aristophanis Acharnenses Graece. edidit, varietate lectionis, animadversionibus vv. dd. suisque, nec non indice vocabulorum instruxit Io. Georg. Christian. Hoepfner. Pars prior. Halae Saxonum MDCCXCVIII.

Praestantissima editio undecim annis post prodiit sic inscripta: *ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΤΣ ΑΧΑΡΝΗΙΣ.* Aristophanis comoedia Acharnenses in usum studiosae iuventutis emendata et illustrata. Oxonii, excudebat Samuel Collingwood: Veneunt apud I. Cooke et I. Parker; et I. Mackinlay, Londini. MDCCCIX. Editorem esse Petrum Elmsleium, tum ex aliis Elmsleii scriptis tum aliunde satis constat *a*).

a) Praefatio viri eruditissimi haec est: „Lectori S. Primus, quod sciam, post Aldum Manutium, Aristophanis Acharnenses ope scriptorum codicum emendare conatus est Ludolphus Kusterus. Is nonnullas scripturae diversitates non magni momenti ex uno libro deprompsit, qui tunc temporis in aedibus Vaticanis adservabatur. In hac parte operis longe maiorem cum Graecarum litterarum cultoribus gratiam iniit Brunckius, qui tres codices, omnes regios Parisienses, satis diligenter usurpasse videtur. Hos ipse vocat A. B. C. in indice vero librorum manu scripto-

rum bibliothecae regiae numerantur 2712. 2715. 2717. Primus in membranis scriptus est, satis antiquus, bonaeque notae. Leguntur in eo septem fabulae Aristophaneae, praeter totidem Sophocleas et sex Euripideas. Maximum inde fructum in Sophoclis editione procuranda percepit Brunckius: in Aristophane minorem quidem, sed tamen minime contemnendum. Reliqui duo codices chartacei sunt, quorum is qui a Brunckio B. dicitur, ex coniectura subinde interpolatus videtur. Alter propius ad scripturam libri membranacei accedit.

Verum inter omnes codices Aristophaneos, qui ad hunc usque diem in lucem prolati sunt, facile principatum obtinet Ravennas, circa saeculum decimum scriptus, cuius notitiam debemus Philippo Invernizio, iurisconsulto Romano, homini, vel se iudice, litterarum Graecarum longe imperitissimo. Is, postquam negotiis forensibus relictis, Aristophani nova luce donando se accinxit, nullam unquam editionem, praeter Brunckianam, inspexisse videtur. Coniecturales Brunckii emendationes, quarum bona pars ne speciem quidem veritatis habet, imprudenti lectori pro ipsis poetae verbis exhibuit. Brunckii menda typographica tantum non omnia summa fide operis Lipsiensibus repetenda commendavit. Inde efficitur ut multis vicibus parum certum sit in quam partem cedat praestantissimi codicis auctoritas. Equidem quod in me erat, facere conatus sum. Quoties libri Ravennatis scripturam diserte repraesentavit Invernizius, id cum lectore meo communicandum duxi. Nec minorem diligentiam in iis locis adhibui, ubi contextum, ut vocant, Brunckianum tacite immutavit.

Quae in editione mea Bentleio tribuuntur emendationes, omnes ex eius libro desumptae sunt, qui in Museo Britannico depositus est. Coniecturas suas in margine editionis Frobenianae exaravit criticorum princeps, quarum maxime memorabiles in usum meum descripsi.

Hanc fabulam, ut audio, paucis abhinc annis in Germania iterum edidit vir in primis doctus [?], cum erudito commentario, luculentoque variarum lectionum apparatu. Quantum ei debeat Aristophanes, nondum datus est mihi locus iudicandi.

Ne forte mireris numerorum notas in mea editione interdum non recto ordine procedere, monendus es id consulto factum esse, ut numeri nostri, quantum fieri potuit, cum Brunckianis convenirent."

In fine additus est index editionum, quibus Elmsleius in notis usus est:

Aeschylus. — Lond. 1663 = Hag. Com. 1745.
Anna Comnena. — Lut. Par. 1651.
Aristides. — Genev. 1604 = Oxon. 1722. 1730. in margine.
Aristophanes. — Argent. 1783.

Aus Aristofanes' Acharnern *b*) Griechisch und Deutsch mit einigen Scholien. Berlin 1812. Editor est F. A. Wolfius.

Aristophanis Acharnenses, textu recognito edidit, Petri Elmsleii adnotationes adiecit Aug. Sander. Hildeshemii MDCCCXX. Librum nondum vidi.

Aristoteles. — Lut. Par. 1629.
Athenaeus. — Genev. 1597. = Lugd. 1612. = Lugd. 1657.
Bentleius de Phalaride. — Lond. 1699. = Lond. 1777. in margine.
Bentleii Epistolae. — Lond. 1807.
Clemens Alexandrinus. — Oxon. 1715.
Dawesii Miscellanea critica. — Oxon. 1781.
Diogenes Laertius. — Amstel. 1692.
Dionysius Halicarnassensis. — Lips. 1775.
Dorvillius in Charitonem. — Amstel. 1750.
Euripides. — Cantab. 1694. = Lips. 1778. — 1788.
Euripidis Hecuba, cum Praefatione Porsoni. Cantab. 1802.
Eustathius in Homerum. — Rom. 1542.
Galenus. — Basil. 1538.
Grammatici Latini. — Hanov. 1605.
Gregorius de Dialectis. — Lugd. Bat. 1766.
Hermannus de Metris. — Lips. 1796.
Hippocrates. — Genev. 1657.
Isocrates. — Lond. 1749.
Iulianus Caesar. — Lips. 1696.
Iulius Pollux. — Amstel. 1706.
Lucianus. — Amstel. 1743.
Moeris Atticista. — Lugd. Bat. 1759.
Opuscula Mythologica, Ethica et Physica. — Amstel. 1688.
Oratores Graeci. — Lips. 1770. — 1775.
Pausanias. — Lips. 1696.
Phrynichi Eclogae. — Trai. ad Rhen. 1739.
Pindarus. — Gotting. 1798.
Plato. — Francof. 1602.
Plutarchus. — Francof. 1599. = Francof. 1620. = Lut. Par. 1624.
Quinctilianus. — Gotting. 1738. = Oxon. 1806.
Scholia in Aristophanem. — Ven. 1498.
Sophocles. — Argent. 1786.
Stobaeus. — Genev. 1609.
Suidas. — Mediol. 1499.
Theophrastus. — Lugd. Bat. 1613.
Timaei Lexicon. — Lugd. Bat. 1789.
Toupius in Suidam. — Oxon. 1790.

b) V. 1 — 324.

Gallica versio legitur in Theatre des Grecs T. X.

Versuch einer metrischen Übersetzung der Acharner des Aristofanes, von C. M. Wieland, in dem neuen Teutschen Merkur von 1794. 8 — 10. Stück.

Versus fabulae 400 — 495. metrice vertit A. W. von Schlegel in den Vorlesungen über dramatische Kunst und Litteratur T. I. p. 317 sqq.

Bentleii adnotationes editae sunt in the Classical Iournal Vol. XXIV. Insunt quaedam etiam Tyrwhitti.

II. VESPAE.

Codice Vaticano-Palatino usum esse Kusterum, constat ex eius praefatione: sed notas in hanc fabulam conscripsit nullas. De duobus codicibus Parisinis, quibus Brunckius usus est, vide initium notarum in hanc fabulam p. 308. Ex veteribus editionibus in hac fabula reliquis longe praestat Iuntina a. 1525. Vid. Reisig. I. p. XVIII. add. quae a me dicta sunt ad v. 55. 113. 147. 172. 341., ubi ἤ με ποίησον, a me revocatum, libri manuscripti auctoritate confirmabit Seidlerus, 367., ubi sola genuinam scripturam conservavit, et alibi.

„*Vespae*, cum latina poetica metaphrasi Q. Septimii Florentis Christiani, curante H. Rumpio. Hamburgi, 1620. 8. Florentis notae sunt quidem receptae in editt. Porti atque Kusteri: at prologum illius, admodum rarum, in istis editionibus desideramus: nec iam voluit Claudius Christianus eum evulgare, sed exemplaria tantum misit familiaribus: in his ad Ios. Iust. Scaligerum, cum epistola (vid. les epistres Françoises a Mr. I. I. de la Scala p. 230.) ex qua Clement. in Biblioth. cur. T. II. p. 85. not. haec excerpsit. „Vous y verrez une partie l' histoire de la ligue, et les qualitez les plus excellentes des peres loyolites naïfement descriptes, avec la chicanerie de nostre palais.“ *Harles.* ad Fabricii B. G. T. II. p. 391. Vere Brunckius ad Vespas p. 495. „Florens Christianus totus est in describendo Scholiasta.“

Gallica versio legitur in Theatre des Grecs T. XI.

Bentleii adnotationes editae sunt in the Classical Iournal Vol. XXV. Insunt quaedam etiam Tyrwhitti.

COMMENTARII

IN

ARISTOPHANIS ACHARNENSES.

Argum. gr. p. 215. exstat in A. C. *Brunck.*

l. 1. In membr. pro *ὑφέστηκεν* est *ἐφέστηκεν*. *Brunck.*

l. 2. Uterque habet *πολεμοποιοῦντας* pro vulgato *προπολεμοῦντας*. *Brunck.*

l. 5. Pro *ἐξάπτοντας* melius legeretur *ἐξαπατῶντας*. *Brunck.* Recepit *Elmsleius.*

l. 5. *Ἀμφιθέου καλουμένου.* Ultimam vocem addunt bini codd. *Brunck.*

l. 9. *τοῖς πολεμιωτάτοις.* Sic membr. In C. *πολεμικωτάτοις*. *Brunck.*

l. 11. *τὰ δίκαια λέγων.* Hae voces in binis codd. additae. *Brunck.*

l. 15. Vulgo *Περικλέους περὶ τοῦ M.* Praepositionem neuter agnoscit cod. Proinde copulam addidi, *Περικλέους, τοῦ τε M. Brunck.*

l. 16. Voces *ἐξ αὐτῶν* in binis codd. additae. *Brunck.*

p. 216. l. 4. *δικαστάς.* Aut *δικαστὰς* et *κριτὰς* confudit Grammaticus, aut *θεατὰς* vel *ἀκροατὰς* scripsit. Hoc nomine spectatores compellat Macho apud Athen. p. 578. B. *Elmsl.* in Auctario.

l. 11. *τινὰς* pro vulgato *τινὰ* e binis codd. adscivi, licet revera unus tantum sit sycophanta, quem aufert Boeotus. *Brunck.* Malim *τινὰ*, ut vulgo ante Bruncknium. *Elmsl.* in Auctario.

l. 13. Bini codd. *προσαγόντων* dant pro vulgato *προσαποστελλόντων*. In reliquis ordo etiam vocum ad codd. fidem immutatus fuit. *Brunck.* Vide varias lectiones.

p. 217. l. 1. *ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθυμένους Ἄρχοντος.* Hunc Archontem vocat *Εὐθύδημον* Diodorus Siculus [XII. 58.] quem sequitur Olympiadum Anagraphe *). Uter melius, difficile est discernere. Nam et fuit alius *Εὐθυμένης* Archon, anno 4. Olymp. 85. et alius etiam Euthydemus, anno 2. Olymp. 87. Ideo miror, siue scripserit *Εὐθυμένης*, siue *Εὐθύδημος*, cur non addiderit *τοῦ μετ' Εὐκλείδη*, vt solet fieri, quoties idem nomen pluries occurrit in Archontibus. Ceterum optime hic Scholiastes natalia eius fabulae notat, et concordant argumenta, quae ex ipsa fabula accipiuntur, ut patebit infra: et nugatur Frischlinus [p. 6.], qui argumentum Latinum huic fabulae praetexuit, dum putat post Lamachi interitum prodiisse hoc drama, et poetam *totius belli incommoda proposito Lamachi interitu demonstrare.* Nam nec in ipsa fabula de Lamachi interitu fit ulla mentio, et pluribus annis ante cladem Siculam et Lamachi interitum prodiisse demonstrabimus et Graeci argumenti veritatem firmabimus. *Palmer.* Acta est haec fabula Olympiadis LXXXVIII. anno tertio, belli Peloponnesii sexto vel septimo. Cum enim Archonte Pythodoro, Olymp. LXXXVII. anno primo iam exeunte exarserit bellum, interdum integrum Pythodori annum bello imputant scriptores, quibuscum consentit noster in Eq. 793. qui *ἀκριβεστέραν* computationem adhibet in huius fabulae v. 266. 890. Archon Euthydemus vocatur a Diodoro Siculo XII. 58. et Athenaeo p. 217. B. 218. B. Euthynus (*Εὐθύνους*) a vitae Thucydidis scriptore [T. II. p. 754. ed. Lips.], Scythodorus corrupte a Scholiaste nostro ad Pac. 605. Consulendus Corsinus ad hunc annum et Olympadis LXXXV. quartum. *Elmsl.*

l. 2. *δεύτερος Κρατῖνος Χειμαζομένοις. οὐ σώζεται. τρίτος Ἔμπολις Νουμηνίαις.* Malim, *δεύτερος Κρατῖνος*

*) Scaligeri post Eusebium p. 321. b.

Χειμαζομένοις· τρίτος Εὔπολις Νουμηνίαις· οὐ σώζονται *). Non minus perierant, aut potius nunquam editae erant, Eupolidis *Νουμηνίαι*, quam Cratini *Χειμαζόμενοι*. Quatuordecim tantum Eupolidis fabulas usurpabant grammatici veteres, quarum nomina subiiciam: *Αἶγες, Ἀστράτευτοι, Αὐτόλυκος πρότερος, Αὐτόλυκος δεύτερος, Βαπταὶ, Δῆμοι, Εἵλωτες, Κόλακες, Μαρικᾶς, Πόλεις, Προσπάλτιοι, Ταξίαρχοι, Φίλοι, Χρυσοῦν γένος*. Quae nomina addunt Meursius aliique ex depravata scriptura orta videntur. *Elmsl.*

Argumentum Aristophanis Grammatici, quod in cod. Rav. ex parte tantum neque in versus descriptum exstat, sic legitur in Brunckii editione:

Ἐκκλησίας οὔσης, παραγίνονταί τινες
παρά τε Βασιλέως **), *καὶ παρὰ Σιτάλκους πάλιν·*
οἱ μὲν στρατιὰν ἄγοντες· οἱ δὲ χρυσίον·
παρὰ τῶν Λακεδαιμονίων δὲ ***) *μετὰ τούτους*
τινὲς
σπονδὰς φέροντες· οὓς Ἀχαρνεῖς οὐδαμῶς
εἴασαν, ἀλλ' ἐξέβαλον· ὧν καθάπτεται
σκληρῶς ὁ ποιητής. αὐτὸ τὸ ψήφισμά τε
Μεγαρικὸν †) *ἱκανῶς φησὶ, καὶ τὸν Περικλέα*
οὐκ τῶν Λακώνων τῶνδε πάντων αἴτιον,
σπονδὰς, λύσιν τε τῶν ἐφεστώτων κακῶν.

---

*) De iisdem verbis *Elmsl.* ad Medeam p. 71. „Verba *οὐ σώζεται* Cratini *Χειμαζομένους* e solis Didascaliis innotuisse significant. Cum aeque ignotae fuisse videantur Eupolidis *Νουμηνίαι* ac Cratini *Χειμαζόμενοι*, quippe quae nunquam a grammaticis allegentur, male fecit huius argumenti scriptor, quod solam Cratini fabulam non exstare monuit."

**) Vulgo legitur *παρὰ Περσῶν*. Sine codd. ope reposui, quod metri lex flagitat. *Brunck.* Recte habet vulgata scriptura, addito ex cod. Rav. *πρέσβεις* initio versus.

***) *δὲ* substitui vulgato *τε*. *Brunck.*

†) *Μεγαρικὸν ἱκανῶς*. Insertam vulgo particulam *ὡς* deleri iussit metri ratio. Ceterum miseros illos senarios codices mei nesciunt. *Brunck.*

OCCASIO ACHARNENSIVM EX FRISCHLINO.

Erat Athenis Aspasia Socratica, mulier speciosissima: cuius fama universam Graeciam compleverat. Hanc impendio amabat Pericles, civitatis Atticae Praetor. Cum autem iuvenes Athenienses temulenti Megaram fuissent profecti, et Simaetham nobile scortum rapuissent: Megarenses dolore iracundiae permoti, Athenas proficiscuntur, et Aspasiae duas meretriculas vicissim auferunt. Hinc belli Peloponnesiaci principium erupit omnibus Graecis, ex tribus meretricibus, ut docet Athenaeus in Dipnosoph. [v. ad 529.] Nam ira percitus Aspasiae amator Pericles, decreto publico sanxit: si quis Megarensis attingeret finem Atticum, ea res homini illi capitalis esset: praetores in solenni iureiurando adderent, ut bis quotannis agrum Megarensem popularentur. Atque hoc plebiscitum Pericles in tabulam retulit. Cum autem Rex Lacedaemoniorum Archidamus suos legatos Athenas misisset, tum ut socios Athenienses pacarent, et ab amicitia Corcyreorum eos averterent, tum vero imprimis, ut hoc illi plebiscitum Megaricum abrogarent: ibi solus Pericles omnibus restitit: et sua pertinacia decretum conservavit, lege obtensa: quae tabulam, in quam plebiscitum esset relatum, vetaret revellere. Etsi autem aliae quoque causae fuerant, quae Atheniensibus infestos reddiderant Peloponnesios: tamen ob illas arma non fuisse sociis illaturos Lacedaemonios, si Athenienses adduci potuissent, ut plebiscitum Megaricum facerent irritum: autor est Plutarchus. Confirmati igitur ad arma cives orationibus Periclis, obtemperant illi: et res suas, liberos, coniuges et omne instrumentum domesticum ex agris in urbem comportant: iumenta et oves in Euboeam mittunt: ut refert Thucydides, qui hanc migrationem difficilem fuisse Atheniensibus tradit: propterea, quod plerique eorum ruri vivere consuevissent. Magnis paulo post copiis Lacedaemonii cum sociis (inter quos erant etiam Boeotii) Rege Archidamo duce, Atticam ingrediuntur, et devastatis praediis ac vitibus excisis, foedatisque finibus, Acharnas usque,

quae Attica curia fuit, perveniunt. Nam, autore Thucydide, cives Acharnenses, praecipuam partem urbis, neutiquam putabat Archidamus passuros esse vastationem suorum fundorum, sed reliquos omnes ad pugnam incitaturos: aut ubi res suas amisissent Acharnenses, non proinde promtos fore credebat ad pugnandum pro aliis, et forte seditionem inter illos futuram esse. Haec Archidamo fuisse consilia sedenti ad Acharnas, refert Thucydides. Conflagrantibus postea, in conspectu civium, praediis et agris, ipsi concurrere et coetus facere incipiebant, in quibus multum altercationum erat, cum alii ad erumpendum incitatores essent, alii quidam dehortarentur. Vates item oracula decantabant varia, neque inter se consentientia, quae quisque, sicut affectus erat, ita accipiebat. Acharnenses porro, ut qui sibi non minima pars civitatis esse videbantur, populum ad pugnam, quam maxime instigabant. Denique tota civitas commota erat, et Pericli irata, qui cives ab eruptione prohibebat, et huius belli autor fuerat. Inter hos etiam Cleo fuit, teste Plutarcho: qui, ubi civitatem in illum incensam vidit, auram popularem captans, acriter mordebat Periclem. Verum nihil iftorum movit Periclem, sed ignominiam moderate tulit, et eos, qui angebantur ob vastationem agrorum, demulsit, dicens arbores caesas et deiectas mox renasci: virorum caesorum iterum non promtam fore facultatem. Navibus in Peloponnesum dimissis terram hostium per legatos vastavit: ipse terrestri exercitu in fines Megaricos ducto, eos undequaque conculcavit. Paulo post foedus et amicitiam ineunt Athenienses cum Nymphodoro Abderita: cuius sororem habebat Sitalces Rex Thracum, per quem etiam Regem ipsum sibi adiungunt. Nam Athenas veniens Nymphodorus foedus et societatem Sitalcae cum Atheniensibus conciliavit, et Sadocum filium Sitalcae civem Athenis fecit: atque Atheniensibus pollicitus est, se bellum, quod gerebatur in Thracia, compositurum esse, et apud Sitalcen persuadendo effecturum, ut in Thracia conscriptas copias equitum et peditum, peltis utentium, auxilio Atheniensibus mitteret. Conciliavit etiam Perdiccam, filium Alexandri, Regem Macedonum, Atheniensibus, ut sua cum illis arma coniungeret. Cum autem multis ultro citroque cladibus illatis bellum in tam longum ducceretur, multi cives desiderio agrorum et tranquillitatis publicae, arma detestabantur: quanquam plures initio, inter quos erant Acharnenses praecipui, vindictam expetebant, ut

acceptas clades in hostibus ulciscerentur. Senatus vana spe populum lactabat: de pace nihil consultabat, sed tantummodo magnificis promissis de affuturis Regum auxiliis plebem deliniebat. Huc accedebat, quod Athenienſes stulta ambitione Alcibiadis incitati, anno belli 17. cum in spem venissent Siciliae totius occupandae, suos illo misissent exercitus, ducibus Alcibiade, Nicia et Lamacho. In hoc enim bello duo dúces Nicias et Lamachus, amissis quadraginta millibus hominum, perierunt, sicut historiam huius belli recitat Thucydides lib. 6. Hinc occasionem traxit Aristophanes, ut praesentem scriberet Comoediam: in qua stulta Atheniensium consilia et plebisciti Megarici immanitatem, ideoque totius belli incommoda proposito Lamachi interitu demonstrat [cf. Palmerium supra p. 2.], pacemque cum Lacedaemoniis ineundam suadet, commonstratis omnibus, quae pacem comitari solent, operibus et commodis.

ARGVMENTVM FABVLAE, EODEM FRISCHLINO AVCTORE.

Initio quendam civem Atticum, Dicaeopolin (quasi dicas, Iustum civem) introducit, qui de perverso Reip. statu queritur, et vitia quaedam Atheniensium partim risu, partim fletu digna, comice perstringit: ut, quod Aeschyli poematibus neglectis, Theognidis aut Euripidis fabulas audiant: et quod pacem non promoveant, sed de aliis rebus consultent. Ingressis in scenam Senatoribus, statim adest caduceator sive praeco, qui singulos hortatur, ut suam quisque dicat sententiam. Ibi Amphitheus, quod pacem et foedus cum Spartanis ineundum ſuaderet, e curia eiicitur, frustra indignante Dicaeopoli. Postea audiuntur legati, a rege Persico cum Pseudartabano, eiusdem Satrapa reversi. Hi in concilio suas comessationes et luxum Persicum exponunt. Tandem productus Pseudartabanus regis sui mandata lingua Persica commemorat: cuius verba cum praeco perperam ac falso interpretaretur de auro, quod rex missurus esset, Dicaepolis, remotis arbitris, longe aliud ex ipso comperit. Quare vana spe populum lactari intelligens, sibi consilium capit, et Amphitheum ad Lacedaemonios ablegat, ut

sibi cum Lacedaemoniis foedus faciat. Interim a caduceatore vocatur in Senatum Theorus, hoc est, spectator, ut Sitalcis Thracum regis responsum de auxiliis et societate belli exponat. Verum is consimili vanitate populum ludificat, et magnifica regis auxilia et promissa commemorat. Reversus interim Lacedaemone, Amphitheus secum inducias et foedera refert. Verum deprehensus ab Acharnensibus, qui propter vineta devastata, Spartanis graviter infensi erant, vim persequentum aegre effugit. Dicaeopolis acceptis ab eo foederibus domum laetus abit: et, ut gratus sit diis immortalibus, ruri Choas, quod Bacchanale erat festum, celebrare instituit. Huic imminet ex improviso Chorus senum Acharnensium, qui Amphitheum, fuga elapsum, quaerit, ut ab eo poenas sumat, quandoquidem ille foedus cum atrocissimis hostibus pepigisset. Egressus domo cum servo, uxore et filiabus, Dicaeopolis Choas agere parat. Ibi servus Priapum in palo, filia calathum, mater pultem et coclear gestat. Ubi ista Chorus animadvertit, illico Dicaeopolin pro Amphitheo comprehendit: eique lapidibus intentis, mortem comminatur, neque ullas excusationes admittit. Cum vero alia ratione se non posset defendere, vicissim illis minatur, nisi audiatur, sese Acharnensium obsides violaturum. Prolato mox cophino carbonibus oppleto, necem Dicaeopolis stricto ense intentat. Quo spectaculo carbonarii Acharnenses commoti, et carbonum tanquam liberorum miserti, Dicaeopolin abiectis lapidibus audiunt, et sententiam de Lacedaemoniis libere dicere ultro iubent. Sed ille prius quam peroret, habitum ut sibi mutare, et mendici vestibus amiciri liceat, ab Acharnensibus petit. Ea re impetrata, Euripidem accedit, qui heroas in Tragoediis mendicos producere solebat, eumque exorat, ut Telephi habitu ipsum amiciat, et reiiculas concedat, quibus Dicaeopolis contra Acharnicos se defendat. Habitu mendici accepto, iam avarus et petax redditus, ut fert mendicorum natura, quorum pera nunquam impletur, modo aliud ab Euripide postulat, ac difficulter admodum ab ostio removetur. Rediens ergo ad suos Acharnenses, Dicaeopolis eleganti oratione Lacedaemonios excusat, culpam in Periclis iam defuncti pertinaciam, et Megarensium miseriam reiicit: quae duo Lacedaemonios impulisse ait, ut primum opem tulerint oppressis: deinde vastatis Atheniensium vineis, et Atticae agris, Atheniensibus gratiam reposuerint. Hoc cognito pars Chori Dicaeopolidi assentitur, pars (vt fit) graviter illi succen-

set, et Lamachum ducem exercitus advocat. Ab hoc petunt, ut proditorem istum armis opprimat. Sed is, cum armatus accurreret, salse a Dicaeopolide irridetur, et tanquam mollis ac cinaedus, cum suis armis exploditur. Nam pauper et inops, compilatis Reip. commodis, ad summas opes et honores, malis artibus pervenerat. Lamacho minante bellum se cum Peloponnesiis continuaturum, Dicaeopolis contra forum et Emporia Attica Megarensibus et Thebanis se permissurum affirmat. Eo degresso, Chorus Aristophanem laudat, ut patriae amantem, et bene consulentem Reipub. quod regis Persarum testimonio confirmat. Deinde Athenienses accusat, quod veteranos milites negligant, et a iunioribus per calumnias eo deferri, accusari et opprimi patiantur. In strophis vero et antistrophis, invocata Musa Acharnica, hortatur Athenienses, ut bene meritis dignam reddant gratiam. Concesso Megarensibus et Boeotis foro Attico, advenit Megareus cum duabus filiabus, quas fame adductus vendere constituit, et iocose admodum utramque in porcos transformat, ipsasque sacco indit. Dicaeopolis ubi hunc videt, mercem licetur: porcos contrectat: iocatur, et tantem mercatur. Forte intervenit huic contractui Sycophanta, qui se mercatorem cum suis mercibus delaturam et quadruplaturum esse comminatur. Eum repellit Dicaeopolis, et receptis ad se porcis, Megareo cepas et salem, loco pretii persolvit. Accedit deinde Boeotius, cum omnis generis mercibus, ceu herbis, volucribus, feris, piscibus, easque res in foro Attico venum exponit. Ab hoc Dicaeopolis opsonia ad festivitatis suae Choicae celebrationem necessaria mercatur. Nicarchus Sycophanta postquam esset minatus, instinctu Chori ab vtroque male multatur, et facta commutatione mercium, ipse servi humeris imponitur pro urceo, et in Boeotiam deportatur. Quibus peractis, famulus Lamachi Dicaeopolidem adit, et heri sui nomine turdos atque alias lautitias ab eo petit, sed nihil impetrat. Ex qua re Chorus spem pacis concipit, et bellum, in quod antea toto animo consistebat, iam execratur. At Dicaeopolis incoeptas Choas peragit, et collaudata pace, eam sibi uxorem iungit, plurimis enumeratis illius commodis. Accedit deinde caduceator, qui reliquae plebi Choas indicit, eamque ad bibendum epulandumque hoc pacis tempore exhortatur. Paulo post gemens ac plorans accurrit agricola, cui boves ademerant Boeotii. Petit a Dicaeopolide, ut sublato bello, pacem cum Thebanis faciat. Sed quia sibi soli foedus

comparaverat Dicaeopolis, nihil obtinet agricola. Advolat item Paranymphus cum pronuba, et sponsi sponsaeque nomine Dicaeopolidem orat, vt pacem cum hostibus faciat, ne novus maritus in militiam evocatus, a coniugis amplexu avellatur. Tum duo prodeunt nuncii, quorum alter Lamacho, homini turbarum et belli studioso, repentinam hostium irruptionem annunciat, et in armis esse iubet: alter Dicaeopolidem pacis cupidum, ad coenam sacerdotis Bacchi invitat. Hac occasione arrepta, Dicaeopolis Lamachum irridet, armaturam eius exibilat, et militari duritiei, bellique calamitatibus, commoda, et voluptates pacis, lepide opponit. Quibus digressis, altero quidem in bellum, altero vero ad coenam, Chorus Antimachum quendam exagitat, et omnibus diris devovet, ipsumque obiter Cratinum vellicat. Nulla ibi mora interposita adest nuncius e castris, qui Lamachi heri sui cladem ac vulnera exponit, omnesque servos ad curationem vulnerum iubet accurrere. Eum e vestigio insequitur Lamachus, et miserabili clamore cladem acceptam deplorat, bellumque execratur. Dicaeopolis, ubi miserum videt, salse irridet, et multis sarcasmis turbulento homini insultat. At ipse Choro applaudente, utrem praemii loco, quod fortiter in festo Bacchi bibisset, ab Acharnensibus accipit.

ACHARNENSES FABVLA

QVANDO ET QVO SVCCESSV ACTA FVERIT.

EX SAMVELIS PETITI MISCELL. LIB. I. CAP. IV.

Exstat haec fabula, quam docuit Aristophanes, quum Practor Athenis esset Euthydemus post Euclidem, anno tertio Olymp. LXXXVIII. Nam anno sexto a bello Peloponnesiaco acta est, ut ipse testatur [256 — 269.]: *ἕκτῳ σ' ἔτει προσεῖπον* etc. Veteres magistri ad h. l. *Ἕκτον γὰρ ἦν λοιπὸν ἔτος, ἀφ' οὗ ὁ πόλεμος Ἀθηναίοις πρὸς Πελοποννησίους συνέστη.* Hic autem annus incidit in annum tertium Ol. LXXXVIII., Praetore Athenis Euthydemo, ut patet e Fastis, ubi anni Olympiadum et Archontes Athenienses adnotabantur.

Olympias LXXXVII.

Anni Olymp.	Archontes.
I.	Pythodorus.
II.	Euthydemus.

Incipit bellum Peloponnesiacum.

III.	Apollodorus.

Annus secundus belli.

IV.	Epaminondas.

Hic annus erat tertius belli.

Olympias LXXXVIII.

I.	Diotimus.

Primum suorum dramatum *Δαιταλεῖς* docuit Aristophanes. Annus erat IV. belli.

II.	Euclides.
Acta est fabula *Babylonii.*	Annus erat V. belli.
III.	Euthydemus.
Annus belli VI. inibat.	*Acharnenses* edidit Aristophanes.

Atque haec erant satis: sed ne quis dubitationi sit locus id etiam probari potest ex Aristophanis Schol. ad haec verba [65 sqq.]: *ἐπέμψαθ' ἡμᾶς ὡς βασιλέα τὸν μέγαν — ἐπ' Εὐθυμένους Ἄρχοντος.* Scholia: *πρὸ δώδεκα ἐτῶν ἦρχεν ὁ Εὐθυμένης Ἀθήνησι:* hoc est, anno duodecimo, ex quo Euthymenes Praetor Athenis fuit, acta est haec fabula. Annus autem ille duodecimus ab Euthymene incidit in Praeturam Euthydemi. Nam anno quarto Olymp. LXXXV. Praeturam gessit Euthymenes. Annus ab eo duodecimus est annus tertius Olymp. LXXXVIII., Archonte Euthydemo. Itaque delenda censeo illa Anonymi *a*) in descriptione Olympiadum ad annum quartum Olymp. LXXXV., qui Praetorem habet Euthymenem: *Ἀχαρνεῖς Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθησαν ἐν Ληναίοις.* Simile mendum occupaverat veteres illas Didascalias praefixas huic dramati: *ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθυμένους Ἄρχοντος.* Rescribo *ἐπὶ Εὐθυδήμου.* Huic emendationi firmandae accedat et haec ratio: primam suarum fabularum *Dactalenses* docuit Aristophanes, Praetore Athenis Diotimo. Diotimi Praetura incidit in annum primum Olymp. LXXXVIII., Euthydemo post Euclidem Praetore, non vero Euthymene, a cuius Euthymenis Praetura, anno demum decimo, Diotimo Archonte, primum suum drama commisit Ari-

a) Scaligeri (v. Valck. ad Theocr. Adoniaz. p. 269.) p. 321. a.

stophanes. Docuit autem *Acharnenses* actore Callistrato, Liberalibus Lenaeis. Didascaliae veteres: *ἐδιδάχθη ἐν Ληναίοις διὰ Καλλιστράτου.* Vetus interpres ad hanc fabulam [377.]: *τὰ δὲ Λήναια ἐν τῷ μετωπώρῳ ἤγετο· ἐν οἷς οὐ παρῆσαν οἱ ξένοι, ὅτι τὸ δρᾶμα τοῦτο οἱ Ἀχαρνεῖς ἐδιδάσκετο.* Aristophanes ipse [507.]: *οὐ γάρ με καὶ νῦν διαβαλεῖ Κλέων, ὅτι ξένων παρόντων τὴν πόλιν κακῶς λέγω. αὐτοὶ γὰρ ἐσμέν, οὔπι Ληναίῳ τ' ἀγών.* Scholia: *μόνοι Ἀθηναῖοι χωρὶς τῶν συμμάχων καὶ ξένων. χειμῶνος γὰρ λοιπὸν ὄντος εἰς τὰ Λήναια καθῆκε τὸ δρᾶμα.* Placuit, atque victor renunciatus est contra Antagonistas Cratinum et Eupolim. Didascaliae: *καὶ πρῶτος ἦν Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσι. δεύτερος Κρατῖνος Χειμαζομένοις. τρίτος Εὔπολις Νυμφαίοις.* — Haec Palmerius.

Quod in Didascaliis traditur, Lenaeis hanc fabulam actam esse, id nuper in dubitationem vocatum est a Kanngiessero (*Die alte komische Bühne in Athen.*) in his, quae de Dionysiis scripsit (p. 245 — 336.) contra Ruhnken. in Auctar. ad Hesychium T. I. c. 999. Quae quum in libro ipso legi possint, satis habemus ex Hermanni censura illius libri (in Diariis Lipsiensibus anni 1817. Nr. 59. 60. integra huc transferre quae ad totam illam rem spectant. Sic igitur vir praestantissimus:

Bekanntlich hatte sich Ruhnkenius in dem Auctarium zum Hesychius gegen die von andern aufgestellte Meinung erklärt, dass die *Λήναια* und *Διονύσια κατ' ἀγρούς* dasselbe Fest seyen, und vielmehr behauptet, die *Λήναια* gehören zu den *Ἀνθεστηρίοις.* Diese Meinung, die dem ersten Anscheine nach eben so viel für sich als gegen sich hat, ist durch das Ansehen des Mannes jetzt die herrschende worden. Was jedem auffallen muss, dass die von Ruhnkenius aufgestellten Beweise nicht nur nicht die gehörige Klarheit haben, sondern manches auch durch blosse Machtsprüche beseitigt werde, sah auch Hr. K. Er nun, der der entgegengesetzten Meinung zugethan ist, schlägt, obwohl mit Einmischung einer Menge überflüssiger Dinge und leerer Einbildungen, doch den richtigen Weg ein, die Meinung seines Gegners in ihren einzelnen Beweisen zu prüfen, und diese Prüfung ist ihm im Ganzen recht wohl gelungen. Seine Meinung ist mit wenig Worten diese: Nur an zweyen Dionysien wurden Schauspiele gegeben, an denen in der Stadt und denen auf dem Lande. Da die Alten, wenn sie von Schauspielaufführungen reden, mehrmals die Lenäen den Stadtdionysien entgegenset-

zen, so ist es wahrscheinlich, dass Lenäen und ländliche Dionysien ein und dasselbe Fest sind. Ja es gibt dafür ausdrückliche und unverwerfliche Zeugnisse. Will man hingegen mit Ruhnkenius die Anthesterien mit den Lenäen für eines annehmen, so steht das entgegen, dass an den Anthesterien, wenigstens in der Regel, keine Schauspiele gegeben wurden, indem diese erst durch eine Verordnung des Redners Lykurg wieder eingeführt worden sind, nachdem sie lange Zeit unterblieben waren. Wahrscheinlich, meint Hr. K. wurden zuerst in dem dritten Jahre der 93. Olympiade an den Anthesterien Schauspiele gegeben, bald darauf aber schlief diese Neuerung wieder ein. Ueberhaupt aber sind alle von Ruhnkenius angeführte Gründe unhaltbar, und sprechen vielmehr bey genauerer Prüfung für das Gegentheil.

Damit diese allerdings sehr streitige Sache leichter übersehen werden könne, indem uns weder Ruhnkenius, der hier nicht mit der gehörigen Unbefangenheit zu Werke ging, Gnüge leistet, Wyttenbach aber gegen Oderico in der Bibliotheca critica T. II. P. II. mit gewohnter Parteylichkeit verfuhr, und Spalding in der Dissertatio de Dionysiis in den Abhandlungen der philosophischen Classe der Berliner Akademie, so wie Böckh, Graec. Trag. princ. c. 16. sich durch Ruhnkenius blenden liess, wollen wir kürzlich die Hauptmomente, auf denen die Entscheidung beruht, einander gegenüber stellen. Es sind aber überhaupt drey Fälle denkbar.

I. *Die Lenäen und die ländlichen Dionysien sind ein und dasselbe Fest.* Für diese Meinung spricht nicht blos das Zeugniss des Scholiasten zu den Acharnern V. 201. 503., sondern auch des Apollodor bey dem Stephanus von Byzanz in dem Worte *Λήναιος*. Diesem Zeugnisse steht entgegen, dass die Wespen *ἐν πόλει εἰς Λήναια* gegeben seyn sollen: allein schon der Ausdruck *ἐν πόλει*, noch mehr aber andere Gründe nehmen diesem Beweise alles Gewicht; ferner dass nach dem Hesychius unter *Λιμναγενὶς* die Lenäen *ἐν Λίμναις*, einem Orte in der Stadt, wo die Anthesterien begangen wurden, gefeyert seyn sollen, sodann, dass, nach eben diesem Grammatiker, unter *ἐπὶ Ληναίῳ ἀγῶν* das Lenäon *ἐν ἄστει* gewesen seyn soll; (indessen ist diese Stelle manchem Zweifel unterworfen) nicht minder, dass Hesychius, das rhetorische Lexikon, die Scholiasten des Plato und Aeschines, ausdrücklich die *Διονύσια κατ' ἀγροὺς*, die *Λήναια*,

und die *Διονύσια κατ' ἄστυ* unterscheiden, obwohl auch hierbey manche Zweifel an der Richtigkeit der Angabe eintreten. Weiter folgert man die Verschiedenheit der Lenäen von den ländlichen Dionysien aus der Erzählung des Scholiasten zu den Acharnern V. 960., dass Orest zu dem Lenäenfest gekommen sey, und, weil man, um ihn weder auszuschliessen, noch Theil nehmen zu lassen, beliebte, jeder solle aus seinem eignen Kruge trinken, so das Fest der Choen, die ein Theil der Anthesterien sind, seinen Ursprung erhalten habe. Dass aber dieser Beweis nicht haltbar sey, leuchtet von selbst ein, wenn man bedenkt, dass die Anthesterien das älteste Dionysienfest sind, und mithin, wenn es auch jenen fabelhaften Ursprung hatte, doch darum die später zu Athen gewöhnlichen Lenäen etwas ganz verschiedenes seyn konnten. Endlich nimmt man den Hauptbeweis aus den Acharnern des Aristophanes, in welchen die ländlichen Dionysien von den Lenäen unterschieden, die letztern aber mit den Choen und Chytren, also mit den Anthesterien, als gleichbedeutend aufgeführt werden sollen. Dieser letzte Beweis ist aber noch problematisch, indem jene Stellen der Acharner verschieden gedeutet werden können.

II. *Die Lenäen sind ein besonderes Fest b*). Für diese Meinung könnten die Lexikographen u. Scholiasten angeführt werden, welche die Lenäen sowohl von den ländlichen Dionysien, als von denen in der Stadt unterscheiden, obwohl sie durch gänzliches Uebergehen der Anthesterien der sogleich zu erwähnenden dritten Meinung Raum geben.

III. *Die Lenäen sind eins mit den Anthesterien.* Ein ausdrückliches Zeugniss giebt es für diese Behauptung nicht. Allein die Gründe, die man dafür beybringt, sind folgende. Hesychius sagt, die Lenäen werden *ἐν Λίμναις* gefeyert: diess aber ist der Platz für die Anthesterien. Hiermit stimmt eben desselben Nachricht, dass das Lenäon *ἐν ἄστει* gewe-

---

b) Hoc unice verum esse demonstratum est a Boeckhio in dissertatione de Lenaeis, Anthesteriis et Dionysiis (*in den Denkschriften der Berliner Akademie, Hist. Philol. Klasse.* 1816 — 1817.), qua ostendit, Lenaea, diversa a Dionysiis ruralibus et ab Anthesteriis, acta esse mense, qui Ionibus Lenaeon, Atticis Gamelion dicitur.

sen, und, was auch mehrere Grammatiker bekräftigen, dass auf demselben vor Erbauung des Theaters Schauspiele gegeben worden, ingleichen die Unterscheidung der Lenäen von den ländlichen und Stadtdionysien, überein, jedoch nicht sowohl als bestätigend, denn als nicht widersprechend. Dann aber wird wieder der Hauptbeweis aus den Acharnern geführt, wo Lenäen gleichbedeutend mit Choen und Chytren genannt werden sollen. Entgegen steht dieser Meinung erstens die Auctorität des Apollodor und des Scholiasten des Aristophanes, welche die Lenäen für eins mit den ländlichen Dionysien ausgeben; zweitens mehrere Stellen der Alten, in denen Chytren und Lenäen als besondere Feste von einander unterschieden werden; drittens das, dass es überhaupt problematisch ist, ob an den Anthesterien Schauspiele aufgeführt worden sind, indem diese ganze Vermuthung bloss auf dem, was Plutarch von dem Redner Lykurg berichtet, und zwei unsichern Stellen, einer des Arisophanes, der andern des Diogenes Laertius, beruht.

Das Resultat von diesem allen ist folgendes. Dass an den Dionysien auf dem Lande, und den in Frage stehenden Lenäen Schauspiele gegeben worden sind, ist ausgemacht; ob auch an den Anthesterien, ist problematisch. Dass die Lenäen mit den ländlichen Dionysien ein Fest sind, besagen ausdrückliche und unverwerfliche Zeugnisse; dass sie in der Stadt gefeyert worden, hat zwar auch seine Zeugnisse für sich, aber nicht solche, die allen Zweifel ausschlössen; endlich dass sie mit den Anthesterien eins sind, beruht blos auf Schlüssen, denen klare Zeugnisse, dass sie mit diesen nicht eins sind, entgegenstehen. Unter solchen Umständen ist es allerdings wahrscheinlicher, dass die durch Ruhnkenius verbreitete Meinung irrig sey. Indessen darf dieser Schein nicht zum Vorurtheile werden. Wir wollen daher die einzelnen Gründe durchgehen, und ihre Haltbarkeit prüfen. Hr. K. der in dem Anhange zum dritten Capitel eine Widerlegung von Ruhnkenius lieferte, musste natürlich eine andere Ordnung befolgen, an welcher wir nichts auszusetzen haben, obwohl wir hier, wo nicht widerlegt, sondern geprüft werden soll, dieselbe verlassen müssen.

Dass die Lenäen mit den ländlichen Dionysien eins seyen,

behauptet der Scholiast zu den Acharnern *c*) V. 201. *τὰ καὶ ἀγροὺς Διονύσια· τὰ Λήναια λεγόμενα. ἔνθεν τὰ Λήναια καὶ ὁ ἐπιλήναιος ἀγὼν τελεῖται τῷ Διονύσῳ. Λήναιον γάρ ἐστιν ἐν ἀγροῖς ἱερὸν τοῦ Διονύσου, διὰ τὸ πλεκτοὺς ἐνταῦθα γεγονέναι, ἢ διὰ τὸ πρῶτον ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ ληνὸν τεθῆναι.* Und zu V. 503. *οὗ πὶ Ληναίῳ τ' ἀγών· ὁ τῶν Διονυσίων ἀγὼν ἐτελεῖτο δὶς τοῦ ἔτους· τὸ μὲν πρῶτον ἔαρος ἐν ἄστει, ὅτε οἱ φόροι Ἀθήναζε ἐφέροντο· τὸ δεύτερον ἐν ἀγροῖς, ὁ περὶ Ληναίῳ λεγόμενος, ὅτε ξένοι οὐ παρῆσαν Ἀθήνῃσι· χειμὼν γὰρ λοιπὸν ἦν.* Sodann Stephanus von Byzanz *d*): *Λήναιος, ἀγὼν Διονύσου ἐν ἀγροῖς, ἀπὸ τοῦ ληνοῦ. Ἀπολλόδωρος ἐν τρίτῳ χρονικῶν· καὶ Ληναϊκός, καὶ Ληναιεύς. ἔστι δὲ καὶ δῆμος.* Diese Zeugnisse stehen vollkommen fest, und wer sie nicht will gelten lassen, muss, wie Ruhnkenius und seine Anhänger thun, sie geradezu durch einen Machtspruch für irrig erklären, was eine sehr missliche Sache ist. Denn wenn man auch allenfalls die Scholiasten verdächtig machen könnte, als welche zu ihrer Angabe durch eine unrichtige Erklärung der Worte des Dichters verleitet worden seyen, so lässt sich doch gegen den Apollodor nichts einwenden. Aber auch selbst die Scholiasten sprechen hier so entschieden und so ausführlich, dass man nicht zweifeln kann, sie haben aus alten und guten Quellen geschöpft.

Entgegen scheint diesen Zeugnissen zu stehen die Didaskalie der Wespen bey dem Scholiasten zu diesem Stücke V. 279. *ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀμεινίου διὰ Φιλωνίδου ἐν τῇ πόλει Ὀλυμπίων ἦν β', εἰς Λήναια.* Hr. K. (N. V. seiner Widerlegung) bemerkt mit Recht, dass *ἐν πόλει* für *ἐν ἄστει* nicht der rechte Ausdruck sey. Er verbessert daher so: *ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀμυνίου διὰ Φιλωνίδου ἐν τῇ πθ' Ὀλυμπιάδι ἔτει β' εἰς Λήναια.* Wenn auch an dieser Verbesserung, auf die Hr. K. nicht der einzige gekommen ist, noch einiges zu ändern seyn dürfte *e*), so ist sie doch unstreitig in der Hauptsache richtig, und so verliert diese Stelle ihre Kraft als Gegenbeweis. Ferner Hesychius: *Λιμναγενές· Λίμναι, τόπος ἐν Ἀθήναις, ὅπου τὰ Λήναια ἤγετο.* Odericos Einfall,

---

c) Cf. Boeckh. l. l. p. 20 sq. edit. seorsum factae. (p. 66. in commentatt. Academ. Berol.)

d) Boeckh. p. 19. (65.)

e) Boeckh. p. 26. (72.)

ὅπου τὰ Λιμναῖα ἤγετο, hat nichts als die innere Uebereinstimmung der Worte für sich, so lange nicht gezeigt werden kann, dass Λιμναῖα der Name eines Festes, und eines in den Limnen gefeyerten Festes ist. Hr. K. der hiervon N. X. handelt, geräth hier mit sich selbst in Widerspruch, indem er, da er doch selbst den Hesychius als einen Compilator schildert, behauptet, dieser Grammatiker würde nicht ἐν Ἀθήναις, sondern Ἀθήνῃσι, nicht ὅπου, sondern ἔνθα oder ἐν ᾧ geschrieben haben; daher er alles, was nach λίμναι steht, als den Zusatz eines höchst unwissenden Menschen weggestrichen haben will. Mit einem solchen Verfahren kann man freylich alles zwingen. Weit besser hätte Hr. K. gethan, wenn er sich begnügt hätte, die Richtigkeit dieser Nachricht in Zweifel zu ziehen, und zu vermuthen, der Lexikograph habe irgendwo gefunden, Λήναιον, τόπος ἐν Ἀθήναις, ὅπου τὰ Λήναια ἤγετο, was aber so undeutlich geschrieben war, dass er Λίμναι statt Λήναιον las. Eine zweyte Stelle des Hesychius ist diese *f*): ἐπὶ Ληναίῳ· ἀγών ἐστιν ἐν τῷ ἄστει, Λήναιον, περίβολον ἔχων μέγα, καὶ ἐν αὐτῷ Ληναίου Διονύσου ἱερόν, ἐν ᾧ ἐπετελοῦντο οἱ ἀγῶνες πρὶν τὸ θέατρον οἰκοδομηθῆναι. Der Etymolog S. 361, 39. Photius, das rhetorische Lexikon (Bekker. Anecd. T. I. p. 278. 8.) sagen dasselbe, aber alle lassen ἐν ἄστει aus. Küster und andere wollten bey dem Hesychius lesen: ἐπὶ Ληναίῳ ἀγών, τόπος ἐστὶν ἐν ἀγροῖς Λήναιον, περίβολον ἔχων μέγαν. Aber auch was Ruhnkenius, oder vielmehr lange vorher Meursius *de populis Atticae* geschrieben wissen will, ἐπὶ Ληναίῳ ἀγών, ἔστιν ἐν τῷ ἄστει Λήναιον περίβολον ἔχον μέγαν, hat wenig Wahrscheinlichkeit für sich. Dass die Stelle verdorben ist liegt am Tage; aber auch wenn die Worte ἐν ἄστει weggeschafft werden, ist noch nicht viel gewonnen, wenn nicht der Zusatz, dass dort vor Erbauung des Theaters Schauspiele gegeben worden, so ausgelegt werden kann, dass man nicht auf einen Ort in der Stadt zu schliessen genöthigt ist. — Es folgt eine andere Stelle des Hesychius: Διονύσια· ἑορτὴ Ἀθήνῃσιν, ἣ Διονύσῳ ἤγετο, τὰ μὲν κατ' ἀγροὺς, μηνὸς Ποσειδεῶνος· τὰ δὲ κλαῖα, (lies Λήναια) μηνὸς Ληναιῶνος· τὰ δὲ ἐν ἄστει, Ἐλαφηβολιῶνος. Hiermit stimmen überein das rhetorische

f) Boeckh. p. 23. (69.) Tentavit h. l. Elmslei. ad Acharn. p. 140.

Lexikon (Bekker Anecd. T. I. p. 235, 6.), der Scholiast des Plato S. 167. und der des Aeschines S. 729. nur dass im rhetorischen Lexikon statt des Lenäon der Gamelion, bey dem Scholiasten des Plato aber der Mämakterion genannt wird. Diese der ersten Behauptung, dass Lenäen und Landdionysien eins seyen, geradezu widersprechende Nachricht wird mit ihr in Einstimmmung gebracht durch einen andern Scholiasten des Aeschines, der die Worte *τὰ δὲ Λήναια μηνὸς Ληναιῶνος* ganz weglässt. Und diese Worte sind auch allerdings, wie Hr. K. N. Xl. zeigt, ziemlich verdächtig, nicht nur wegen der darin vorkommenden Abweichungen, sondern auch weil sie einen in Athen ungebräuchlichen Namen nennen. Denn Lenäon war ein Ionischer Monat, über welchen Spalding nachzusehen ist. *Ληναιῶνος* aber, was deutlich bei dem Scholiasten des Aeschines steht, ist gewiss die wahre Lesart, da auch bey dem Hesychius unter dem Worte *Ληναιὼν* bemerkt wird, in diesem Monat seyen bey den Atheniensern die Lenäen gefeyert worden. Ruhnkenius verfährt hier mit unverzeihlicher Akrisie, wenn er meint, Hesychius habe es für zweckmässiger gehalten, statt des Anthesterion den nicht mehr gebräuchlichen Namen Lenäon, als welcher diesen Namen von den Lenäen erhalten habe, zu setzen g). Weit sinnreicher ist Hrn. K.s Vermuthung, Hesychius habe geschrieben: *τὰ μὲν κατ' ἀγροὺς, μηνὸς Ποσειδεῶνος, τὰ Λήναια· τὰ δὲ ἐν ἄστει, Ἐλαφηβολιῶνος.* Abschreiber, welche nicht sahen, dass die Worte *τὰ Λήναια* Apposition seyen, haben aus dem Hesychius selbst unter dem Worte *Ληναιὼν* die Ergänzung, *τὰ δὲ Λήναια, Ληναιῶνος,* genommen; andere haben den fremden Namen in *Γαμηλιῶνος* und in *Μαιμακτηριῶνος* verwandelt, indess der eine von den Scholiasten des Aeschines die Sache richtig verstanden, und die Lenäen, als eins mit den ländlichen Dionysien, gar nicht erwähnt habe. Uebrigens ist auch wirklich der Lenäon, wie Spalding zeigt, ein Monat im Spätherbste oder Winter, und Hesychius will unter dem Worte *Ληναιὼν* nur so viel sagen, dass an diesem (Ionischen) Monat zu Athen die Lenäen gefeiert worden sind. Nun aber wurden die *Διονύσια κατ' ἀγροὺς* im Poseideon, also wirklich zu dieser Jahrszeit gefeiert: denn dass die Weinlese sehr spät gehalten wor-

g) Boeckh. p. 14. (60.) sq.

den, macht Hr. K. ziemlich wahrscheinlich. Also folgt, dass jener Zusatz, die Lenäen seyen in dem Monat Lenäon gehalten worden, eben deswegen, weil hier unter Atheniensischen Monaten ein ganz fremder Monat genannt wird, sehr abgeschmackt, und daher allerdings so verdächtig ist, dass man ihm keine Beweiskraft beylegen kann. Wenn demnach durch diese Gründe nichts erhebliches gegen die Behauptung, dass Lenäen und Landdionysien ein und dasselbe Fest sind, auszurichten ist, so bleiben noch die Beweise übrig, die man aus den Acharnern hernimmt, und auf diese legt man ein entscheidendes Gewicht. Wir übergehen sie einstweilen, und betrachten erst die andere Meinung, nach der die Lenäen mit den Anthesterien eins ausmachen sollen.

Hier fragt es sich zuerst, ob überhaupt an den Anthesterien Schauspiele gegeben wurden. Das Stillschweigen der Alten davon ist zum mindesten nicht zu übersehen. Die Stelle des Diogenes Laertius *h*) III. 56. *οἷον ἐκεῖνοι τετράσι δράμασιν ἠγωνίζοντο, Διονυσίοις, Ληναίοις, Παναθηναίοις, Χύτροις, ὧν τὸ τέταρτον ἦν σατυρικόν, τὰ δὲ τέτταρα δράματα ἐκαλεῖτο τετραλογία*, ist schon von Wyttenbach S. 56. und Andern verdächtig gemacht worden, und überhaupt kann eine Stelle dieser Art nichts beweisen. Wichtiger ist, was Plutarch im Leben des Redners Lykurg sagt S. 841. F. *εἰσήνεγκε δὲ καὶ νόμους, τὸν περὶ τῶν κωμῳδῶν, ἀγῶνα τοῖς Χύτροις ἐπιτελεῖν ἐφάμιλλον ἐν τῷ θεάτρῳ, καὶ τὸν νικήσαντα εἰς ἄστυ καταλέγεσθαι, πρότερον οὐκ ἐξόν, ἀναλαμβάνων τὸν ἀγῶνα ἐκλελοιπότα i*). Unter den drey verschiedenen Auslegungen dieser Stelle, die Spanheim zum Anfang der Frösche S. 298. a. anführt, *lex de comoedis, ut ii Chytris certamen theatrico aemulum peragerent*, oder *ut ludi comici pariter illis, qui Chytri dicuntur, agerentur in theatro*, oder, wie Petitus, *comoedi Anthesteriis fabulas docento, atque committunto in theatro*, ist die erste offenbar falsch, weil es dann heissen müsste *ἐφάμιλλον τῷ ἐν τῷ θεάτρῳ;* die dritte aber kann eben so wenig richtig seyn, weil bey dieser das Wort *ἐφάμιλλον* ganz überflüssig dastehen würde *k*): also bleibt nur noch die

h) Boeckh. p. 52. (98.)

i) Boeckh. p. 53. (99.)

k) Locum Plutarchi Solon. c. 29. *οὔπω δὲ εἰς ἅμιλλαν ἐνα-*

zweyte übrig. Denn wenn kein Fehler in dem Texte ist, so kann der Sinn schlechterdings kein anderer seyn als dieser: „es soll in dem Theater in die Wette mit den Chytren ein Wettstreit der komischen Dichter angestellt, und der Sieger, was vorher nicht erlaubt war, für die Stadt, d. h. in die Zahl derer eingeschrieben werden, deren Stücke an den Stadtdionysien aufgeführt werden sollen: diesen ausser Gebrauch gekommenen Wettstreit brachte Lykurg wiederum in Gang.“ Aus dieser Stelle dürfte wohl schwerlich geschlossen werden können, dass an den Chytren Schauspiele aufgeführt worden wären. Denn jene Worte, „in die Wette mit den Chytren“ können nur zweyerley bedeuten, entweder „an demselben Tage, wo das Chytrenfest begangen wird,“ welche Art zu reden sehr seltsam wär; oder, was wohl ohne Zweifel der wahre Sinn ist, „eben so wie an den Chytren.“ Dieser Zusatz nun wär ganz überflüssig, und sogar abgeschmackt, wenn, wie Ruhnkenius will, die Lenäen und Chytren ein Fest gewesen wären. Denn dann hätte Plutarch nicht gesagt, es wären Schauspiele wie an den Chytren angeordnet worden, sondern geradezu, die an den Chytren vormals gewöhnlichen Schauspiele wären erneuert, und in das Theater verlegt worden. Sind aber die Lenäen von den Chytren verschieden, so wär jener Zusatz wieder abgeschmackt, weil eben so gut auch die Lenäen erwähnt werden konnnten. Hieraus ergiebt sich, dass es mit den Schauspielen an den Chytren eine eigne und ganz besondere Bewandniss gehabt haben müsse. Worin soll aber diese bestanden seyn? Das Stillschweigen von Schauspielaufführungen an den Chytren, die Bemerkung des Plutarch, dass jener von Lykurg erneuerte Wettstreit vorher aus der Gewohnheit gekommen war, der Zusatz, dass vorher der Sieg bei demselben kein Recht auf die Aufführung eines Stückes an den Stadtdionysien gab, lässt vermuthen, dass, wenn ja Stücke an den Chytren gegeben wurden, diess nur eine Art von Probe gewesen seyn möge. Ja wir möchten fast vermuthen, die ganze Sache habe blos im Recitiren der Stücke, wo vor einer Versammlung einige Dichter wetteiferten, bestanden, dergleichen Recitationen in der Lebensbeschreibung des Sophokles, selbst

---

γώνιον ἐξηγμένου opponit Boeckhius p. 55. (101.). *ἄμιλλα* et *ἀγὼν* iungit Plutarch. Moral. T. I. p. 338. Wyttenb.

Regem Persarum mittebantur, duas tantum drachmas in singulos dies datas fuisse. Quis non miretur illam frugalitatem veterum? Nam hodie vix famulus legati ea mercede (quippe quae duos Schillingios Hollandicos parum excedit) contentus foret. Simile frugalitatis exemplum etiam in Historia Romana occurrere putat Casaub. ad Theophr. Charact. pag. 246. Sed fallitur ibi Vir Magnus. Nam Plutarchus T. II. p. 830. D. refert quidem, Tiberio Graccho novem obolos in diem a Senatu assignatos fuisse; sed tantillum sumptum non honoris, sed contemptus gratia (erat enim Senatui valde exosus) ei tributum fuisse, Plutarchus ibidem docet. *Kust.* Mercedem viliorem Kust. admiratur; sed cf. Wielandium ad versionem fabulae germanicam, quae exstat Novi Mercur. german. anni 1794. fasciculis 8 — 10. *Hotib.*

67. ἐπ' *Εὐθυμένους ἄρχοντος.* Hunc ante duodecim annos fuisse Archontem testatur Schol. *Bergl.* Id est anno 2. Olymp. LXXXV. decimo tertio antequam ageretur haec fabula, quae commissa fuit anno 3. Olymp. LXXXVIII. *Brunck.* Archon fuit E. Ol. LXXXV. anno 4. Undecim annos in legatione obeunda positos fingit poeta. *Elmsl.*

68. *ἐτρυχόμεσθα — τῶν K.* Vel dele articulum vel potius lege *ἐτρυχόμεθα. Bentl. ἐτρυχόμεθα.* Perperam vulgo *ἐτρυχόμεσθα.* Prima in *τρύχω* longa est. *Brunck. ἐτρυχόμεσθα τῶν Καϋστρίων. ἐτρυχόμεσθα διὰ* (*παρὰ* Rav.) *τῶν K.* vulgo. *ἐτρυχόμεθα* Brunckius, quem non movet tribrachys ante anapaestum adhibitus. Vel delenda est praepositio vel articulus. Ut deleatur praepositio suadet scripturae diversitas quae in ea cernitur. Crediderim *τρύχεσθαι* eandem constructionem habere quam *ἀπολαύειν*, sensu penitus diverso. Noster Pac. 989.

ἡμῖν οἱ σοῦ τρύχομεθ' ἤδη
τρία καὶ δέκ' ἔτη.

Elmsl. Apud Euripidem Hel. 1301. vulgo legitur:

σὺ δ', ὦ τάλαινα, μὴ 'πὶ τοῖς ἀνηνύτοις
τρύχου σὺ σαυτήν· Μενέλεως δ' ἔχει πότμον.

Scaliger *τρύχου σεαυτὴν* coniecit: in qua scriptura male *τρύχου* pro *τρῦχε* usurpatum videtur, nisi cum

Beckio mavis τρύχου ab activa forma τρυχῶ, τρυχοῖς, deducere. Equidem malim τρύχου σεαυτῆς, quo fere modo σαυτῆς κατόναιο dixit noster Eccles. 917. *Elmsl.* in Auctario.

69. ὁδοιπλανῶντες. Sic membr. Vulgo ὁδοιπλανοῦντες, cui lectioni altera in B. superscripta. Nunc vero agnosco formam in impressis receptam retineri debuisse. Ab ὁδοιπλάνος fit neutrum verbum ὁδοιπλανέω. Simplex πλανάω active tantum significat, quod et in compositis observatur. Kusterus tamen in indicem Aristophaneum retulit ὁδοιπλανᾶν ex hoc versu. *Brunck.* Ficta vox est ab ὁδοιποροῦντες. *Elmsl.* qui ὁδοιπλανοῦντες revocavit.

70. ἐφ' ἁρμαμαξῶν μαλθακῶς κατακείμενοι. Ridiculus est legatus labores memorans, quos in itinere exhausit, molliter cubans in carpento; eumque sic ridicule loquentem de industria inducit Comicus. Hoc si Kusterus *p*) animadvertisset, de emendatione non cogitasset loci facetissimi, cuius periret lepor omnis, si legeretur οὐ μαλακῶς κατακείμενοι. Vide Orvillium ad Charit. p. 443. [470. Lips.] *Brunck.*

71. σφόδρα γ' ἄρ' — Vulgo σφόδρα γὰρ — *Brunck.* Retineri hic debuit vulgata scriptura σφόδρα γὰρ — Valet istud γὰρ *nimirum*, et ironicum est. Sic occurrit saepissime, ad suppressa quaedam referendum, e sententia facillime supplenda, ut hic: *optima caussa est cur queraris; nam longe melior erat mea conditio, quum* — *Brunck.* in Supplem. σφόδρα γ' ἄρ' — edidit *Elmsl.*

72. παρὰ τὴν ἔπαλξιν. Qui in moenibus excubant, dicuntur esse παρ' ἔπαλξιν. Thucyd. II. 13. ἄνευ τῶν ἐν φρουρίοις — ἐσβάλοιεν. *Bergl.* Thucyd. II. 13. ὁπλίτας δὲ τρὶς χιλίους καὶ μυρίους εἶναι, ἄνευ τῶν ἐν τοῖς φρουρίοις, καὶ τῶν παρ' ἔπαλξιν — ἀπό τε τῶν πρεσβυτέ-

---

p) *Si molliter cubabant legati, non erat quod quererentur. Atqui conqueruntur hic de molestiis et laboribus in itinere exantlatis. Quare sensus gratia non male scriberetur,* οὐ μαλακῶς κατακείμενοι. Kusteri verba in gratiam lectorum descripsi. *Elmsl.*

ρων, καὶ τῶν νεωτάτων, καὶ μετοίκων ὅσοι ὁπλῖται ἦσαν. *Elmsl.*

73. ξενιζόμενοι δὲ vulgo. ξενιζόμενοι γὰρ Rav. Particula respicit ad ἀπολλύμενοι v. 71. Ex interpretatione Schol. natum videtur δὲ, cuius verba superiori annotationi coniungenda sunt. *Elmsl.* πρὸς βίαν ἐπίνομεν. Sophocles apud Athenaeum X. p. 428. τὸ πρὸς βίαν πίνειν ἴσον κακὸν πέφυκε τῷ διψῆν βίᾳ. Comicus in Lysistr. 163. οὐκ ἔνι τούτοις ἡδονὴ τοῖς πρὸς βίαν. Apud eundem Athenaeum XIV. p. 656. Antiphanes: καὶ γὰρ ἐκεῖναι τὰ δελφάκια πρὸς βίαν χορτάζουσι. Vide in Vespis 441. *Bergl.*

74. Loci huius meminit Pollux VI. 100. et X. 68. *Kuster.*

75. ὦ Κρανααί. Vide Meurs. *de Regib. Athen.* L. I. c. XIII. *Kust.* Urbem, sive potius arcem, Athenarum simpliciter vocat Κρανάαν in Lysistr. 483. aut a Cranao rege, vide ad Aves 122. aut propter altitudinem et loci asperitatem. Hesychius: Κραναὸν, ὑψηλὸν, τραχύ. Hinc aliae etiam urbes dicuntur κρανααί. *Bergl.*

77. ἄνδρας. Vide ad Equites 391. *Bergl.*

78. καταφαγεῖν τε. Dele κατα vel τε. *Bentl.* καταφαγεῖν καὶ πιεῖν. Sic recte B. Vulgo καταφαγεῖν τε καὶ πιεῖν, syllaba in versu redundante. Alioqui legere oporteret:

τοὺς πλεῖστα δυναμένους φαγεῖν τε καὶ πιεῖν.

Brunck. Quod primo conieceram poetam scripsisse, reposueramque et reliquissem in textu, nisi plus quam par erat codicibus me addixissem, id nunc sincerum et genuinum esse video:

τοὺς πλεῖστα δυναμένους φαγεῖν τε καὶ πιεῖν.

Est sane hoc longe elegantius. Simplex verbum φαγεῖν melius copulatur cum simplici πιεῖν, quam compositum. Postea inest in repetitione particularum *TE KAI* vis et lepos quidam. Legato dicenti φαγεῖν *TE KAI* πιεῖν, regerit Dicaeopolis λαικαστὰς *TE KAI* καταπύγονας. Istud *TE* agnoscit maxima pars librorum: compositum vero καταφαγεῖν librarii libidini debetur. Vide not. ad Av. 1094. et ad hanc fabulam

1082. *Brunck.* in Addendis. *δυνατούς. δυναμένους* vulgo, quod metro adversatur. Brunckius in contextu, consentiente B. *τε* omisit: in annotationibus vero *τε* servatum, et *καταφαγεῖν*, quod diserte agnoscit Schol., in *φαγεῖν* mutatum voluit. Rav. omnia habet ut vulgo. In Lys. 565. pro *ὑμεῖς δύνασθε*, Kusterus ex ingenio dedit *ὑμῖν δυνατὸν*, quod in *ὑμεῖς ἔξστε* audacter mutavit Brunckius. Vera scriptura videtur esse *ὑμεῖς δυναταί. Δυναταὶ* primum in *δύνανται* mutarunt librarii, deinde vero in *δύνασθε. Elmsl.* Vulgatam in Acharnensium versu scripturam defendit Reisig. I. p. 57. Elmsleio assentitur Herm. El. d. metr. p. 129.

79. Manifesto legendum, *λαικαστάς γε. Elmsl.* in Auctario. *Τε* cur mutandum sit, non apparet. Cf. Brunck. notam ad versum praecedentem et Reisig. l. l.

82. *χρυσῶν ὄρων.* Ludit in vocibus *ὄρος, mons,* et *ὀρρός culus.* Noti autem sunt aurei montes Persarum. Plautus in Sticho Act. I. sc. 1. v. 22. *Neque ille mereat Persarum sibi montes, qui esse perhibentur aurei. Bergl. ἐπὶ χρυσῶν ὀρῶν. In aureis montibus.* Male in membr. *ὀρῶν*, in duobus aliis *ὄρων*, in impressis *ὄρων. Brunck.*

83. Verba *πόσου χρόνου* dicta sunt pro *πότε.* Eupolis apud Plutarchum in Nicia p. 525. E.

πόσου χρόνου γὰρ ξυγγεγένησαι Νικίᾳ;
οὐδ' εἶδον, εἰ μὴ ναγχος ἐστῶτ' ἐν ἀγορᾷ.

Elmsl. πόσου δὲ τὸν πρωκτὸν χρόνου ξυνήγαγε; [*ξυνήγαγε* etiam Elmsl. vulgo — *εν*] Recte Frischlinus: Et quando clausit p — ? Contra Brunckius: Quanto autem tempore contraxit p — ? Wieland: Wie lange braucht er wohl, um wieder zuzumachen? Haud vidi magis. *Hotib.*

84. Verba *τῇ πανσελήνῳ* vulgo Legato tribuuntur: sed animadvertendum est eum uno tenore orationem suam prosequi, et omnia quae a Dicaeopolide contumeliose dicuntur, *διὰ μέσου* esse. *Elmsl.* qui verba *τῇ π.* Dicaeopolidi continuavit.

85. Versum hunc et quatuor sequentes citat Athen. *Dipnosoph.* Lib. IV. c. III. [T. II. p. 13. Schw.] ubi de magnificis sumptuosisque conviviis et coenis agit.

Kust. *ὅλους βοῦς ἐκ κριβάνου.* Herodotus in Clione, ubi de institutis Persarum agit: *οἱ εὐδαίμονες αὐτῶν βοῦν καὶ ἵππον, καὶ κάμηλον καὶ ὄνον προτιθέαται ὅλους ὀπτοὺς ἐν καμίνοισι.* Antiphanes Comicus apud Athenaeum IV. p. 130. *ὅλους βοῦς ὀπτῶσιν, ἐλάφους, ἄρνας· τὸ τελευταῖον δ' ὁ μάγειρος ὅλον τέρας ὀπτήσας μεγάλῳ βασιλεῖ, θερμὴν παρέθηκε κάμηλον.* *Bergl.*

87. *βοῦς κριβανίτας.* Quia Graeci tantum *ἄρτους κριβανίτας* norant. *Bergl.* Ad hunc locum respexit Pollux X. 110. ubi ait: *καὶ βόες κριβανῖται, ἐν Ἀριστοφάνους Ἀχαρνεῦσι.* *Kust.*

88. *τριπλάσιον Κλεωνύμου.* Iste erat magno corpore; in Avibus 1473. et seq. *ἔστι δὲ δένδρον — Κλεώνυμος, χρήσιμον μὲν οὐδέν, ἄλλως δὲ δεινὸν καὶ μέγα.* Hoc loco eum simul tanquam impostorem notat. *Bergl.* Vesp. 592. *χὠ μέγας οὗτος Κολακωνυμος ἀσπιδαποβλής* addit *Elmsl.*

92. *τὸν βασιλέως ὀφθαλμόν.* Praeter Schol. ad h. l. vide etiam Petavium ad Themist. Orat. XXI. p. 507. ed. Harduin. *Kust.* Notum est ministros quosdam regum, maxime apud Persas, ita dictos fuisse; Herodotus in Clione [c. 114.]: *ὁ δὲ αὐτέων διέταξε τοὺς μὲν οἰκίας οἰκοδομέειν, τοὺς δὲ δορυφόρους εἶναι, τὸν δέ κου τινὰ αὐτέων ὀφθαλμὸν βασιλῆος εἶναι.* Vide Xenophontem [Cyrop. VIII. 2, 10.]. *Bergl.* Charta vetus apud Du Cange Gloss. Lat. v. Archicancellarius. *Archidiaconi vero, qui oculi et a secretis episcopi dicuntur.* *Reisk.* in Addendis p. 224. Hesychius: *Βασιλέως ὀφθαλμός· ἐπέμπετό τις ὑπὸ Βασιλέως, ἐπίσκοπος, ὃς ἐφεωρᾶτο τὰ πράγματα, ὃν τοῦ βασιλέως ὀφθαλμὸν ἐκάλουν.* *Elmsl.* Hesychii locum cum aliis plurimis dudum attulerat Stanleius ad Aeschyli Pers. 985.

93. *τόν τε σόν. τόν γε σὸν* vulgo, *γε* male repetito. Vertendum: *Tam regis oculum quam tuum excutiat corvus.* Prius *γε* defenditur ex Plut. 180. *ὁ Τιμοθέου δὲ πύργος. ἐμπέσοι γέ σοι.* In Av. 1590. ubi bis occurrit *γε*, legerim: *καὶ μὴν τά γ' ὀρνίθεια λιπαρ' εἶναι πρέπει.* Subauditur *κρέα.* Alterum locum emendavi ad v. 355. *Elmsl.* Ita Plato Comicus apud Athen p. 5. D. *Σκορπίος αὖ — παίσειέ γε σοῦ τὸν πρωκτὸν ὑπελθών.*

Caeterum bene repetitur *γε*, ubi propriam vim utrobique servat, ut in Av. 171. *νὴ τὸν Διόνυσον, εὖ γε μωμᾷ ταυταγί.* Eccl. 189. *νὴ τὴν Ἀφροδίτην, εὖ γε ταυταγὶ λέγεις.* Sequentia loca, ni fallor, iam emendarunt viri docti. Eq. 1158. *οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον; εἰ δὲ μή, φράσεις γε σύ.* Av. 584. *εἶθ' ἅπόλλων, ἰατρός γ' ὤν, ἰάσθω· μισθοφορεῖ δέ. Elmsl.* in Auctario.

πρέσβεως ludens dixit noster. *Πρέσβυς* de sene, *πρέσβεις* de legatis dicebatur. *Πρέσβεως* vel *πρέσβει* ne de sene quidem usurpatum est. *Elmsl.*

95. Haec Dicaeopolis ad Pseudartabam dicit. Quia autem hic *Regis oculus* appellatur, ridiculi causa larva ornatus erat cum ingenti oculo, quem Dicaeopolis comparat cum foramine navis, per quod remus exeritur. Hinc dicit eum prospicere tanquam navigantem, quo cursum flectere debeat et dirigere. E notis Bergleri [ad v. 96.]. *Brunck. ὦ ἄνθρωπε. ἄνθρωπε* vulgo, consentiente Suida in *ναύφρακτον. Elmsl. ναύφρακτον.* Si *ναύφρακτον* accipias *ναύσταθμον*, circumspicere portum seu statienem navium et circumspicere navale minus differunt, quam quae recte inter se opponantur. Intelligo *ναύφρακτον ναυτικὸν*, ut *ναύφρακτον βλέπειν* dicatur sicut *βλέπειν κάρδαμα* Vesp. 474, *νάπυ* Equ. 637, *ὀπὸν* Pac. 1183, *σκύτη* Vesp. 663. Gaudet hac loquendi forma Noster: vid. Aristophanis Brunckiani index v. *βλέπειν.* Humeris, ni fallor, servorum quasi remigatus, more procerum Orientalium, homo magnae molis, et qui variam vestem procul dubio indutus esset, haud inepte navis comparatur picto rostro: *ναύφρακτον βλέπεις:* Du siehst ja ganz schiffsartig aus. In sequentibus scribendum *ἦ περὶ* etc.: num navale circumspicis, ut requiescas, mole ruens tua? Minus probabilia sunt, quae comminiscitur, probante Brunckio, Berglerus. *Hotib.* Male Hesychius: *ναύφρακτος· ναύσταθμος, λιμήν.* In hoc nostri loco dictum videtur pro *εἰς ναυμαχίαν παρεσκευασμένος.* Immensum oculum in media fronte depictum habebat Pseudartabas, quem cum oculo navis comparat Dicaeopolis. Pollux I. 86. *Ὑπὲρ δὲ τὸ πρόῦχον ἀκροστόλιον, ἣ πτυχὶς ὀνομάζεται, καὶ ὀφθαλμὸς, ὅπου καὶ τοὔνομα τῆς νεὼς γράφουσι. Elmsl.*

96. *περὶ ἄκραν κάμπτων.* Aeschrion apud Athenaeum VIII. p. 355. *ὦ μάταιε ναῦτα τὴν ἄκραν κάμπτων.* Tenendum autem est, apud Comicum ridiculi caussa huic regis oculo circumpositam esse larvam cum ingenti oculo: quem Comicus comparat cum foramine navis, per quod remus exeritur: hinc dicit eum inde prospicere, tanquam navigantem, quo cursum flectere debeat et dirigere. *Bergl.*

98. Haec et sequentia vulgo Praeconi tributa, melius in B. [quem etiam *Elmsl.* secutus est] Legato adscribuntur. *Brunck.* *ἄττα σ' ἀπέπεμψεν.* *ἄττα σ' ἄπεμψε* edd. vett. *ἄττα σ' ἀπέπεμψε* recentiores ante Brunckium. *ἄττ' ἄν σ' ἀπέπεμψεν* Rav. *Elmsl.*

99. *ὦ Ψευδαρσώβα* hoc loco edd. vett. *Elmsl.*

100. Nullam personae notam huic versui neque 104. praefigunt edd. vett. *Elmsl.* locatur quasi Persice loquens. *Bergl.* Haud multum referre arbitror quonam modo barbarae illae voces scribantur [idem monet *Elmsl.*], modo constent numeri. In. A. C. est *ἐξάρξαν ἀπίοσυνα σάτρα.* In B. *ἀπίσσομαι σάτρα. Brunck.* *ἰαριαμὰν ἔξαρξ' ἀναπισσόναι σάτρα q).* Non sensu cassa

---

q) Manche Gelehrte haben gemeint, der Minister rede hier eben so Persisch, wie *Moliere* im *Bourgeois Gentilhomme* Türkisch sprechen lässt. Dies aber anzunehmen, ist wenig Grund vorhanden; eine andere Frage hingegen, ob der Dichter genug von der Sprache wusste, um mit reinem Persisch den Vers durchzuführen, und dann, wie gewissenhaft die Abschreiber mögen mit einer Sprache umgegangen sein, vor der sie keine grössere Achtung hatten, als unser *Brunck*, der sagt, es komme nichts darauf an, wie man das barbarische Zeug schreibe, wenn nur das Versmass seine Richtigkeit habe. *Anquetil du Perron* in seiner zweiten Abhandl. über die alten Sprachen Persiens, fand die Worte nach den Regeln des Parsi [wo man Parsi-Regeln lernen mag?] ganz verständlich und dollmetschte: *Man wird uns Geld herbringen, von Seiten des Königs.* Aber völlig so hätte gewiss der Botschafter kaum reden können. Auch höre ich von Persisch verstehenden Freunden, dass gegen die Erklärung sonst noch ein und anderer Zweifel obwaltet, worüber sie sich denn unter einander vertragen werden. Unterdessen verdient eines Engländers Erklärung, die für den Zusammenhang die passendste scheint, beigefügt zu werden: *Ich, der Gesandte, habe*

esse solent eiusmodi, ridiculi causa excogitata, dicta barbara: cf. 104. et Wielandio laudatam Molerii comoediam. Hoc igitur significare voluisse videtur Comicus: *Ἐγὼ ἄρτι μὴν ἔξηρξ ἀναπιττοῦν αὖ σαθρά:* ego vero nuper coepi pice denuo inducere putria seu labefactata. Imago itidem petita a nave, quae reficitur. cf. 95 — 97. Florere dicit denuo res Persarum, concussas olim cladibus Marathoniis, Plataeensibus,

---

kein Geld von dem König mitgebracht . . . (*Awurdé am men dschezer na fizun az dara*) nemlich, *vielmehr guten Rath oder des etwas. S. Steph. Weston's Specimen of the conformity of the European languages, particularly the English, with the Oriental, especially the Persian* etc. Lond. 1802. 8. S. XVII. Vorr. Noch wollen wir wundershalber einer wenig bekannten Deutung gedenken, die für Anmerkungen zu einem Stück Komödie ganz gemacht ist. Der Verf. von *Origine des premières sociétés* (Amst. et Paris 1769. 8.) S. 198 ff., dem die Perser eine Colonie von Celten scheinen, und ihre Sprache im Grunde einerlei mit der ältesten Französischen, versteht alles *très naturellement*, wie hier folgt: *Une chaRte est eMaNée des ARchives du SATRApe de la province dont Issus étoit la capitale.* Hiernächst aber begegnet ihm ein sonderbares Unglück: er nimmt die deutlichere Wiederholung der Antwort in ziemlich verständlichem Griechisch nicht weniger für Persisch, d. i. Urfranzösich. Demnach ist ihm *Οὖ*, Oui; *λῆψι* ein celtischer Stamm von *ipse*, woher der ehrenvolle Name *Lipsius*, ein *Selbstmann; χαῦνο* heisst, de quoi couvrir une *chaine*, welches Wort einerlei ist mit dem ägyptischen Landmass *Schönus; πρῶκτ, approchez, apportez; Ἰαοναῦ, jaune;* das Ganze folglich: *Ja, dasselbige Gold, so viel um Meilen weit damit zu bedecken, müsst ihr herbringen von der besten Sorte, der gelben.* Nach solch einem Gewährsmanne konnten wir denn ohne Bedenken dem Minister so viel von dem celtischen Dialekte lassen, als ohnehin jedem vornehmen Reisenden aus der Sprache der feineren Welt anklebt; wiewohl jener hier natürlich Deutsch reden musste, was auch dem Perser aus anderen Ursachen nicht schwer werden konnte. Bemerkenswerth ist endlich, dass er die *Athenäer* Ionisch veredelnd *Iaoner* nennt; nicht als wenn er von alten Geschichten der Attiker viel verstände, sondern weil das ganze Griechenvolk von der Küste Asiens her dem Orient unter der letzteren Namensform zuerst bekannt geworden; wie selbst sein Ebräischer Name zeigt. Was die seltsame Dehnung an *Iaon* sein soll, ob ein nochmaliges *Nein*, oder was sonst, wer weiss es? *Wolf.*

Salaminiis, barbarosque prius quam cives esse debellandos. Graecam literam ϑ non melius pronuntiare callidus quam Scytha ille Thesm. 1007, 1115, 1117, 1126, σάτρα pro σαθρὰ dicit Pseudopersa. *Hotib.*

101. ξυνήκασθ' edd. ante Kusterum. *Elmsl.*

102. ὑμῖν. Sic tres codd. et primariae editt. Male Fracinus edidit ἡμῖν. *Brunck.* ὑμῖν etiam *Elmsl.* πέμψειν βασιλέα φησὶν ὑμῖν χρυσίον. Plane contrarium dixerat Pseudartabas, si verum divinavi: refectas esse opes barbarorum, proindeque non aurum ab illis exspectandum, sed novum bellum. Ceterum scribendum: φησίν ὑμιν. vid. ad Plut. 286.: nam eadem nimirum pronominis utriusque ratio. *Hotib.*

104. Οὐ. Clarius hoc iam dicit, sed barbarizans, pro: οὐ λήψει χρυσὸν, χαυνόπρωκτε Ἴον, οὔ — *Non accipies autem, o effoeminate Ion, non.* Iones proprie Athenienses dicuntur, et Ἰάονες, per dialectum quamdam. *Bergl.*

105. Hic et in sequentibus personas distinxi ad fidem cod. B. [et Rav. quos codd. etiam *Elmsl.* secutus est.] quae vulgo sunt admodum perturbatae. Minime tamen probo verba illa τί δ' αὖ λέγει Praeconi tribui. Contra morem est concionum, in quibus praeconem verba facere non decet, nisi si quid proclamandum sit. Ironica est percontatio, quae in Legati partes transferri debet, scribendumque τί οὖν λέγει; Dicaeopolis indignabunde dixerat: *Hei mihi misero! quam clare!* Legatus aegre ferens aliquem sibi obstare quin populum decipiat, eum rogat: *Quid ergo dicit, quandoquidem eius verba tam probe intelligis?* Et sic quidem, ut nunc exstare vellem, in apographo, quod exprimendum typothetae dedi, scripseram: postea vero, quum folia corrigerem, nescio quae superstitio me mei mancipii esse non sivit, librariorumque addixit stupori. *Brunck.* [Quae in Invern. editione est personarum distinctio, eam iam Bentl. commendaverat, nisi quod v. 105. verba τί δ' οὖ λ. et v. 108. praeconi tribuebat.] τί δαὶ [ut *Elmsl.* edidit] primum in τί δέ, deinde vero in τί δ' αὖ mutatum est. Legendum etiam τί δαὶ τρίτον in Thesm. 652. Haec

verba Praeconi tribuunt B. Rav. *Elmsl.* Reponendum videtur *δαὶ* pro *δ' αὖ* etiam in Av. 832. *τίς δαὶ καθέξει τῆς πόλεως τὸ Πελασγικόν;* 993. *τί δαὶ σὺ δράσων; τίς ἰδέα βουλεύματος;* In priore loco vulgo inepte legitur *Πελαργικόν*. Caeterum *αὖ*, ubicunque nihil sententiae addit, non minus suspectum esse debet quam *γε*. In Eq. 1401. vulgo repraesentatur, *κἀκ τῶν βαλανείων αὖ τὸ λοῦτρον πίεται*. Suidas in *λοῦτρον* omisso *αὖ* habet, *πίεται τὸ λοῦτρον;* unde facile constituitur vera scriptura, *πίεται τὸ λουτρίον*. *Elmsl.* in Auctario.

106. *ὅ τι;* cum interrogatione. *Rogas quid dicat? dicit* etc. Perperam vulgo *ὅτι* cum *λέγει* coniunctum, quod tantumdem valet ac *λέγει ὅτι λέγει*, quod ineptum est. Sic scribendum esse monuerat iam Reiskius. *Brunck.* quem *Elmsl.* secutus est.

107. Numerosius esset, *χρυσὸν ἐκ τῶν βαρβάρων*, quod et Persae verbis melius conveniret. *Elmsl.* in Auctario.

108. *ἀχάνας*. Nomen mensurae. Respicit autem ad vocem *χαῦνος laxus*, ex Legati verbis: et alludit ad *χαίνω hio*. *Bergl.* Hesychius: *ἀχάνας· τινὲς μὲν Περσικὰ μέτρα, Φανόδημος δὲ, κίστας εἰς ἃς κατετίθεντο τοὺς ἐπισιτισμοὺς οἱ ἐπὶ θεωρίας ἰόντες, ἢ εἰς θεοὺς στελλόμενοι.* [*μέτρον Βοιώτιον*. Bekker. Anecd. I. 473, 32.] Plura dabit Pollux X. 164. qui hunc locum allegat. *Elmsl. ὅδε γε. ὁδί γε* vulgo. Mutavit Bentleius. *Elmsl.* Nescio an nemo animadverterit rarissime apud nostrum usurpari *ὁδί γε, οὑτοσί γε*, et similia. Si bene memini, decem tantum exempla in editione Bruncktana comparent. Horum quatuor *νυνί γε* praebent. Nub. 295. Pac. 526. 557. Ran. 276. Reliqua in lectorum gratiam subiiciam. Nub. 1099. *τοὺς εὐρυπρώκτους· τουτονί γ' οὖν οἶδ' ἐγώ*. Verba *γ' οὖν οἶδ' ἐγὼ* non agnoscit Ravennas. Si hic locus recte se habet, legerim Lys. 727. *ἤδί γ' οὖν*. Av. 297. *οὑτοσὶ πέρδιξ· ἐκεινοσί γε, νὴ Δί', ἀτταγᾶς*. Legendum videtur, *ἐκεινοσὶ δέ*. Ibid. 301. *καὐτηί γε γλαύξ· τί φῄς; τίς γλαῦκ' Ἀθήναζ' ἤγαγε;* Malim, *αὐτηὶ δέ*. Ibid. 1571. *εἰ τουτονί γ' ἐχειροτόνησαν οἱ θεοί*. Nolim hanc scripturam temere sollicitare: nec tamen displiceret, *εἰ τουτονὶ κεχειροτονήκασ' οἱ θεοί*. Quinque versibus interpositis subiun-

git poeta: *ἀλλ' ὦ 'γάθ', ἠρήμεσθα περὶ διαλλαγῶν.* Passivum *κεχειροτόνημαι* legitur Eccl. 517. Eccl. 88. *ταυτί γέ τοι, νὴ τὸν Δί', ἐφερόμην ἵνα.* Malim, *ἔγωγέ τοι*, ut v. 76. Ibid. 523. *ἑνός γε. καὶ μὴν βασανίσαι τουτί γέ σοι.* Ita Anaxilas apud Athen. p. 124. F. *ὕδατός τε λακκαίου παρ' ἐμοῦ τουτί γέ σοι.* Utrobique malim, *σοι τουτογί.* In Eq. 721. pro vulgato *τουτογὶ σοφίζεται*, *τουτί γε σοφίζεται* habet Suidas in *πρωκτός*. His exemplis addit Ravennas Pac. 545. ubi vulgo legitur, *ἐκεινονὶ γάρ.* In Platonis fragmento apud Athen. 666. E. legendum, *ταςδί τε τὰς κρηπῖδας, ἃς αὕτη φορεῖ.* Nihil moror Machonem p. 577. F. *τουτί γε, Λαμία, φησὶν, ὀσφράνθητι, καί.* Caeterum *ἐνγεταυθὶ* usurpat noster Thesm. 646. et *νυνμενὶ* Av. 448. qui *ἐνταυθί γε* et *νυνὶ μὲν* nusquam dixit. Metagenes apud Athen. p. 269. F.

τὰ δὲ μικρὰ ταυτὶ ποτάμι' ἐνμεντευθενὶ
ῥεῖ τευθίσιν ὀπταῖς, καὶ φάγροις, καὶ καράβοις;
ἐντευθενὶ δ' ἀλλᾶσι καὶ περικόμμασι·
τηδὶ δ' ἀφύαισι· τῆδε δ' αὖ ταγηνίαις.

In postremo versu fortasse legendum, *τηδεδὶ ταγηνίαις. Elmsl.* in Auctario.

109 *σὺ μὴν ἀλαζών.* Perperam vulgo *σὺ μέν* — claudicante versu. *Brunck. σὺ μὴν ἀλαζὼν* Brunckius, mediam scilicet in *ἀχάνας* corripi ratus. Atqui, si bene memini, *μὴν* a nostro nunquam usurpatur, nisi praeeunte *ἀλλὰ, γε, ἦ, καὶ, οὐ* vel *οὐδέ.* Adsentior igitur Bentleio, qui *ἀχάνας* pro pede bacchio accipit. *Elmsl.*

111. *φράσον ἐμοὶ σαφῶς, πρὸς τουτονί.* Notet hic lector mutationem constructionis. Nam post *φράσον ἐμοὶ* lector exspectabat *τουτῳί*, itidem in casu dativo; sed eius loco placuit Comico nostro dicere *πρὸς τουτονί.* Simile mutatae constructionis exemplum occurrit apud Arrianum de *Expedit. Alex. lib.* VII. p. 280. edit. Gronov. *ὅσοι αὐτῶν κατ' ἀξίωσιν καὶ κάλλει τοῦ σώματος, ἢ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ ὑπερφέροντες ἐφαίνοντο.* Vide ibi Cl. Iac. Gronovium, qui plura eius *συντάξεως* exempla affert. *Kust. πρὸς τουτονί r). Huic viro δεικτικῶς.*

---

r) *πρὸς τουτονί. Ego te adiuro per hunc ἰμάντα*, quem simul ostendit, per hanc scuticam. *Reisk.*

ἐμοὶ et πρὸς τουτονὶ posita sunt ἐκ παραλλήλου. *Dic mihi, mihi inquam.* Latinis Comicis *hic homo* itidem saepe nihil aliud valet quam *ego*. Terentius Heaut. II. 3, 115. Tibi erunt parata verba: huic homini verbera. *Brunck.* Verba πρὸς τουτονὶ vel de legato accipienda sunt, vel de altero eunucho qui Pseudartabam comitabatur. Perperam ipsum Dicaeopolidem intelligunt Schol. Kusterus et Brunckius. Πρὸς hic valet *coram*. *Elmsl.*

112. βάμμα Σαρδινιακόν. Iam olim incerta erat huius loci lectio. Suidas videtur legisse Σαρδωνικόν: nam ex hoc loco procul dubio habet, quae dixit de purpura Sardiniae insulae, et ex Schol., qui sic ait: Σαρδινιακόν· ἀντὶ τοῦ ἐρυθρόν, φοινικοῦν. Σαρδὼ γὰρ νῆσός ἐστι τῶν ἑπτὰ — — ἐν ταύτῃ δὲ γίνονται πορφύραι διάφοροι καὶ ὀξύταται. Ego vero nihil motus auctoritate Suidae, nec Scholiastis, qui dubitat de eo, quod dixit, (ait enim postea, ἢ ὅτι εἰς τὴν Σαρδὼ τῆς Λυδίας πυρρὰ βάμματα γίνεται) contendo debere legi Σαρδιανικόν, ut infra in comoedia Εἰρήνῃ, v. 1174. Nam tempore Aristophanis parum erat commercii inter Athenienses et insulae Σαρδὼ habitatores; at multum inter Lydos et caeteros Asiaticos cum omnibus Graecis, et praecipue Atheniensibus. Purpura ex insula Sardo nullis antiquis auctoribus laudata. At Lydi molles, et curiosae purpuram eximiam tingebant; ut fatetur hic Schol. et ad locum fabulae Εἰρήνης dictum, ad easdem voces βάμμα Σαρδιανικόν, sic vel idem, vel alius Schol. commentatur: διαφέρουσι γὰρ αἱ Κυζικηναὶ βαφαί; Cyzicus autem et Sardes Asiae urbes non admodum remotae. Sed ut pressius agamus, purpurae tingendae artificium Lydis Sardes habitantibus tribuitur a Plinio lib. VII. c. 56. Item Hesychius in v. βάμμα sic habet: βάμμα Σαρδιανικόν, τὸ φοινικοῦν. διάφορα γὰρ ἦν τὰ ἐν Σάρδεσι βάμματα. Unde etiam Sardiani ψιλοτάπιδες in magno pretio erant apud Persas, ut ait Athenaeus lib. XII. [T. IV. p. 410.] Inde etiam Lydi mercaturam purpurae exercebant in Graecis urbibus: ut illa Lydia Thyatiris nata, mercatrix purpurae apud Philippenses, de qua Lucas in *Actis Apost.* c. 16. Ideo concludo certum esse, hunc locum debere emendari ex loco fabulae Εἰρήνης, ubi legitur Σαρδιανικόν;

non autem illum ex hoc. Et sic sentire videtur Bisetus. *Palmer.* *βάμμα Σαρδιανικόν.* Sic reposuimus pro *Σαρδινιακὸν*, quod priores editt. male habent. Est enim epithetum hoc ductum ab urbe *Σάρδεις*; unde *τὸ κτητικὸν* sive possessivum *Σαρδιανικὸν* descendere, non solum ex Stephano Byzantino, sed etiam ex aliis scriptoribus constat. Caeterum Suidas locum hunc Aristophanis varie citat, nunc legens *Σαρδωνικὸν*, ut v. *Σαρδώ:* nunc *Σαρδινιακὸν*, ut v. *ἵνα μή σε βάψω:* nunc *Σαρδιανικὸν*, ut v. *βάμμα Κυζικηνόν.* Ex hisce lectionibus ultimam, i. e. *Σαρδιανικὸν*, veram esse, et Palmerius in nota praecedente, et nos ad Suidam satis probavimus. Apud Athen. lib. II. cap. IX. p. 48. B. memorantur *φοινικίδες Σαρδιανικαί:* ubi Magnus Casaubonus, a Scholiaste nostro deceptus, *βάμμα Σαρδιανικὸν* de purpura insulae Sardiniae male interpretatur. Apud Clement. Alexandr. *Paedag.* lib. II. p. 201. *βάμμα Σαρδυνιακὸν* male legitur pro *Σαρδιανικόν:* quod obiter hic lectorem monere voluimus. Quod autem ad sensum loci huius attinet, *βάμμα Σαρδιανικὸν* hic nihil aliud significat, quam verbera, quibus aliquis ita caeditur et sauciatur, ut totus sanguine cruentetur. *Kuster.* *Σαρδιανικόν.* Ita emendant viri docti, et ita habet editio Farrei; ante legebatur *Σαρδινιακόν.* Idem autem est, *βάπτειν βάμμα Σαρδιανικὸν*, quod *καταξαίνειν εἰς φοινικίδα* infra 319., nempe *cruentare* aliquem. Nam tinctura Sardianica est color puniceus; in Pace 1174. *φοινικίδα ὀξεῖαν πάνυ, ἣν ἐκεῖνός φησιν εἶναι βάμμα Σαρδιανικόν.* *Bergl.* *βάμμα Σαρδιανικόν.* A. B. *σαρδανιακόν.* C. *σανδανιακόν.* Primariae editt. *σαρψεινιακόν.* Aliae *σαρδινιακόν.* Mendose omnes, quod perite ostendit post Palmerium Kusterus, qui sinceram lectionem primus Aristophani reddidit. Exstat etiam ea apud Suidam in *βάμμα κυζικηνικόν*, exhibentque eam vulgati libri in Pace 1174. Valent autem ista, *ἵνα μή σε φοινίξω*, vel *ἐρύθρὸν ποιήσω*, vel, ut ipse infra v. 320. loquitur Comicus, *ἵνα μή σε καταξανῶ εἰς φοινικίδα.* *Ne ita te verberibus caedam, ut totus cruenteris.* Plautus Pseud. I. 2. in fine:

Nisi hodie mihi ex fundis tuorum amicorum
omne huc penus affertur,

cras, Phoenicium, Phoenicio corio invises pergulam.

et Rud. IV. 3. 61. fiet tibi puniceum corium. *Brunck.* In hoc versu *Σαρδινιακὸν* defendere conatur Ioannes Paulus Nurra, Caralitanae ecclesiae canonicus, cuius opella, *Βάμμα Σαρδινιακὸν* dicta, anno MDCCXXI. Florentiae evulgata est. Rectius haec interpretatur Hesychius: *βάμμα Σαρδανικόν· τὸ φοινικοῦν· διάφορα γὰρ ἦν τὰ ἐν Σάρδεσι βάμματα.* Ita noster Vesp. 1139. *κοὐ θαῦμά γ'· εἰς Σάρδεις γὰρ οὐκ ἐλήλυθας.* Plato comicus apud Athen. p. 48. B.

κᾆτ' ἐν κλίναις ἐλεφαντόποσιν, καὶ στρώμασι πορφυροβάπτοις,
φοινικίσι Σαρδιανικαῖσιν κοσμησάμενοι, κατάκεινται.

Vulgo *ἐν φοινικίσι.* Neutra scriptura metro satisfacit. *Elmsl.* in Auctario.

114. *ἀνανεύει.* Haec vox extra versum legenda est: ut et *τὸ ἐπινεύει* in versu seq. Sunt enim *παρεπιγραφαὶ*, ut Graeci magistri vocant. *Kuster.*

115. *ἄ' νδρες* edidit *Elmsl.*

116. *κοὐκ ἔσθ' ὅπως* e cod. Rav. recepit *Elmsl.*

118. Sibyrtii palaestra memoratur a Plutarcho in vita Alcibiadis p. 193. A. Fortasse mollem atque effoeminatum hominem, et a corporis exercitatione alienum, *παιδοτρίβου* filium iocose vocat noster. Restituendus videtur Clisthenes Pherecrati apud Athen. p. 395. C. ubi vulgo *Καλλισθένει* legitur:

ἀλλ', ὦ περιστέριον, ὅμοιον Κλεισθένει
πέτου, κόμισον δέ μ' εἰς Κύθηρα καὶ Κύπρον.

Elmsl. qui hunc versum sic interpunxit: *ἐγὼδ' ὅς ἐστι· Κλ. Σ.*

119. Verba *ὦ θερμόβουλον σπλάγχνον* ex Euripidis Medea citat Schol. Fortasse legebantur in Peliasi. *Elmsl.* in Auctario.

ἐξευρημένε. Suidas v. *Κλεισθένης*, et v. *Στράτων*, legit *ἐξηρημένε*, i. e. *rase:* quod voci *πρωκτὸς* melius convenire videtur. At si cogitemus, *πρωκτὸν* a Comico hic *παρ' ὑπόνοιαν*, sive praeter exspectationem dictum esse pro *βουλὴν*, vel *ἐπίνοιαν*, vel simile quid;

lectionem vulgatam non temere spernendam esse apparebit. MS. Vatic. Palat. etiam habet *ἐξευρημένε*. *Kuster.* Ceterum ut hic Clisthenem et Stratonem coniungit, ita et in Equitibus 1368. Radebant autem isti barbas, ut formosiores viderentur, teste Schol. qui de Stratone affert locum ex Holcadibus Comici nostri: *παῖδες ἀγένειοι Στράτων*. De Clisthene in Thesmoph. 241. ubi quidam recens tonsus, speculum inspiciens, dicit se Clisthenem, non autem se ipsum in speculo videre. Vide ad Nubes 354. *Bergl.* *ἐξευρημένε*. Sic recte tres codd. ut impressi. Mendose apud Suidam legitur *ἐξευρημένε*. Est autem iuxta Scholiastam parodia versus Euripidei qui olim in Medea legebatur, at hodie, si bene commemini, in hoc dramate non comparet:

ὦ θερμόβουλον σπλάγχνον ἐξευρημένη.

Sed alia sunt apud Euripidem huius generis, ut versus hic in Oreste [1197. Matth.]:

ὦ τὰς φρένας μὲν ἄρσενας κεκτημένη.

Praeterea *ἐξευρημένε* per se lectio inepta est. Vide ad Thesm. 215. *Brunck.* *ἐξευρημένε* recte *Reisk. Elmsl. Wolf. Huschke* de Archilocho in Matthiaei Miscell. philol. I. p. 24. sive ante Furiae Aesopum p. CCXXV.

120. *τοιόνδε*. Parodia ex Archilocho: *τοιάνδε δ', ὦ πίθηκε, πυγὴν ἔχων*. *Bergl.* *τοιόνδε δὴ, πίθηκε. τοιόνδε δ', ὦ πίθηκε* vulgo, consentiente Suida in *Στράτων*, *τοιόνδε δὴ, πίθηκε* Suidas in *Κλεισθένην ὁρῶ*. Archilochus apud Schol. *τοιήνδε δ', ὦ πίθηκε, τὴν πυγὴν ἔχων*. *Elmsl.* Cf. Huschkium l. l. De convicio *πίθηκε* vide Heindorf. ad Horatii Satir. p. 210 sq.

121. *ἐσκευασμένος*. Hic etiam mendosi sunt Suidae libri, apud quem in *Στράτων* legitur *ἐξευρημένος*: at in *Κλεισθένης* recte *ἐσκευασμένος*. *Brunck.*

122. *Στράτων*. Vide ad 119. *Bergl.* Verba *οὐ δήπου Στράτων* sine interrogationis nota repraesentari debebant. Usurpatur *οὐ δήπου* vel *οὔτι που* eodem fere sensu quo dicerent nostrates, *Surely it cannot be Strato.* Vide Nub. 1260. Pac. 1211. Av. 269. Lys. 554. Ran. 522. 526. Eccl. 527. 529. 756. Soph. Phil. 1233. *ὦ Ζεῦ, τί λέξεις; οὔτι που δοῦναι νοεῖς*. *Elmsl.* in Auct.

125. *ἐς τὸ Πρυτανεῖον.* Ut nempe ibi hospitio et convivio exciperetur. Solebant enim Athenis in Prytaneo legati publici *ξενίζεσθαι:* ut discimus ex Polluce VIII. 138. [ubi hoc Comici loco usus est Kuhnius. *Brunck.*] et IX. 40. Vide nos etiam paulo post ad 127. *Kuster.*

ταῦτα s) *δῆτ' οὐκ ἀγχόνη;* Euripides in Bacchis 246. *ταῦτ' οὐχὶ δεινῆς ἀγχόνης ἐσὶ ἄξια, ὕβρεις ὑβρίζειν ὅστις ἐστὶν ὁ ξένος;* Sophocles in Oedipo Tyranno 1373. *ἔργ' ἐστὶ κρεῖσσον' ἀγχόνης εἰργασμένα.* Lucianus in Timone [c. 45. T. I. p. 158.] *ἀγχόνη γὰρ ἂν τὸ πρᾶγμα γένοιτο αὐτοῖς. Bergl.*

126. *στρατεύομαι.* Ne rescribere dubites *στραγγεύομαι*, i. e. *moror, cunctor, tergiversor:* qua voce usus est Comicus noster supra in Nubib. 131. Dicit enim Dicaeopolis: *Haeccine quis videns non disrumpatur? Et tamen ego hic diutius moror. Quin potius propere hinc abeo.* Notet lector, particulam *ἔπειτα* hic significare *tamen:* quo sensu etiam accipitur in hac ipsa fabula 497. in Avib. 29. in Thesmoph. 891. Item *εἶτα* in Plut. 911. in Ran. 207. et alibi. Porro, vocem *στρατεύομαι* saepe apud veteres scriptores ex imperitia vel negligentia librariorum positam fuisse pro *στραγγεύομαι*, utpote voce minus nota, pluribus probavimus ad Suidam v. *ἢ δεῖ χελώνης:* quo lectorem remittimus. *Kuster.* *στραγγεύομαι.* [Sic cod. Rav. et Elmsl.] Pessime libri omnes *στρατεύομαι.* Illud reponendum esse monuit in notis Kusterus. Vide ad Nub. 131. *Brunck.* Hesychius: *στρατεύομαι· διατρίβω.* Respexit grammaticus ad Nub. 131. ubi *στρατεύομαι* repraesentat etiam Suidas in *στραγγεύει. Elmsl.*

---

s) *τοῦτο* lectore inconsulto Brunckius. *ταῦτα* Rav. ut vulgo. *Elmsl.* in Auctario. *τοῦτο* typothetae, qui similiter infra 468. peccavit, haud dubie debetur; nam *Brunckius* ipse in Supplem. ad h. l. „*τοῦτο δῆτ' οὐκ ἀγχόνη;* formula desperantis. Terentius Phorm. IV. 4. 5. Ad restim mi quidem res rediit planissume. Demopho apud Euripidem in Heraclid. 247. *καὶ τάδ' ἀγχόνης πέλας.* Alia exempla videas in Bergleri notis.“

127. *τοὺς δὲ t) ξενίζειν οὐδέποτέ γ' ἴσχ' ἡ θύρα.* Sensum huius loci minime perspexit Frischlinus. *Ξενίζειν* enim hic est, *legatos publice excipere:* quod apud Athenienses olim in Prytaneo factum fuisse, monuimus etiam paulo ante ad 125. Indignatur ergo Dicaeopolis, legatos illos falsos et subornatos, tanquam veros, in Prytaneum vocari, ut publice illic exciperentur; se vero frustra tempus et operam ponere in persuadendis Atheniensibus, ne se falsis istis legationibus diutius ludificari paterentur. Quare locus hic ita vertendus erat: *Illos vero* (sc. legatos) *ab hospitio nunquam arcet ianua.* Id est, Athenienses semper parati sunt quoscunque legatos, dummodo ipsis spem aliquam, licet falsam, auxilii adversus Lacedaemonios ferendi faciant, in Prytaneo publice hospitio excipere, facilesque illis aures praebere. *Kuster.* Indignatur quod quibusvis patere soleat ianua Prytanei: *ἴσχ' ἡ θύρα* pro *ἴσχει ἡ θύρα*, prohibuit. *Bergl. οὐδέποτ' ἴσχει γ' ἡ θύρα.* Sic optime Suidas in *ἴσχειν. τοὐσδε ξενίζειν οὐδέποτ' ἴσχει γ' ἡ θύρα. ἀντὶ τοῦ κωλύει, ἀποκλείει. ἐπὶ τῶν πολλοὺς ξένους ἀποδεχομένων.* Vulgo *οὐδέποτέ γ' ἴσχ' ἡ θύρα.* Qua in lectione male *οὐδέποτε* cum verbo praeteriti temporis iungitur *ἴσχε.* Vide Piersonum nobis iam saepe laudatum ad Herodiani Fragm. p. 461. In C. scriptum *οὐδέποτ' ἴσχ' ἡ θύρα. Brunck.* Poterat eandem scripturam ex turbatis Scholiastae verbis elicere, quae ita ordinanda videntur: *τοὺς δὲ ξενίζειν οὐδέποτ' ἴσχει γ' ἡ θύρα· παροιμία ἐπὶ τῶν πολλοὺς ξένους ὑποδεχομένων· μέμνηται καὶ Εὔπολις ἐν Φίλοις· νὴ τὸν Ποσειδῶ, κοὐδέποτ' ἴσχει γ' ἡ θύρα. Elmsl.* Hodie malim in hoc versu, *τοὺς δὲ ξενίζειν οὐδέποτέ γ' ἴσχει θύρα*, et in Eupolidis versu apud Schol. *νὴ τὸν Ποσειδῶ, κοὐδέποτέ γ' ἴσχει θύρα.* Ita noster inferius 560. *νὴ τὸν Ποσειδῶ, καὶ λέγει γ' ἅπερ λέγει.* Nam rarissime in hoc metro anapaestum inchoat *ἄν, γάρ, δέ, μέν, ἄρα*, aut ulla enclitica *ν*). In his undecim fabu-

---

t) *τούσδε* tacite Brunckius. *τοὺς δὲ* priorum editionum recte revocavit *Elmsl.*

ν) Quid veri insit in hac observatione, et his quae Elmsl. in auctario ad v. 178. dixit, disci potest ex Hermanni praefatione ad Epitomen doctrinae metricae p. X. sqq.

bulis exempla circiter quinquaginta praebet Brunckius, quorum maxima pars facillime emendari potest. Quae observavi singillatim recensebo. Ach. 748. *καρυξῶ Δικαιόπολιν* Rav. Eq. 1225. Malim, *ἐγὼ δέ τ' ἐστεφάνιξα*. Confer Ach. 730. 779. Nub. 5. *Ἀπέραντον οὐδέποθ' ἡμέρα γενήσεται*; Ibid. 143. *σε* omittunt duo codices Harleiani, delevit in exemplari suo Bentleius. Ibid. 1359. *χρῆν σε τύπτεσθαι* Bentleius apud Kusterum. Vesp. 11. Delendum *τις*. Ibid. 181. Manifesto legendum *Ὀδυσσέα τίν'*. Ibid. 228. *ἐὰν ἐγὼ* plerique. Ibid. 969. *καὶ τὰς ἀκάνθας· κοὐδέποτ' ἐν ταυτῷ μένει*. Ibid. 984. *οὐδέποτέ γ'* Aldus. *οὐδέν ποτ'* recte Rav. Ibid. 1176. *τί* Aldus. *τίνα* Iunta, Rav. et unus cod. apud Brunckium. Ibid. 1307. *κἄτυπτέ με* Rav. Malim, *κἄτυπτεν ἐμέ*, nisi *νώ* scribendum est, et de utroque servo accipiendum. Pac. 226. pro *μηδέποτ'*, malim, *μηκέτ'*. Ibid. 705. Lego, *ὥστ' οὐδέποτέ γ', ὦ πότνι', ἀφησόμεσθά σου*. Ibid. 1240. *τί δ' ἄρα* Aldus. Scribe, *τί ἆρα*. Av. 23. *ἦδ' ἡ κορώνη τῆς ὁδοῦ τί λέγει πέρι*; Ita Rav. Ibid. 75. *οὗτος γὰρ* Aldus. *οὗτός γ' ἄτ'* Iunta, Rav. et unus Brunckianus. Ibid. 78. *δεῖ τορύνης* Aldus. Ibid. 170. *ἀτέκμαρτος, οὐδὲν οὐδέποτ' ἐν ταυτῷ μένων*. Ibid. 847. *οὐδὲν γὰρ ἄνευ σοῦ τῶνδ', ἃ λέγω, πεπράξεται*. Ibid. 1598. *τὸ δίκαιον* Scholiastes. Deinde scribendum, *ἀλλὰ νῦν*. Lys. 97. *πρὶν λέγειν* Iunta. Legendum, *πρὶν λέγειν δ'*. Ibid. 160. *ἐὰν λαβόντες δ'* Iunta, et, ut opinor, Rav. Ibid. 165. Malim, *οὐδέποτε γὰρ εὐφρανθήσεται*. Ibid. 450. Repone, *οὐδέποτέ γ' ἡσσητέα*. Ibid. 760. *ἐγὼ δ' ὑπὸ τῶν γλαυκῶν γε τάλαιν' ἀπόλλυμαι*. Thesm. 64. *ἔα* monosyllabon est. Ibid. 173. Reponendum videtur, *καὶ γὰρ ἦ τοιόσδ' ἐγώ*. Ibid. 469. Malim, *καὐτὴ γὰρ οὖν*. Ibid. 472. *αὐταὶ γάρ ἐσμεν, κοὐδεμί' ἐκφορὰ λόγου*. Ibid. 570. *σε* praeter necessitatem de suo addidit Brunckius. Ibid. 647. Malim, *ἰσθμόν γ' ἔχεις*. Simile vitium est in Vesp. 1268. Thesm. 926. Malim, *οὐ γὰρ προδώσω οὐδέποτέ σ'*. Ran. 77. *μέλλεις ἀνάγειν, εἴπερ γ'* duo codices Brunckiani, totidemque Harleiani quos inspexi. Ibid. 107. Delendum videtur *με*. Ibid. 170. *τινες φέρουσι* quatuor e quinque Brunckianis, et uterque Harleianus. Scribendum, *τιν' ἐκφέρουσι*, ex Vesp. 182. 205. Lys. 65. 66. Ran. 866. *ἐβουλόμην μὲν οὐκ* uterque Harleianus, ut vulgo ante Brunckium. Eccl. 82. *λέ-*

γοιθ' ὅπως Aldus. λέγεθ' ὅπως codex melior Brunckii. ὅπως spatio relicto Rav. Malim, οὕτω δ' ὅπως, ut in Ach 930. Ran. 905. Eccl. 219. Malim, οὐκ ἐσοίζετ' ἄν. Ibid. 255. τούτῳ μὲν εἶπον Rav. ut vulgo. Ibid. 344. οὐδ' ἐγὼ γὰρ Aldus et Rav. Malim, οὐδ' ἔγωγε. Ibid. 748. Legendum, μὰ τὸν Ποσειδῶ, οὐδέποτέ γ'. Ibid. 998. Malim, καί σ' ἔγωγε. Ibid. 1011. Malim, οὐδέποτέ γε. νὴ Δία. Ibid. 1075. Malim, ὡς σ' οὐκ ἀφήσω οὐδέποτέ γ'. Plut. 69. τιν' αὐτὸν, καταλιπὼν Bentleius apud Kusterum. Ibid. 664. Malim sine interrogatione, ἦσαν δέ που κἄλλοι. Ibid. 1173. Scribendum, ὁ θεὸς οὗτος, ex v. 968. *Elmsl.* in Auctario.

130. Nempe superius v. 54. questus erat Amphitheus, frustra se viaticum a prytanibus petiisse. *Elmsl.*

132. πλάτιδι. Scholia: τῇ γυναικί· παρὰ τὸ πελάζειν τῷ ἀνδρὶ κατὰ τὴν κοίτην. Nempe πλάτις uxorem significat, et descendit a πελάζειν, *propinquare*; quia cum viro conveniat in thoro; pro πελαζειν usurpatur in hac significatione πλάζειν apud Aeschylum in Prometh. 896. Eurip. in Androm. 25. *Bergl.* Eiusdem originis est ἐμπελάτειρα, quo usus est Callimachus pro *concubina*:

τοὺς αὐτῷ σκοτίους ἐμπελάτειρα τέκεν.

Vide Gatakerum Opp. T. I. p. 78. et Toupium Epist. crit. p. 99. Euripid. Androm. 24. ἄρσεν' ἐντίκτω γόνον πλαθεῖσ' Ἀχιλλέως παιδί et Aeschyl. Prom. 904. μηδὲ πλαθείην γαμέτᾳ τινὶ τῶν ἐξ Οὐρανοῦ. *Brunck.*

133. κεχήνατε. Id est, *vana spe vos deludi sinite.* Frischlinus minus recte, *stupescite. Kust.* Sperantes et exspectantes ore hiante spectant eo, unde res sperata ventura est; supra 10. ὅτε δὴ κεχήνη προσδοκῶν. In Avibus 265. καί τοι κέχηνα γ' ἐς τὸν οὐρανὸν βλέπων. *Bergl.* κεχήνετε. κεχήνατε vulgo. Imperativum κεκράγετε legitur in Vesp. 415. *Elmsl.* κεχήνατε agnoscit Suidas in ipsa voce. *Idem* in Auctario.

134. Θέωρος. Theori huius et alibi aliquoties Comicus noster meminit. Vide indicem nostrum. *Kust.* Hunc in Nubib. 399. notat tanquam periurum, in Vespis 42. 416. 596. et 1236. tanquam adulatorem.

Hoc loco reddit rationem legationis, qua defunctus fuerat apud Sitalcem. Thracum regem, Atheniensium amicum, a quo copias auxiliares adducit. *Bergl.*

ὁδί. ὅδε edd. ante Brunckium, quae in fine versus *Θέωρ᾽* addunt Praeconi tributum, versu scilicet ad hunc modum ordinato: *προσίτω Θεω|ρος ὁ παρὰ Σιτάλ|κους. ὅδε. Θέωρ᾽.* Ut alia omittam, primam in *Σιτάλκης* producit Hermippus apud Athen. p. 27. E. Brunckius, inconsulto lectore, *Θέωρ᾽* omisit, et *ὅδε* in *ὁδί* mutavit. *Elmsl.* Illud KH. *Θέωρ᾽* eiiciendum esse iam *Bentl.* viderat.

135. Malim *οὗτοσὶ κηρύττεται.* Vulgatam habet Suidas in *εἰςκηρύττεται. Elmsl.* in Auctario.

136. Pro *ἦμεν* malim *ἔμενον*, vel *ἔμειν᾽ ἄν*, ut respondeat singularibus *ἔφερες* in proximo versu, *ἔπινον* v. 141. *ἦγαγε* 155. *Elmsl.* Nunc video legendum esse, *οὐκ ἔμειν᾽ ἄν.* Vulgata scriptura nata est ex *οὐκ ἄν* in proximo versu. Minus recte legeretur, *οὐκ ἂν ἔμειν᾽ ἄν.* Vide ad v. 127. *Idem* in Auctario.

138. Citat Suidas v. *εἰ μὴ κατένιψε,* [et *ψυχροῦ βίου.* Sequentem versum utrobique omittit. *Elmsl.*] *Kuster.*

140. *ὅτ᾽ ἐνθαδὶ Θέογνις ἠγωνίζετο* x). Frischlinus locum hunc ita vertit, ut qui verum eius sensum minime intelligeret. Vertere enim debebat: *Quo tempore hic* (i. e. Athenis) *Theognis dramata sua commisit* (vel, *in theatrum produxit*). Salse enim Comicus noster hic ridet Theognidem ut poetam malum: quippe quem adeo frigidum fuisse dicit, ut, cum Athenis fabulas suas committeret, Thraciam etiam, licet longe dissitam, gelida nive obruerit, et frigore poematum suorum fluvios ibi constrinxerit. Videtur nimirum contigisse, ut sub idem tempus, quo Theognis Athenis drama suum committebat, multa nix in Thracia caderet, et prae frigore flumina con-

x) *ἡνίκα Θέογνις ἠγωνίζετο* Suidas in *εἰ μὴ κατένιψε* et *ψυχροῦ βιου. Elmsl.*

sisterent: cuius rei caussa cum naturae tribuenda esset, Aristophanes eam lepide frigori poematum Theognidis assignat. Simili sensu de Furio poeta dixit Horatius Sat. II. 5. *Seu pingui tentus omaso Furius hibernas cana nive conspuet Alpes.* Cuius loci lepidissimi sales non videntur mihi penitus perspexisse interpretes. Non solum enim vates Venusinus illic ridet Furium ut poetam tumidum, propter phrasin illam, *hibernas cana nive conspuet Alpes*, quo in poematibus suis usus fuerat; sed etiam ut frigidum et quidem adeo, ut frigore carminum suorum vel nivem et hiemem Alpibus inducere posset. Huic ioco maior insuper accedet gratia a tempore anni, si nempe ponamus, Furium tempore hiberno poema suum recitasse: quod eum fecisse, ex hoc loco Horatii non inepte colligi posse puto. Id certum est, poetam verbis illis non aliud designare voluisse, quam ipsum tempus hibernum: quod satis patet ex iis, quae proxime praecedunt, *seu rubra canicula findet infantes statuas.* Id est, *sive aestas erit.* Cui deinde ut contrarium opponitur, *seu pingui tentus omaso Furius* etc. Id est, sive hiems erit. *Kust.* *Θέογνις.* Hunc tanquam frigidum poetam perstringit in Thesmoph. 176. *ὁ δ' αὖ Θέογνις ψυχρὸς ὢν ψυχρῶς ποιεῖ.* [Eundem v. afferunt *Brunck.* *Elmsl.*] Hoc autem loco facete significat, tantarum nivium et tanti frigoris in Thracia causam fuisse, quia Theognis tunc Athenis docuerit frigidas suas tragoedias. *Bergl.*

142. *φιλαθήναιός γ' ἦν* contra metrum Rav. Vel ex hoc versu, vel ex sequente, eiiciendum videtur *ἦν.* *Elmsl.* Hodie malim, *καὶ δῆτα φιλαθήναιος ὁ μὲν ὑπερφυῶς.* Respondet, *ὁ δ' υἱὸς* v. 145. Inducendum videtur *μὲν* etiam in Eq. 792. *καὶ πῶς τοῦτον σὺ φιλεῖς, ὃς ὁρῶν οἰκοῦντα μὲν ἐν πιθάκναισι.* Sequitur, *Ἀρχεπτολέμου δὲ φέροντος* v. 794. Quod vulgo legitur, *ἐν ταῖς πιθάκναισι,* procul dubio mendosum est. *Idem* in Auct.

143. *φιλεῖν* et *ἐρᾶν* eodem modo coniungit noster in Eq. 732. *ὁτιὴ φιλῶ σ', ὦ δῆμ', ἐραστὴς τ' εἰμὶ σός.* 1341. *ὦ δῆμ', ἐραστής εἰμι σὸς, φιλῶ τέ σε.* *Elmsl.*

144. Locum hunc citat Suidas v. *καλοί:* ubi de more illo veterum, nomina formosorum puerorum,

et formosarum item puellarum inscribendi parietibus, ianuis, corticibus arborum, etc. plura diximus, quae hic repetere supervacaneum iudicamus. Cf. etiam eundem Suidam v. ὁ δεῖνα καλὸς et v. Ῥαμνουσία, et Schol. Comici nostri non solum ad h. l., sed etiam infra ad Vesp. 98. *Kust.* Ut amatores deliciarum suarum nomina solent passim inscribere; in Vespis 97. γεγραμμένον τὸν Πυριλάμπους ἐν θύρᾳ Δῆμον καλόν [eundem locum affert *Elmsl.*]. Callimachus: ἀλλ' ἐνὶ δὴ φύλλοισι κεκομμένα τόσσα φέροιτε γράμματα, Κυδίππην ὡς ἐρέουσι καλήν. Haec ex Scholiis. Lucianus in Amor. [c. 4-. T. II. p. 449.] de illo qui Veneris simulacrum amabat: ἤδη δὲ πλέον αὐτοῦ τοῦ πάθους ἐρεθιζομένου τοῖχος ἅπας ἐχαράσσετο καὶ πᾶς μαλακοῦ δένδρου φλοιὸς Ἀφροδίτην καλὴν ἐκήρυσσεν. Mercerus ad Aristaeneti Ep. X. l. I. Callimachus apud Laertium in Diodoro: αὐτὸς ὁ Μῶμος ἔγραφεν ἐν τοίχοις, ὁ Κρόνος ἐστὶ σοφός. *Bergl.* Cf. Creuzer. Pr. ad Plotin. p. XXV.

ἔγραφεν. Ita recte ed. Farrei [et Markland. ad Eurip. Suppl. 901.], non ἔγραφον. *Bergl.* ἔγραφ'. Sic A. C. [Dawes. p. 250. Reisk. Elmsl.] In B. a prima manu ἔγραφον, superscriptis binis lectionibus ἔγραφ', ἔγραφεν. *Brunck.*

145. ὁ δ' υἱός. Sadocus vocatur apud Thucydidem l. II. ubi refertur, cur Athenienses cum Sitalce societatem inierint, eiusque filium civem fecerint. Hunc dicit Comicus intercessisse pro Atheniensibus apud patrem de auxilio mittendo. *Bergl.* De Sitalce et filio Sadoco consulendus Thucyd. II. 29, 67, 95 — 101. IV. 101. *Elmsl.*

146. φαγεῖν ἀλλᾶντος. Sic Membr. Vulgo ἀλλᾶντας. — ἐξ Ἀπατουρίων γ). Quia primo huius festi die ad epulas conveniebant curiales et cognati, in quibus ἀλλᾶντας, quos Galli *andouilles* appellant, probabile est apponi solitum fuisse. In Xenophontis Hel-

γ) Ad h. l. Schol. et doctus Bisetus nullum alium iocum agnoscunt quam ex allusione ad vocem ἀπάτη, quae *fraudem* significat. At ego aliter puto, et potius alludere Comicum ad vocem ἀπάτωρ, et salse innuere filium Sitalcis cupere esse sine patre, ut rex scilicet fieret. *Palmer.*

len. I. [7, 8.] p. 43. edit. Lips. male legitur: *μετὰ δὲ ταῦτα ἐγένετο Ἀπατούρια, ἐν οἷς οἵ τε ΠΑΤΕΡΕΣ καὶ οἱ ξυγγενεῖς ξύνεισι σφίσιν αὐτοῖς.* Legendum *ΦΡΑΤΟΡΕΣ. Brunck. ἀλλᾶντας. ἀλλᾶντος* non male A. Bruncknius. Sic *φαγεῖν ἑλατῆρος* Eq. 1181. Utrobique subauditur *τόμον*. Vulgatam tuentur Rav. Suidas in *ἀλλαντοπώλης* et *Ἀπατούρια*. *Elmsl.*

152. Versum hunc in omnibus impressis omissum, exhibent tres Regii codd. [Rav.] ut et Vaticanus [Kusteri]. *Brunck. ἐνταυθί. ἐνταυθοῖ* vulgo, quae Ionica forma est. *ἐνταῦθα* Rav. Atticum est *ἐνταυθὶ*, ut *ἐνθαδὶ, ἐνθενδὶ, ἐντευθενί. ἐνταυθὶ* habet Rav. in Lys. 570. et fortasse alibi. In Thesm. 646. omnes *ἔν γε ταυθὶ* repraesentant. In Eurip. Iph. Taur. 1010. ex emendatione Canteri et Marklandi legitur:

ἄξω δέ σ', ἤνπερ μὴ αὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσῃ,
πρὸς οἶκον, ἢ σοῦ κατθανὼν μενῶ μέτα.

Pro *ἐνταυθοῖ*, quod agnoscunt omnes editiones, tragicorum consuetudo non admittit *ἐνταυθί*. Praeterea nonnihil tautologiae in hac sententia deprehendit Musgravius. Si legas *ἔμπροσθεν*, omnia recte se habebunt. Praeter hunc locum, *ἐνταυθοῖ* nusquam apud tragicos offendi. *Elmsl.*

153. *Θρᾳκῶν ἔθνος.* Sic Membr. Vulgo *γένος*. *Brunck.*

154. *σαφές.* Sic C. ut impressi. In A. B. *σαφῶς*. At in hoc superscriptum *σαφές*. *Brunck.*

156. *Ὁδομάντων στρατός.* Theoro recte tributum est hoc in B. vulgo Praeconi. *Brunck.*

158. Locum hunc citat Suidas v. *ἀποτεθρίακεν* [Zonaras I. 272. Bekker. Anecd. I. 457, 7.], v. *Ὁδόμαντες*, et v. *πέος*, ubi constanter legitur *ἀποτεθρίακεν*, non *ἀποτέθρακεν*, ut hodierni codices Aristophanis habent *z*). Praeferendam autem esse lectionem Suidae,

---

z) Schol. Comici ad Equites 1007. hunc locum citans legit *ἀποτεθρίακεν*, ut Suidas et Hesychius, quos citavit Cl. Kusterus, cuius notae videri possunt. Si retinendum est *ἀποτέθρακεν*, puto Comicum formasse *ἀποθράσσειν* a *Θρᾷκες*, ut saepe solet ex re praesenti verba fingere, alluden-

suadet non solum auctoritas veteris Scholiastae, sed etiam aliorum Grammaticorum, qui vocem illam deducunt a θρῖον, i. e. *folium ficus*. Hesychius: ἀποθριάζειν, τὸ ἀφαιρεῖν φύλλα συκῆς. καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὸ ὁτιοῦν ἀφαιρεῖν. Idem alibi ad hunc ipsum locum Aristophanis respiciens, ait: ἀποτεθρίακεν, ἀποπεφύλακεν, (lego ἀποπεφύλλικεν, i. e. *folia destrinxit:* ab ἀποφυλλίζω) ἀπεκάθαρεν. ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν συκοφύλλων. Ex ultimis verbis satis apparet, respexisse Hesychium, ut diximus, ad locum hunc Comici nostri. Vide etiam Etym. v. ἀποθριάζειν. Ex dictis igitur patet, τὸ ἀποθριάζειν proprie significare *folia ficus destringere:* at metaphorice etiam de aliis rebus dici. Uti hoc loco ἀποθριάζειν τὸ πέος, est: *veretrum destringere,* sive *glandem eius nudare;* quod Odomantes vel ex more et instituto, vel ex libidine identidem fecisse videntur. Alii tamen de circumcisione pelliculae, quae superiorem glandis partem tegit, locum hunc interpretantur: cui sententiae favere videtur vox ἀπεψωλημένος, quae mox sequitur. Ea quippe interdum significat *recutitum,* sive *circumcisum*; quales hodie sunt Iudaei, et olim Aegyptii et Phoenices. Sed tamen priorem interpretationem praeferam, donec ex veterum monumentis aliquis probaverit, Odomantes, quae erat gens Thraciae, olim circumcidi solitos fuisse. *Kust.* τίς τῶν Ὀδομάντων τὸ πέος ἀποτέθρακε; τίς; Sic scriptum in C. Vulgo τίς τῶν Ὀδομάντων τὸ πέος ἀποτέθρακεν ἄν; Istud ἄν in fine versus a sciolo inepte additum membr. non agnoscunt, in quibus perspicue etiam scriptum ἀποτέθρακεν. Hunc versum ter citat Suidas, et ubique habet:

τίς τῶν Ὀδομάντων τὸ πέος ἀποτεθρίακε;

Quae lectio, vulgata sane melior, an nostrae praestet,

---

tem ad θράσσειν, unde θράξαι φρένας apud Aeschylum in Prom. 629. et apud Eurip. in Rheso 863. ut sit simile verbo ἀποσκυθίζειν. Euripides in Troad. 1026. κρᾶτ' ἀπεσκυθισμένην. Idem in Electra 241. καὶ κρᾶτα πλόκαμόν τ' ἐσκυθισμένον ξυρῷ. Similiter in vocibus Θρᾷξ et θράττειν lusit Theodorus apud Aristotelem III. Rhet. c. 111. qui ad Niconem Citharoedum, qui putabatur Thrax esse, dixerat θράττει σε. *Bergl.*

dubito. Probabile est Comicum verbo ἀποτέθραικε usum fuisse per iocum, adludendo ad nomen Θρᾷκες. *Brunck.* Optima est, quam dedimus, huius versus lectio. Sed illi omnis fere decedit venustas prava personarum distinctione. Vocula τίς; quae versum claudit, in Theori partes transferenda est, sic:

τίς τῶν Ὀδομάντων τὸ πέος ἀποτέθραικε;

ΘΕΩΡΟΣ.

τίς;

τούτοις ἐὰν δραχμὰς δύο τις μισθὸν διδῷ, —

Istud τίς; cum indignatione proferendum, et tantumdem valet ac *Quid id tu quaeris?* Gallice diceremus: *Belle demande! Idem* in Supplem. ἀποτεθρίακε, deleto τίς in fine, recte probavit *Elmsl.* qui praeter lectionis varietatem haec adnotavit: „Saepenumero librariis fraudi fuit prior syllaba in θρῖον producta. Vide inferius v. 1102. Vesp. 1312."

159. ἐὰν δραχμὰς δύο τις vulgo. Quod edidi [ἐάν τις δύο δραχμὰς] est in Rav. Idem ordo est in Ran. 173. πόσ' ἄττα; ταυτί. δύο δραχμὰς μισθὸν τελεῖς. *Elmsl.*

160. καταπελτάσονται. Apparet peltastas sive parmularios fuisse hos Thracas. Thucydides l. II. πείσειν γὰρ (ὑπεδέχετο) Σιτάλκην πέμψειν στρατιὰν Θρᾳκίαν Ἀθηναίοις ἱππέων τε καὶ πελταστῶν. Vide Lysistr. 565. *Bergl.* Hesychius: καταπελτάσονται· καταθραμοῦνται· ἀπὸ τῶν πελταστῶν. Thucyd. II. 29. πείσειν γὰρ Σ. πέμψαι στρατιὰν Θρᾳκικὴν Α. ἱ. τε καὶ π. *Elmsl.* Adde Lys. 565. ἕτερος δ' αὖ Θρᾷξ πέλτην σείων κἀκόντιον, ὥσπερ ὁ Τηρεύς. Xenoph. Memorab. III. 9, 2. δῆλον μὲν γὰρ, ὅτι Σκύθαι καὶ Θρᾷκες οὐκ ἂν τολμήσειαν ἀσπίδας καὶ δόρατα λαβόντες Λακεδαιμονίοις διαμάχεσθαι (μάχεσθαι alii. vide v. 1082.)· φανερὸν δὲ, ὅτι καὶ Λακεδαιμόνιοι οὔτ' ἂν Θρᾳξὶν ἐν πέλταις καὶ ἀκοντίοις, οὔτε Σκύθαις ἐν τόξοις ἐθέλοιεν ἂν διαγωνίζεσθαι. *Idem* in Auct.

162. Citat Suidas v. θρανίτης. *Kuster.* μέν τ' ἄν γ' ὁ — Sic recte B. Vulgo omissa particula, quae inseri debuit fulciendo versui. *Brunck.* improbante Porsono ad Med. 863. Vide inferius v. 544. 710. 906. *Elmsl.* qui μέν τἂν ὁ — edidit. Cf. ad Ecclesiaz. 681.

θρανίτης. Vide ad Ranas 1106. *Bergl.*

163. *οἴμοι τάλας, ἀπόλλυμαι.* Sic etiam, ut impressi, tres codd. Vide notam ad Av. 1494. in Addendis. *Brunck.* Cibaria secum in concionem attulerat Dicaeopolis, de quo more noster Eccl. 306.

ἀλλ' ἦκεν ἕκαστος
ἐν ἀσκιδίῳ φέρων
πιεῖν ἅμα τ' ἄρτον
ἄν, καὶ δύο κρομμύω,
καὶ τρεῖς ἂν ἐλαίας.

Elmsl.

165. Pessime in hoc versu notatae vulgo personae *a*), quas ad codd. fidem in ordinem restitui. — *οὐ καταβαλεῖτε.* In membr. *οὐκ ἀποβαλεῖτε. Brunck.* quem in personis distinguendis secutus est *Elmsl. τὰ σκόροδα.* Odomanti diripiunt allia. *Bergl.*

166. *ἐσκοροδισμένοις.* Vide Suidam hac voce. *Kust.* Gustato enim allio acrius pugnaturi erant, gallinaceorum more, quorum ad pugnas hic adluditur. In Eq. 493. Chorus isiciario allium dat, cui percontanti quamobrem id comedere debeat, respondet ille:

ἵν' ἄμεινον, ὦ 'τὰν, ἐσκοροδισμένος μάχῃ.

Brunck. Hesychius: *ἐσκοροδισμένος· σκόροδα βεβρωκώς· Ἀριστοφάνης ἐν Ἀχαρνεῦσι παίζει, ἅμα μὲν ὅτι σκοροδοφαγοῦσι b) οἱ Θρᾷκες, ἅμα δὲ ὅτι παροξύνονται οἱ ἀλέκτορες πρὸς τὰς μάχας, ὅταν ἐμφάχωσι τῶν σκορόδων.* Vide Eq. 494. Activum *ἐσκορόδισας* est in eiusdem fabulae v. 946. *Elmsl.*

171. *διοσημί' ἐστὶ, καὶ ῥανὶς βέβληκέ με.* Hinc patet Athenienses eadem laborasse superstitione, qua Romani; quippe apud quos itidem comitia populi leves ob causas interdum dirimebantur. *Kust. διοσημία.* Glossae: *διοσημεία, ostentum.* Hoc loco ingruens pluvia pro ostento habetur. Solebat autem concio

---

a) V. 165. 166. vulgo Theoro tribuebantur.

b) *σκοροδοφαγεῖν* adde Lexicis, quae etiam carent adiectivo *σκοροδοφάγος*, quod recte legitur apud Eustathium ad Dionys. Perieg. v. 525. (vide de h. l. Hemsterhusium ad Plutum p. 243. b.)

dimitti, si tale quid fieret: quin et alia negotia tunc solebant suspendi et ob alia ostenta; in Eccles. 789. *σεισμὸς εἰ γένοιτο πολλάκις, ἢ πῦρ ἀπότροπον, ἢ διάξειεν γαλῆ, παύσαιντ' ἄν. Bergl.* Schol. *διοσημία, ὁ παρὰ καιρὸν χειμών.* Congregato in concione populo, si tempestas subita ingrueret, vel omen aliquod inauspicatum se offerret, solvebatur illico concio, et in alium diem indicebatur. *Brunck.* [Cf. Schoemann. de comitiis p. 148.] *διοσημία 'στί c). διοσημί' ἐστὶ* vulgo. *διοσημία ἐστὶ* Suidas in *διοσημία. Elmsl.*

172. *εἰς ἔνην.* Id est, *ad trigesimum diem.* Illo enim die ultima cuiuslibet mensis *κυρία ἐκκλησία* habebatur. Vide nos ad Schol. v. 19. *Kuster.* Tricesimus dies mensis dicebatur *ἕνη καὶ νέα*, ut in Nubibus. *Bergl. παρεῖναι δ' εἰς ἔνην.* Male Bergleri versionem retinui, *et adsint die tricesimo.* Vertendum, *et adsint post tertium diem.* Hesychius: *εἰς ἔνην, εἰς τρίτην.* Schol. *οἷον εἰς τρίτην*, quam eius interpretationem alteri, *εἰς τριακάδα*, praeferendam esse ostendit Sam. Petitus Leg. Att. p. 277. *Brunck.* [Cf. Schoemann. l. l. p. 46.] Hesychius: *εἰς ἔνην· εἰς τρίτην.* Consulendi Hesychii interpretes. In Eccl. 796. ubi antea legebatur *ἔνης*, Brunckius ex cod. *ἔνην* dedit. Sic *αὔριον* et *εἰς αὔριον* dicebant. *Elmsl.*

173. Meminerint tirones *λύεσθαι μὲν τὴν ἐκκλησίαν, ἀφίεσθαι δὲ τὴν βουλὴν καὶ τὰ δικαστήρια.* Vide Eq. 764. Vesp. 595. Eccl. 577. *Elmsl.*

174. *μυττωτὸν ὅσον ἀπώλεσα. Quantum moretum perdidi.* Quia personati illi Thraces allia, quae secum adtulerat, abripuerant et comederant. Alliorum autem praecipuus usus in moreti confectione, ut ostendit Virgilii carmen. *Brunck.*

176. *μήπω, πρὶν ἄν γε στῶ τρέχων.* Mendose in omnibus libris, *μήπωγε, πρὶν ἂν στῶ τρέχων. Brunck.* Praeter huius fabulae v. 296. *πρὶν ἄν γε* habet noster in Eq. 961. Vesp. 920. Eccl. 770. Nec minus bene dicitur *πρίν γ' ἂν* in Av. 585. Ran. 78. 845. Eccl. 857. quae scriptura restituenda videtur in Ran. 1281. In

c) Sic recte etiam Maltby ad Morelli Lexic. prosod. p. 246.

Lys. 1005. malim: *πρίν χ' ἅπαντες*. *Elmsl.* qui Br. scripturam recepit.

177. Citat hunc versum et Nub. 167. Porsonus ad Eurip. Phoen. 1222. (1231.) *ἦν μή με φεύγων ἐκφύγῃς πρὸς αἰθέρα*. *Elmsl.* in Auctario.

Ἀχαρνέας. Isti persequuntur Amphitheum, quod sensissent eum pacem ferre; adversantur autem paci prae ceteris Atheniensibus, quia eorum pagus Acharnae erat maximus et praecipue augebat militiam Atheniensium, teste Thucyd. l. II. [c. 19.] Hinc sperabant fore, ut adhuc ulciscantur Lacedaemonios, qui ipsorum agros vastaverant. *Bergl.* Praeter hanc fabulam, memorantur Eupolidis *Προσπάλτιοι*, Strattidis *Ποτάμιοι*, Antiphanis *Φρεάρριος*, Menandri *Ἁλιεύς*, Philippidis *Λακιάδαι*, et aliae fortasse, quae nomina a pagis Atticis acceperunt. De nostri *Ἀναγύρῳ* dubitandi locus est. *Elmsl.*

178. Vulgo sic legitur hic versus parum concinnis numeris:

τί δ' ἐστί; — σοὶ μὲν δεῦρο γὼ σπονδὰς φέρων.

In A. C. *τί δ' ἐστίν; — ἐγὼ μέν σοι δεῦρο σπονδὰς φέρων.* Inde sponte sua emergit venustus versus:

τί δ' ἐστίν; — ἐγὼ μὲν δεῦρό σοι σπονδὰς φέρων.

Brunck. [Sic etiam *Elmsl.* qui tamen *δ'* omisit.] Hodie hic *τί ἐστ'* malim, et *ἥστραπτ'* v. 531. Nam longe rarius quam putaram anapaestum in hoc metri genere inchoat ultima vocis syllaba *d*). Exemplorum quae in ed. Brunckiana comparent pars magna ne tironibus quidem moram facere poterit. Lectorum patientia abuterer, si monerem iambum pro anapaesto facillime restitui posse in Eq. 653. *καὶ τοῖσι φεναξισμοῖσιν ἐξαπατωμένην*. Talia igitur exempla omitto, ut et ea in quibus diphthongus *OI* ante vocalem pro correpta haberi possit. Maiori iure praetermittenda sunt loca aperte vitiosa quae dactylum aut tribrachyn ante anapaestum sistant: quorum pleraque iam diu emendarunt rei metricae periti. Reliqua omnia quae in his undecim fabulis observavi subiiciam, iis praemissis

---

d) Vide supra p. 47. not.

in quibus anapaestum inchoat vox disyllaba. Ach. 6. *τοῖς πέντε ταλάντοις οἷς Κλέων ἐξήμεσε.* Verba *πέντε τα-λάντοις* aliter in versu stare non poterant. Ibid. 800. 832. 849. 912. 914. De his dixi singillatim suis locis. Eq. 26. *μόλωμεν, αὐτὸ, μόλωμεν, αὐτομολῶμεν. ἤν.* Hoc per iocum dictum est. Ibid. 1352. Legendum, *κατα-μισθοφορεῖν· τούτοιν ὁ τὸν μισθὸν λέγων.* Nub. 70. *ὥσπερ Μεγακλέης ξυστίδ' ἔχων· ἐγὼ δ' ἔφην.* Ibid. 688. *ἐν* omittit Aldus. Ibid. 745. *ἐς* omittit Aldus. Versu praecedente scribendum, *τῇ γνώμῃ.* Ibid. 1221. *ζῶν· ἀλλὰ καλοῦμαι Στριψιάδην. τίς οὑτοσί.* Vesp. 318. *ὑμῶν ὑπακούων· ἀλλὰ γὰρ οὐχ οἷός τ' ἰδεῖν.* Ita hunc versum repraesentavit Porsonus ad Hecub. 1169. Aliter Dawesius p. 263. *ἀλλ' οἷός τ' οὐκ εἰμὶ ἰδεῖν.* Pac. 48. *ἀναιδέως* Rav. malim, *ἡδέως*, omisso *τήν*, ut in Vesp. 1367. *ὡς ἡδέως φάγοις ἂν ἐξ ὄξους δίκην.* Av. 114. Cum huic *μὲν* nullum respondeat *δὲ*, legi posset, *ὅτι πρῶτον ἦσθ'.* Ibid. 1026. *μὴ πράγματ' ἔχειν, ἀλλ' ἀπιέναι νὴ τοὺς θεούς.* Ibid. 1670. *καὶ δῆτ' ἐθαίμαζον* Aldus. Lys. 768. Futurum *στασιῶμεν* habent Iunta et Rav. unde totum locum ita constituo:

ὡς χρησμὸς ἡμῖν ἐστιν ἐπικρατεῖν ἀεὶ,
εἰ μὴ στασιῶμεν ἔτι. τίς ἐστιν οὑτοσί;

Ibid. 838. Malim, *ἐμὸς ἀνήρ.* Ibid. 927. Scribendum videtur, *ἀλλ' οὐδὲ δέομαί γ' ὠγε*, et v. 758. *ἀλλ' οὐδὲ δύναμαί γ' ὠγε.* Thesm. 176. *ἔα* monosyllabon est. Ibid. 280. *θέασαι* fortasse disyllabon est. Vide Pac. 906. Thesm. 1190. Pro *οὐκὶ* legi posset *οὐ*, sed versus alioqui mendosus videtur. Ibid. 1197. *τὸ* delevit Bentleius. Ran. 300. *τοῦτό γ' ἧττον* Rav. Ibid. 557. Repone, *ἂν γνῶναί σ'.* Ibid. 652. 658. Utrobique verba *δεῦρο πάλιν* coniunctim efferuntur, ut *ἀκούετε λεώ, αὐτίκα μάλα*, et similia, quae saepe legem violant a Dawesio p. 211. propositam. Ibid. 1407. Malim, *καὶ μὴ κατ' ἔπος ἔμοιγ' ἔτ'.* Ibid. 1462. Fortasse, *μὴ ἐκεῖ σύ γ'.* Eccl. 270. *τὸν ἄνδρ' ἐθεᾶσθ'* Ravennas. Ibid. 453. *τε* omittit Rav. Plut. 75. Ex Eq. 26. scribendum, *ἤν· μεθίεμαι.* Plut. 482. Lego, *τὸ γὰρ αὖτ', ἐάν γ' ἡττᾶσθε.* Longe facilius emendantur loca ubi prior vox hyperdisyllaba est. Eq. 1346. *ταυτί μ' ἔδρων* Rav. Nub. 684. *Λύσιλλα, Φίλιννα, Κλειταγόρα, Δημητρία.* Nomen proprium. Ibid. 1458. *ὄντινα* tacite Porsonus ad Hec.

1175. Vesp. 25. Repone, *τοιοῦτ'*. Ibid. 155. *φυλάττεθ'* Aldus. Malim, *φύλατθ'*. Ibid. 1369. Malim, *κλέψαντα συμποτῶν*. Ibid. 1382. Legendum, *Ὀλυμπίασιν ἡνίκ'*. Ibid. 1431. Soloecum *ἄν* non admittit Aldus. Pac. 1201. *νυνὶ δὲ πεντήκοντα δραχμῶν ἐμπολῶ*. Ita hunc versum repraesentant edd. omnes ante Brunckium, quibus concinunt duo codd. ab eo collati et Ravennas. Emendavit, ut potuit, Dawesius p. 203. et paullo aliter Brunckius. Miror neutri in mentem venisse plane absurdum esse falces quinquaginta drachmis aestimari, cum proximo versu cadi trinis veneant. Caeteris coniecturis accedat mea.

νυνὶ δ' ἐγὼ μὲν πεντέδραχμα ταῦτ' ἐμπολῶ,
ὁδὶ δὲ τριδράχμους τοὺς κάδους εἰς τοὺς ἀγρούς.

Av. 843. Scribe, *κηρυκα πέμψον*. Ibid. 1017. Legendum videtur, *ὑπάγοιμί τἄρ' ἄν, νὴ Δί'*. Ibid. 1024. Fortasse delendum *δέ*. Ibid. 1205. Manifesto scribendum, *συλλήψεται*. Ibid. 1208. Scribendum, *τουτὶ πρᾶγμα*. Vide ad Ach. 1049. Av. 1479. *τὸν* non agnoscit Rav. Lys. 44. *κροκωτοφοῦσαι* duo codd. apud Brunckium, et Clemens Alexandrinus Paed. II. p. 235. monente Bentleio. Ibid. 200. Haec nondum expedio. Toupii emendationem male recepit Brunckius. Ibid. 1009. *φράζε περὶ διαλλαγῶν* Iunta et Rav. Thesm. 540. *κατεῖπεν*, *ἦ* Bentleius. Ibid. 1198. *κομιεῖς* Bentleius. Ran. 655. *ἐπεὶ προτιμᾷς γ' οὐδὲν* codex Harleianus uterque. Verba *ἱππέας ὁρῶ* superiore versu *διὰ μέσου* sunt. Ibid. 1393. *μέθεσθε*, *μέθεσθε* Porsonus ad Or. 141. Malim, *κόκκυ*, *μέθεσθε* ex v. 1384. Eccl. 167. *ἐκεῖνον· εἶτι βλέψασα γὰρ* Aldus. Legendum, *ἐκεινονί· βλέψασα γάρ*. Ibid. 508. *χάλα* Aldus. Fortasse, *χάλα σύ*. Ibid. 842. *ἑστᾶσ' ἐφεξῆς* Porsonus ad Orest. 1645. Plut. 824. Monosyllabon est *ἔα*. *Elmsl.* in Auctario.

179. Hesychius: *ὠσφρῶντο· σύνηκαν, ἥσθοντο, ἔγνωσαν*. Huc sine dubio respexit grammaticus, sed depravatam scripturam secutus est. Eodem vitio laborat Antiphanes apud Athen. p. 299. E. ubi pro *ὀφρᾶσθαι* reponendum *ὀσφρέσθαι*. Sincera forma *ὀσφρόμενος* legitur in Vesp. 792. In Thesm. 495. fere cum Dawesio p. 320. scribendum: *ἵν' ὀσφρόμενος ἄνηρ ἀπὸ τείχους εἰσιών*. Maluit Dawesius: *ἀπὸ τοῦ τείχους ἰών*:

sed articulus recte abest, ut in Av. 497. ἔξω τείχους e). Praeterea ὀσφραίνεσθαι male tribuitur Eupolidi apud Priscianum p. 1193. Legendum: προσένεγκέ μοὐγγὺς τὸ στόμ' ὀσφρέσθαι τὸ σόν. Recentiores formam prorsus diversam usurparunt. ὀσφρανθῶσι habet Philemo apud Athen. p. 289. A. ὀσφράνθητι Macho apud eundem p. 577. F. Futurum ὀσφρήσεται habet noster Pac. 152. *Elmsl.*

180. *f*) στιπτοὶ γέροντες. Ad hunc locum respexit Etymologus: σιπτοὶ, πυκνοὶ, καὶ στερῥοί. Ἀριστοφάνης. Rescribe, στιπτοί: ut recte legitur apud eundem v. ἀτεράμων, ubi locum hunc Comici citat. Est autem στιπτοὶ, vel, ut quidam scribunt, στειπτοὶ, a στείβω, *calco*, *condenso*, *constipo*: ut recte Scholiastes ad h. l., et ex eo Suidas v. στιπτοί. Erotianus tamen (quod notandum) in hoc loco Comici pro στιπτοὶ olim legit στεριφνοί. Ait enim: στεριφνούς. πυκνούς. καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ἀχαρνεῦσί φησι· στεριφνοὶ γέροντες, πρίνινοι, ἀτέραμνοι, Μαραθωνομάχαι, καὶ σφενδάμνινοι. Sed altera lectio praeferenda est, ut quae plurium Grammaticorum auctoritate confirmatur. *Kust.* στιπτοί. Male in A. B. στυπτοί. *Brunck.* στυπτοὶ A. B. στέριφνοι vel στεριφνοὶ Erotianus in στερίφνους, a Kustero indicatus. Verba Hippocratis quae respexit Erotianus in p. 337. indicarunt interpretes, ubi hodie στρυφνοὺς legitur, quod in exemplari suo Galenum habuisse monet Foesius. Satis commode apud nostrum legeretur vel στρυφνοὶ vel στέριφοι. In Vesp. 877. στρυφνὸν καὶ πρίνινον ἦθος habetur. Receptam tuetur Hesychius: στιπτός· πυκνὸς, ἢ στερεὸς καὶ πεπιλημένος· ἀπὸ τοῦ στείβειν, τὸ πατεῖν. Hesychio simillima habet Schol. cui pro συνάπτονται restituendum συμπατοῦνται ex Polluce VII. 38. Scholiasten describit Suidas in στιπτοί. Plura dabit Ruhnkenius ad Timaeum p. 156, 238. *Elmsl.*

---

e) Cum recte dicatur τεῖχος sine articulo, malim in Av. 1119.

ἀλλ' ὡς ἀπὸ τείχους οὐ πάρεστιν ἄγγελος
οὐδείς, ὅτου πευσόμεθα τἀκεῖ πράγματα.

Vulgo paullo minus recte omittitur particula negans ante verbum. *Elmsl.* in Auctario.

f) De v. 180. 181. vide Phrynichum in Bekkeri Anecd. I. 8, 16 — 25.

πρίνινοι. Ad h. l. respexit Iulianus Imperator in Misopogone: πρίνινον, σφενδάμνινον, οὐκέτι μέντοι καὶ Μαραθωνομάχην, ἀλλ' Ἀχαρνέα μὲν ἐξ ἡμισείας, ἀηδῆ δ' ἐς ἄνδρας παντάπασι, καὶ ἄχαριν. *Kust.* In Vesp. 882. πρίνινον ἦθος. Ibid. 382. τὸν πρινώδη θυμόν. *Bergl.*

181. *g*) ἀτεράμονες. In Vesp. 738. μηδ' ἀτενὴς ἄγαν γ' ἀτεράμων τ' ἀνήρ. *Bergl.* Μαραθωνομάχαι *h*). In membr. minus bene Μαραθωνομάχοι. De his formis in ης loco vulgarium in ος, vide Valckenario notata ad Eurip. Phoen. p. 42. et nobis ad Aeschyli Pers. 554. Vulgatam adfirmat Iuliani locus a Kustero prolatus. *Brunck.* Μαραθωνομάχοι A. et Suidas in ἀτεράμονες, quam formam habet noster in Nub. 987. Receptam scripturam tuentur Suidas in Μαραθών, Erotianus in στεριφνούς, et Iulianus imperator Misop. p. 350. D. [ed. Lips. 1696.] a Kustero indicatus. *Elmsl.* Vocem σφενδάμνινοι hinc allegat Pollux X. 35. *Idem.* Synesius Epist. 56. καὶ τοῦ λοιποῦ σφενδαμνίνῳ μοι καὶ ἀκλινεστέρῳ συνέσεσθαι. *Bergl.*

183. Infra 511. κἀμοὶ γάρ ἐστιν ἀμπέλια κεκομμένα. *Bergl.*

186. βοώντων. Pro βοάτωσαν. Sophocles in Aiace 972. οἱ δ' οὖν γελώντων, κἀπιχαιρόντων κακοῖς τοῖς τοῦδε. Ubi Scholia: γελώντων, ἀντὶ τοῦ γελάτωσαν. Vide ad Nubes 452. *Bergl.*

189. ἀρέσκουσιν. Sic emendate scriptum in B. Vacillat in impressis versus ex omissione ν paragogici. *Brunck.*

192. Hunc versum et sequentem non agnoscit Rav. *Elmsl.* Corrige ex h. l. Phrynichum Bekkeri I. 53, 11.

193. *i*) [V. Hermann. Elem. doctr. metr. p. 129.] Malim ὀξύτατα, χὥσπερ, ubi ὥσπερ fere παρέλκει, ut

---

g) Cf. Bekkeri Anecd. I. 459.

h) Cf. Valcken. Orat. de Philippo p. 275.

i) Ὀζουσι γ' αὗται πρόσβεων ἐς τὰς πόλεις Ὀξύτατον, ὥσπερ διατριβῆς τῶν ξυμμάχων. Dictum hoc, quasi idem esset ἢ

in hoc Pherecratis apud Athen. p. 648. C. *ἐκ τοῦ στόματος τῶν αἰγιδίων ὄζειν ὥσπερ μελικήρας.* Quae verba ita vulgo leguntur: *ὥσπερ τῶν αἰγιδίων ὄζειν ἐκ τοῦ στόματος μελικήρας.* Eodem fere modo locutus est noster Pac. 234. *καὶ γὰρ ὥσπερ ἠσθόμην καὐτὸς θυΐας φθέγμα πολεμιστηρίας.* Id est: *φθέγμα ὥσπερ θυΐας.* Unde fortasse defendi potest Pherecratei versus vulgata scriptura. *Elmsl.* Non dissimilis est particulae *ὥσπερ* usus in Nub. 1276. *τὸν ἐγκέφαλον ὥσπερ σεσεῖσθαί μοι δοκεῖς.* Vesp. 595. *ὥσπερ φωνή μέ τις ἐγκεκύκλωται.* Thesm. 869. *ἀλλ' ὥσπερ αἰκάλλει τι καρδίαν ἐμήν.* Nos, *As it were.* Caeterum in hoc Acharnensium loco rectissime se habet vulgata scriptura. Similia sunt in Pac. 525.

οἷον δὲ πνεῖς· ὡς ἡδὺ κατὰ τῆς καρδίας,
γλυκύτατον, ὥσπερ ἀστρατείας καὶ μύρου.

Praeterea vereor ut Atticum sit *ὀξύτατα ὄζειν*, quod paullo serius animadvertisse pudet. Nam sciunt linguae Graecae peritiores inter *ὀξύτατον* et *ὀξύτατα* tantum fere interesse, quantum inter *ὀξὺ* et *ὀξέως*. Quae quidem differentia etsi plerisque iam satis nota atque perspecta est, prima Graeci sermonis elementa discentibus melius fortasse ex aliquot exemplis patebit. Dixit igitur noster Plut. 629. *ὡς εὐτυχεῖθ', ὡς μακαρίως πεπράγατε.* 633. *ὁ δεσπότης πέπραγεν εὐτυχέστατα.* 981. *οὐ πολλά· καὶ γὰρ ἐκνομίως μ' ἠσχύνετο.* 992. *λέγεις ἐρῶντ' ἄνθρωπον ἐκνομιώτατα.* Eq. 451. *παῖ ἀνδρικῶς.* 453. *παῖ αὐτὸν ἀνδρικώτατα.* Adde *κακῶς ἀπολοίμην*, et *κάκιστ' ἀπολοίμην*, quae passim leguntur. Veniamus ad alteram formam. Noster Ach. 852. *ὄζων κακὸν τῶν μασχαλῶν.* Thesm. 254. *ἡδύ γ' ὄζει ποσθίου.* Plut. 1020. *ὄζειν τε τῆς χροίας ἔφασκεν ἡδύ μου.* Ran. 358. *ὡς ἡδύ μοι προσέπνευσε χοιρείων κρεῶν.* Pac. 87. *καὶ μὴ πνεῖ μοι κακὸν, ἀντιβολῶ σ'.* Phereretes apud Athen. p. 159. F. *τοῦ στόματος ὄζει κακόν.* Cratinus minor p. 661. E. *τῆς γῆς ὡς γλυκὺ ὄζει.* Haec omnia ad olfactum pertinent,

---

διατριβὴ τῶν ξυμμάχων ταῖς πρεσβείαις ἐς τὰς πόλεις. Repone, quod et *ἀττικώτερον*:

Ὀξύτατα, χ' ὥσπερ διατριβῆς τῶν ξυμμάχων.

Saepius, praesertim primis versibus, periit copula, velut et Vesp. 806. scribendum *χ' ὕοντος*, siquidem aliud est ningere, aliud pluere. *Hotib.*

ut et sequentia. Noster Eq. 892. *βύρσης κάκιστον ὄζων.* Vesp. 38. *ὄζει κάκιστον τοὐνύπνιον βύρσης σαπρᾶς.* 913. *τυροῦ κάκιστον ἀρτίως ἐνήρυγεν.* Pherecrates apud Athen. p. 269. A. *ἥδιστον ἀτμίζοντα.* Crates p 690. D. *γλυκύτατον δ' ὤζε βασιλείου μύρου.* Si semper ita locuti sunt Attici, quod affirmare non ausim, pessime me *ὀξύτατα* coniecisse manifestum est. Dixit Alexis apud Athen. p. 60. A. *ὑπερηφάνως ὄζουσα τῶν ὡρῶν λοπάς.* *Elmsl.* in Auctario.

διατριβῆς. In Lysistr. 941. *οὐχ ἡδὺ τὸ μύρον μὰ τὸν Ἀπόλλω τουτοΐ, εἰ μὴ διατριπτικόν τε κοὐκ ὄζον γάμων.* *Bergl.*

194. *k*) *ἀλλ' αὗταί σοι σπονδαὶ* Rav. unde legerim: *ἀλλ' αὗταὶ δή σοι,* deleto *σπονδαὶ,* quod languidum est et ex glossemate irrepsisse videtur. *Elmsl.* Nescio an melius esset, *ἀλλ' αὗταὶ γάρ σοι.* Vide v. 40. 175. 594. 738. Av. 1168. *ἀλλ' ὅδε φύλαξ γὰρ τῶν ἐκεῖθεν ἄγγελος.* Lys. 1239. *ἀλλ' οὗτοι γὰρ αὖθις ἔρχονται πάλιν.* *Idem* in Auctario.

τριακοντούτιδες. Sub imagine liquoris alicuius suavis exhibet hic *σπονδὰς* istas; in Equitibus autem v. 1382. sub imagine meretricum formosarum, ad quam imaginem nunc etiam fere delabitur cum dicit: *ἐν τῷ στόματι λέγουσι.* *Bergl.*

195. *ὦ Διονύσια.* Huius festi meminit, quia in pace deinceps libere poterit celebrare Dionysia. *Bergl.*

196. Vide Paul. Leopard. Emendat. l. XII. c. ult. *Kuster.*

---

k) *Ἀλλ' αὗταί σπονδαὶ τριακοντούτιδες.* Sic vulgo, invenustis numeris. Ravennas: *Ἀ. α. σπονδαί σοι τρ.*, inconcinne quidem, sed ita, ut in vestigia nos verioris, nisi fallor, perducat lectionis. Ut similia similibus passim officiunt in libris, ita etiam fieri de voculis *μοι σοι τοι* saepe observatur. Quomodo et hoc loco illud *σοι,* quod familiaris cuiusdam est elegantiae, similis verbi *τοι* omittendi ansam praebuisse puto, legendumque, ut paullo ante absque nomine *τῶν σπονδῶν, Αὗται μέν εἰσι πεντέτεις, Σὺ δ' ἀλλὰ τασδὶ τὰς δεκέτεις γεῦσαι λαβών,* sic itidem hic:

Ἀλλ' αὗταί σοί τοι τριακοντούτιδες
Κατὰ γῆν τε καὶ θάλατταν.

cf. 539. *Hotib.*

197. 198. Hi duo versus transponendi sunt. *Dicunt i quo lubet*, et dicunt, *te non debere servare commeatum trium dierum. Reisk.* καὶ μὴ πιπρεῖν σιτὶ ἡμερῶν τριῶν. Quia ad bellum profecturi milites edicto iubebantur cibaria sibi parare et efferre in tres dies. Vide Pac. 312. Ad hunc morem lepide adludunt senes in Vesp. 243. mandatum sibi a Cleone dicentes, ut mature in forum veniant Lachetis causam cognituri, ἔχοντες ἡμερῶν ὀργὴν τριῶν. *Brunck.*

198. ὅποι θέλεις. Sic A. C. Vulgo ὅπῃ. *Brunck.* ὅπῃ cum cod. Rav. revocavit *Elmsl.* qui monet Schol. habere ὅπου.

200. *l*) Hic versus et duo sequentes recte Dicaeopolidi continuati sunt in B. Cuiusnam essent ipsa sententia ostendebat. In tribus codd. scriptum est κελεύων, non, ut vulgo, κελεύω. In C. hic versus etiam Dicaeopolidi continuatus: at duo sequentes Amphitheo tribuuntur, tertius alteri absurde. In membr. personae literis non sunt notatae, sed lineolis mutatas vices indicantibus. Iuxta huius codicis librarium versus 201. et duo sequentes Amphitheo essent tribuendi, quod perinde absurdum est. *Brunck.* κελεύω edd. κελεύων A. B. C. Rav. Brunckius [et Elmsl.]. Utriusque scripturae meminit Schol. Personarum notae ad hunc versum et sequentes vulgo admodum turbatae sunt. Versum 200. Dicaeopolidi, tres sequentes Amphitheo tribuit A. Amphithei personam versui 206. Dicaeopolidis versui 201. et iterum 203. praefigunt edd. veteres pleraeque. Paullo melius Amphitheo versum 203. tribuunt recentiores. Omitto duas alias distributiones quas in quibusdam edd. vett. observavi. Personas recte constituunt B. Brunckius. *Elmsl.*

202. *m*) ἄξω. Infra 249. *Bergl.* ἄξω — Διονύ-

---

l) Male hunc versum Amphitheo tribuunt Iuntinae. Κελεύω quoque ibi legitur. *Hotib.*

m) εἰσιών. f. ἐξ ἐτῶν a multis annis, post multos annos, quibus Bacchanalia non celebravi. vel ἐξ ἐτῶν post sexennium. vid. v. 265. 890. *Reisk.*

σια n). Non quod ruralia Dionysia eadem fuerint cum Lenaeis, ut falso tradit Scholiastes. Namque illa ruri agebantur in singulis pagis mense Posideone: haec vero, Lenaea scilicet, in urbis parte *Λίμναι* dicta, mense Anthesterione. Quia vero stato suo tempore Dicaeopolis ruralia Bacchanalia celebrare non potuerat, quia pago suo profugus, agrum omnem tenentibus hostibus, in urbem confugerat, nunc, postquam sibi inducias pactus est, ait se in pagum quamprimum reversum, Dionysia illa quae ruris et pagorum propria erant, celebraturum. Quod mox sequitur *ἐπεισόδιον* fabulae, Bacchiaci ruralis sacri descriptionem continens, nihil ad temporis notationem confert quo acta fuit fabula; nec proinde ex illis locis, ubi ruralium Bacchanalium mentio fit, colligi debet *τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια* et *τὰ Ληναῖα* idem festum fuisse. In clara luce id posuit elegantissimi Ruhnkenii diligentia. *Brunck.*

203. *φεύξομαι* vulgo. *φευξοῦμαι* [quod Elmsl. recepit] Rav. Malim, si accedat nonnihil auctoritatis, hunc versiculum post v. 200. collocare. *Elmsl.* Coniecturae meae favet locus Ran. 572 — 575. *Idem* in Auctario.

204. *τῇδε πᾶς.* Apud Eurip. in Rheso 680. chorus perinde ut hic persequentium: *δεῦρο, δεῦρο πᾶς· τούσδ' ἔχω, καὶ τούσδ' ἔμαρψα. Bergl.*

205. *τῇ πόλει γὰρ ἄξιον.* Supra 8. *ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι. Bergl.*

207. *μηνύσατε* Rav. Scilicet nesciebat librarius secundam in *μηνύω* longam esse. Eadem de causa invectum est *ἴσχυσε* pro *ἴσχυε* in Av. 488. *Elmsl.*

---

n) Hesychius: *Διονύσια· ἑορτὴ Ἀθήνηαιν, ἣ Διονύσῳ ἤγετο· τὰ μὲν κατ' ἀγροὺς, μῆνος Ποσειδεῶνος· τὰ δὲ Λήναια, μηνὸς Ληναιῶνος· τὰ δὲ ἐν ἄστει, Ἐλαφηβολιῶνος.* Scripsit grammaticus, vel scribere debuit, *τὰ δὲ Λήναια, Ἀνθεστηριῶνος*, monente Ruhnkenio, qui haec verba luculento commentario explicavit, loco ad v. 34. indicato, quo remittendus est lector, cum ea quae de tribus Bacchi festis habet Schol., omnia fere vanissima et falsissima sint. *Elmsl.*

208 — 218. Haec Hermannus Elem. doctr. metr. p. 203. sic descripsit:

ἐκπέφευγ', οἴχεται φροῦδος. οἴμοι τάλας, τῶν
ἐτῶν τῶν ἐμῶν.
οὐκ ἂν ἐπ' ἐμῆς γε νεότητος, ὅτ' ἐγὼ φέρων ἀν-
θράκων φορτίον
ἠκολούθουν Φαΰλ-
λῳ τρέχων, ὧδε φαύ-
λως ἂν ὁ
σπονδοφόρος οὗτος ὑπ' ἐ-
μοῦ τότε διωκόμενος
ἐξέφυγεν, οὐδ' ἂν ἑλα-
φρῶς ἂν ἀπεπλίξατο.

208. *ἐκπέφευγ', οἴχεται φροῦδος.* Similiter de Catilina Tullius: Excessit, evasit, erupit. *Hotib.*

209. *οἴμοι τάλας.* Ante haec verba, quae vulgo priori Semichoro continuantur, recte in B. posita persona *ημιχ.* in C. *χορος.* In membr. vacuum relictum spatium recipiendae personae. *Brunck.*

210. Haec quae una serie Choro tribui [v. 205 — 236.], diversis eius partibus alii aliter distribuunt. Nullus hic Hemichorio locus est. *Elmsl.*

211. et 219. *οὐκ ἂν* etc. *νῦν δ'.* Ita solent senes. Sic senum chorus apud Eurip. in Herc. fur. v. 512. *εἰ μὲν σθενόντων τῶν ἐμῶν βραχιόνων ἦν τις ὑβρίζων, ῥᾳδίως ἐπαύσατ' ἄν. νῦν δ' οὐδὲν ἐσμέν.* Virg. V. Aen. Si mihi quae quondam fuerant in corpore vires. *Bergl.*

213. *ἀνθράκων φορτίον.* De Acharnensibus passim in hac comoedia tanquam de carbonariis loquitur, nempe quia illi praecipue facerent et venderent carbones. Nimis autem iactantes dicit senex, se iuniorem cum onere secutum esse currendo Phayllum cursorem praestantissimum; nempe ut Milo cum bove in humeris cucurrit stadium. *Bergl.*

214. *Φαΰλλῳ o).* Hic Phayllus celeberrimus fuit

---

o) Nimium est, quod de se profitetur in vulgatis chorus, Phayllum, ter Pythionicen cursu, auctore Herodoto in Urania, pedum pernicitate se assecutum esse, carbonibus

pernicitate et alacritate. Ideo fuit ter Pythionices, ut ait Herodotus in Urania [c. 47.]. Scholiastes eum etiam facit Olympionicen, quod non credo; nam id decus non tacuisset Herodotus, qui eum triremi Crotoniatum praefuisse ait, quae in auxilium Graecorum missa fuerat adversus Xerxem in pugna Salaminia. Epigramma a Schol. citatum ait, eum quinquaginta pedum spatium saltu superasse; quod difficile est credere, si de unico saltu in plano intelligamus, *Palmer.* De Phayllo vide ad Vesp. 1206. *Bruncк.* Phaylli cursoris meminerunt tum alii tum noster Vesp. 1206.*p*) Epigramma de eo conservavit Schol.

πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε Φάϋλλος
δίσκευσεν δ' ἑκατὸν πέντ' ἀπολειπομένων.

Elmsl.

---

praesertim onustum. Accedit, quod nec numeri sui constant cretico, nisi deficientem syllabam addideris post *φορτίον*. Turbatum et in sequentibus tum pessime intruso interpretamento *ἐξέφυγεν ἄν*, tum scribendo *οὐδ' ἂν ἐλαφρῶς* pro *οὐκ ἂν ἐλαφρῶς*, quo vexatus G. Hermannus de Metr. p. 190. deleri iussit *φαύλως* tanquam *ταυτολόγον*. Locus sic videtur legendus esse:

Οὐκ ἂν ἐπ' ἐμῆς γε νεότητος, ὅτ' ἐγὼ φέρων
Ἀνθράκων φορτίον ἂν
Ἠκολούθουν Φαΰλλῳ τρέχων, ὧδε φαύ-
λως ἂν ὁ σπονδοφόρος οὗτος, ὑπ' ἐμοῦ τότε δι-
ωκόμενος, οὐκ ἂν ἐλαφρῶς ἂν ἀπεπλίξατο.

Ὅτε ἂν ἠκολούθουν, cum secutus essem, sequi valuissem. *Οὐκ* repetitur *παθητικῶς*: Demipho Terent. Phorm. 2, 3. extrema: Non, non sic futurum est; Persius 3, 23: Nunc, nunc properandus; qualia non advertentes librarii saepius impegere. Versus paeonici vel cretici tetrametri praeter secundum, qui dimeter est, gravius ut exaudiatur *ἀνθράκων φορτίον*, Acharnensium *χαρακτηριστικόν*. Ceterum observa quater eodem orationis membro illatam *ἄν* particulam.

In antistropha legendum metri causa:

— — — ἐσπείσατ' οἴ-
σίν γε παρ' ἐμοῦ πόλεμος ἐχθροδοπὸς αὔξεται —,
ἀντεμπαγῶ γ' ὀξύς, hiatus vitandi gratia, denique in fine *ἵνα μήποτε πατῶσιν ἔτι τὰς ἐμὰς ἀμπέλους*, secundum vulgatas. *Hotib.*

p) H. l. attulerat *Bergl.* Add. Iacobs. ad Anthol. Palat. T. III. p. 949.

215. φαύλως. Id est, *facile*: non vero, *segniter*, ut Frischlinus interpretatur. *Kust.* Schol.: ἀντὶ τοῦ εὐχερῶς, μετὰ ῥᾳστώνης· ut saepe apud Comicum. Alludit autem ad praecedens Φάυλλος. *Bergl.*

216. ἐξέφυγεν (ἐξέφυγεν ἄν Rav.) post διωκόμενος inserunt omnes libri, agnoscit Suidas in Φάϋλλος. Ex glossemate irrepsisse recte statuit Bentleius. Hoc electo, versus antistrophico 230. accurate respondet. Longe deterior est Brunckii *q*) emendatio, qui οὗτος et τότε delevit. Utrumque habet Rav. et Suidas in Φαύλλος. A Schol. diserte agnoscitur τότε. *Elmsl.*

218. οὐδ' ἂν ἑλαφρῶς ἂν ἀπεπλίξατο. Sic tres codd. venuste repetita particula ἄν, quam posteriore loco omittunt impressi. Versus est trimeter paeonicus. Iuxta vulgatam lectionem secunda in ἀπεπλίξατο producenda est, ut pes medius sit creticus: in nostra vero, servato Comici more, corripitur, pesque medius paeon est primus, cui in antistrophico respondet creticus.

οὐδ' ἂν ἑλα | φρῶς ἂν ἀπε | πλίξατο·
πατῶσ' ἔτι | τὰς ἐμὰς | ἀμπέλους.

ἀπεπλίξατο, ἀπέβη, ἀπέφυγεν. De geminata particula ἄν vide not. ad Thesm. 196. Nub. 1396. *Brunck.* Secundum ἄν omittunt edd. et Suidas in ἀπεπλίξατο. Habent A. B. C. Rav. Brunckius. [Cf. Reisig. I. p. 114.] Mutat in ὦδ' Suidas in Φάϋλλος. *Elmsl.* ἀπεπλίξατο. Praeter Schol. veterem, et, qui eum exscripsit Suidam v. ἀπεπλίξατο, vide etiam Eustathium ad Odyss. Z. p. 1564. ubi loci huius Aristophanei mentionem facit. *Kust.* ἀπεπλήξατο Rav. Respexit poeta ad Homericum πλίσσοντο Od. Z. 318. quod de mularum incessu

---

q) Vulgo legitur: σπονδοφόρος οὗτος ὑπ' ἐμοῦ τότε διωκόμενος. Voces οὗτος et τότε sunt plane otiosae et invito metro a mala manu huc illatae. Facessere eas debuisse manifesto liquet ex antitheticorum versuum collatione, qui dimetri paeonici sunt:

σπονδοφόρος | ὑπ' ἐμοῦ δι — —
ὀξὺς ὀδὺ | νηρὸς ἐπί — —

Brunck. Hermanno (Elem. d. metr. p. 203.), qui ἐξέφυγεν retinuit, in antistropha post ἀντεμπαγῶ v. 230. verbum excidisse videtur.

usurpatum est. De hac voce consulendus in primis Foesius ad Hippocratem in *πληχαί*. Aristophaneum *ἀπεπλίξατο* melius quam Latini reddunt nostrates, quippe quibus in usu est *To slep off*. *Elmsl.*

220. *Λακρατίδη*. Hunc antiquum aliquem fuisse Archontem Athenis adhuc tempore Darii dicit Schol. Se autem dicit chorus Lacratidem, id est grandaevum; ita supra 180. Amphitheus Acharnenses istos dicebat *μαραθωνομάχας*· quod idem est; nam praelium Marathonium contigit sub Dario. *Bergl.* Hesychius: *Λακρατίδης*· *Ἀριστοφάνης φησὶ, παλαιὸν Λακρατίδην, τὰ ψυχρὰ βουλόμενος δηλοῦν*· *ψυχροὶ γὰρ οἱ γέροντες* r). Metri gratia corrigit Bentleius, *Λακρατείδη*, contra regulas analogiae. Alii *Λακρατίδη δὴ* volunt. Simile mendum est in Pac. 1154. *μυρρίνας αἴτησον ἐξ Αἰσχινάδου τῶν καρπίμων*: ubi fortasse excidit *οὖν* post *αἴτησον*. *Elmsl.* Ferri posset, *καὶ παλαιῷ Λακρατίδη γε τὸ σκέλος βαρύνεται*. *Idem* in Auctario.

221. *διωκτέος*. Haec vulgo eidem Semichoro continuantur. *μὴ γὰρ ἐγχάνοι*. Perperam vulgo *ἐγχάνῃ*. Optativum requirit sermonis indoles. Recte vertit Berglerus, *nunquam irrideat*. *Brunck*.

222. *μηδέ περ γέροντας ὄντας*. Participium *ὄντας* hausit praecedens vox in A. C. Est in contextu cod. B. sed linea subducta delendum esse indicat. Falso. Absque enim illo *ὄντας* non constant versus numeri. *Brunck*.

223. Haec et sensu et constructione cum praecedentibus cohaerent hoc modo: *μὴ γὰρ ἐγχάνοι ποτὲ, — — ὅστις, ὦ Ζεῦ, — — ἐσπείσαχο τοῖς ἐχθροῖς*, etc. *Kust.* *ὦ Ζεῦ π. καὶ θεοί*. In Pluto 1. *ὦ Ζεῦ καὶ θεοί*. *Bergl.*

228. *τῶν ἐμῶν χωρίων*. Schol.: *κἀνταῦθα λείπει τὸ ἕνεκα*· nempe ut supra 209. *τῶν ἐμῶν ἐτῶν*. *Bergl.* Subauditur *ἕνεκα* cuius frequens est ellipsis. *Brunck*.

229. Citat Suidas v. *σχοῖνος*. *Kust.* *οὐκ ἀνήσω* corrigit Scaliger. Copula respicit ad *διωκτέος δέ* v. 221.

---

r) Hesychium et Suidam v. *Λακρατίδης* citaverat *Kuster*.

Elmsl. σχοῖνος. Pollux X. 151. γεωργικὰ σκεύη recensens: τάχα δὲ καὶ σχοῖνος, καὶ βατος, καὶ ὀρμάνη, καὶ ῥάχος, καὶ κόνυζα, καὶ κνάφος, καὶ πάνθ' ὅσα ἀκανθώδη τοῖς καρποῖς ἐπὶ φρουρὰν περιβάλλεται. *Elmsl.*

230. ἐμπαγῶ. Non significat *congeler* ut Frischl. vertit; sed *infigar*, ut satis notum est. *Kust.* τοῖσιν ἀντεμπαγῶ s). Sic recte Suidas in σχοῖνος. Perperam in Comici exemplaribus omnibus ἄτ' ἐμπαγῶ, dactylo cretici sedem tenente, et proinde claudicante versu. *Brunck.*

231. ἐπίκωπος t). *Remo assidens, remigans, navigans.* In Ranis 199. κάθιζ' ἐπὶ κώπην. Valebant autem Athenienses re nautica. *Bergl.*

233. πατῶσ' ἔτι. Paeon secundus. Male [recte] libri omnes πατῶσιν ἔτι, syllaba redundante. *Brunck.* ἀμπέλους. Supra 182. τῶν ἀμπέλων τετμημένων. Aliquotics Lacedaemonii, irruptione facta in Atticam, vastarunt agros et vineas. *Bergl.*

234. Βαλλήναδε. Ita edd. pristinae; non Παλλήναδε. Βαλλήναδε dicit scribendum esse et Scholiastes, ut simul respiciatur ad verbum βάλλειν et ad Παλλήνην, quae est pagus Atticus, et urbs Thraciae, olim Phegra dicta, ubi Gigantomachia fuit. Itaque dicit iaculandum esse γηγενεῖ φυσήματι, ut Comicus loquitur in Ran. 846. *Giganteo spiritu. Bergl.* βλέπειν Βαλλήναδε. Sic in B. e correctione: nam primo scriptum fuerat Παλλήναδε, ut est in duobus aliis. At nostram lectionem exhibent primariae editt. unde prudenter a Berglero revocata fuit. Schol.: Παλλήνη, δῆμος τῆς Ἀττικῆς. νῦν δὲ διὰ τοῦ β γραπτέον, κατὰ συγγένειαν τοῦ β εἰς τὸ π. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ βάλλειν λίθοις. θέλει γὰρ εἰπεῖν, ὅτι δεῖ ζητεῖν τὸν ἄνδρα καὶ λιθολευστεῖν αὐτόν. *Brunck.* Utriusque scripturae meminit Schol. a Suida compilatus in Παλληνικὸν βλέπειν. Ludit noster in nomine pagi Attici, ut in Eq. 79. Eccl. 362.

---

s) Suid. in σχοῖνος habet ἀντεμπαγῶ. et iterum in σκόλοψ in editione Kusteri, qui perperam hanc lectionem damnat: ego vero divinaveram. *Bentl.*

t) ἐπίκωμος, *importune irruens grassator. Reisk.*

ubi *Κλωπιδῶν* et *Ἀχραδούσιος* pro *Κρωπιδῶν* et *Ἀγερδούσιος* per iocum sistit: quorum illud ne Scholiasten quidem fefellit, hoc Stephano Byzantino aliisque fraudi fuit. Obiter moneo, eidem Stephano in *Εὐπυρίδαι*, pro *Κεκροπίδας* restituendum esse *Κρωπίδας*. *Elmsl.*

235. *καὶ διώκειν γῆν πρὸ γῆς.* Frischlinus male: *terram persequi pro terra.* Verte: *ex loco in locum persequi. Kust.* Aeschylus in Prometh. 685. *μάστιγι θείᾳ γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνομαι.* Lucianus in Pseudomanti [T. II. p. 252.]: *ἀλλ' ἔδει γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι ὡς ἀσεβῆ καὶ ἄθεον καὶ Ἐπικούρειον. Bergl.*

236. *ὡς ἐγὼ βάλλων ἐκεῖνον οὐκ ἂν ἐμπλείμην λίθοις.* Et hunc locum Frischlinus male sic interpretatus est: *ut ego in opprimendo illo non plenus lapidibus siem.* Tu mecum verte: *nam non satiari queam coniiciendo in eum lapides.* Id est, non desistam lapideum grandinem in illum mittere, donec eo prorsus obrutus sit. Consructio autem loci huius talis est: *ὡς ἐγὼ οὐκ ἄν ἐμπλείμην βάλλων ἐκεῖνον λίθοις.* Vide etiam Suidam v. *ἐμπλείμην* [Zonaram I. 709.], ubi loci huius mentio fit. *Kust.* Ordo: *βάλλων λίθοις ἐκεῖνον οὐκ ἂν ἐμπλείμην.* Euripides in Hippolyto 664. *μισῶν δ' οὔποτ' ἐμπλησθήσομαι γυναῖκας. Bergl.*

οὐκ ἂν ἐμπλήμην. Sic bene Dawesius. Vulgo *ἐμπλείμην.* Vide ad Lys. 235. et 253. *Brunck.* [Cf. Valcken. ad Eurip. Hippol. p. 237. 2. C.] *ἐμπλείμην* vulgo, quod diserte tuentur Schol. et Suidas in ipsa voce. *ἐμπλήμην* Rav. Dawesius p. 330. Brunck. *Elmsl.*

237. *εὐφημεῖτε.* Haec Dicaeopolis dicit sacrificans; nam Dionysia celebrat. Supra idem dicebat: *ἐγὼ δὲ πολέμου καὶ κακῶν ἀπαλλαγεὶς ἄξω τὰ κατ' ἀγροὺς εἰσιὼν Διονύσια,* v. 200. *Bergl.*

238. *σῖγα πᾶς. ἠκούσατ', ἄνδρες, ἆρα τῆς εὐφημίας;* Hic versus in impressis duobus mendis inquinatus est, e quibus intelligere est, quam levem curam Comico impenderint editores, utque metri leges susque deque habuerint. Primo *σίγα* ediderunt, imperativum pro adverbio *σῖγα*, quo modo primus octonarii pes est spondeus, qui trochaeus esse debet; postea *ἄρα* pro

ἄρα, pyrrhichium pro trochaeo. Minutias has esse si quis forte dicat, is mea quidem causa poetis numeros et rhythmum adimat. Ceterum in distinguendis personarum vicibus consentiunt impressis codd. Ante verba σῖγα πᾶς posita Chori persona, quae, meo iudicio, ante ἠκούσατ᾽ poni debebat. Priora verba Dicaeopolidi continuanda. *Brunck.*

239. ἀλλὰ δεῦρο πᾶς. Supra 207. τῇδε πᾶς ἔπου. *Bergl.*

240. ὦνήρ. Vulgo minus bene ἀνήρ. *Brunck.* ἄνηρ. *Elmsl.*

242. πρόϊθ᾽ ὡς τὸ πρόσθεν. ὡς pro πρός· supra paulo aliter v. 43. παριτ᾽ εἰς τὸ πρόσθεν. *Bergl.* ἐς τὸ πρόσθεν, ut supra v. 43. πάριτ᾽ ἐς τὸ πρόσθεν. [Eccles. 129.] Hic perperam libri omnes [etiam Rav.] ὡς τὸ — Promiscue non adhibentur εἰς et ὡς, quorum de differentia operae pretium fuerit legisse eruditam praestantissimi Valckenarii notam ad Eurip. Phoen. p. 474. *Brunck.* Brunckium recte secutus est *Elmsl.* Fugit hic locus Doederleinium, qui de hac re disputavit in den *philol. Beytr. aus der Schweitz* T. I.

ἡ κανηφόρος. Virgines, et quidem, ut Schol. ait, nobiliores, gestabant canistra in Dionysiis. Thucydides VI. [c. 56.] τὴν ἀδελφὴν γὰρ αὐτοῦ κόρην ἐπαγγείλαντες ἥκειν κανοῦν οἴσουσαν ἐν πομπῇ τινι, ἀπήλασαν λέγοντες, οὐδὲ ἐπαγγεῖλαι τὴν ἀρχήν, διὰ τὸ μὴ ἀξίαν εἶναι. *Bergl.*

243. τὸν φαλλόν. Quae Schol. de phallis veterum hic notat lectu digna sunt. *Kust.* Penis est coriaceus, aut pertica appensum habens eiusmodi penem. Adhibentur autem phalli in Bacchi sacris, et originem traxerunt ex Aegypto, ut alia pleraque religionis Graecanicae. Herodotus in Euterpe [c. 48.] τὴν δὲ ἄλλην ἀνάγουσι ὀρτὴν τῷ Διονύσῳ οἱ Αἰγύπτιοι, πλὴν χοίρων, κατὰ ταυτὰ σχεδὸν πάντα τοῖς Ἕλλησι· ἀντὶ δὲ φαλλῶν, ἄλλά σφι ἐστὶ ἐξευρημένα, ὅσον τε πηχυαῖα ἀγάλματα νευρόσπαστα, τὰ περιφορέουσι κατὰ τὰς κώμας ταὶ γυναῖκες, νεῦον τὸ αἰδοῖον, οὐ πολλῷ τέῳ ἔλασσον ἐὸν τοῦ ἄλλου σώματος· προηγέεται δὲ αὐλός· αἱ δὲ ἕπονται ἀείδουσαι τὸν Διόνυσον. διότι δὲ μέζον τε ἔχει τὸ αἰδοῖον, καὶ κινέει μοῦ-

νον τοῦ σώματος, ἔστι λόγος περὶ αὐτοῦ ἱρὸς λεγόμενος. Ἤδη ὧν δοκέει μοι Μελάμπους ὁ Ἀμυθέωνος τῆς θυσίης ταύτης οὐκ εἶναι ἀδαὴς ἀλλ' ἔμπειρος· Ἕλλησι γὰρ δὴ Μελάμπους ἐστὶ ὁ ἐξηγησάμενος τοῦ Διονύσου τοὔνομα, καὶ τὴν θυσίην καὶ τὴν πομπὴν τοῦ φαλλοῦ. Talia fere erant simulacra Priapi. *Bergl.* V. Creuzer. Commentatt. Herodot. I. p. 146 sq.

244. Hic versus in tribus codd. Dicaeopolidi continuatus. *ἵν' ἀπαρξώμεθα.* In membr. omissa praepositione, *ἵν' ἀρξώμεθα. Brunck.*

245. Locum hunc citat Etymologus v. *ἐτνήρυσις. Kuster.* *τὴν ἐτνήρυσιν.* Ab *ἀρύω, haurio*, ut *οἰνήρυσις* infra 1066. *φέρε τὴν οἰνήρυσιν, ἵν' οἶνον ἐγχέω. Bergl.* Hesychius: *ἐτνήρυσις· ἔπαιξεν Ἀριστοφάνης, ἀντὶ τοῦ φάναι, τὴν σανίδα, τὴν ἐτνήρυσιν εἰπών, παρὰ τὸ ἔτνος.* Quid reponendum sit pro *σανίδα*, equidem non video. Huc, opinor, respexit Pollux VI. 88. X. 98. *Elmsl.*

247. *καὶ μὴν καλόν γ' ἔστ'.* Haec verba in membr. puellae continuata. Patri melius tribuuntur. Sed ab interpretibus male accepta fuere, tanquam si ab his penderet infinitivus *ἀγαγεῖν.* Post illa verba maxima distinctio poni debuit. Infinitivi autem *ἀγαγεῖν* et *ξυνενεγκεῖν* pendent a suppresso verbo *εὔχομαι, δός*, vel quovis simili, quae precum et votorum formula est usitatissima. Vide initium Supplicum Euripidis et Marklandi notam. *Brunck.* quem secutus est *Elmsl.*

250. *ἀγαγεῖν.* Supra v. 201. *Bergl.*

251. *τὰς σπονδὰς δ' ἐμοὶ* Brunckius, cui valde arridet pronominum formae emphaticae. *Elmsl.*

252. *καλῶς ξυνενεγκεῖν.* In precationibus saepe ponitur infinitivus absolute; ut in Ranis 908. *εἶναί με τῶν σῶν ἄξιον μυστηρίων. Bergl.*

253. Hic versus et quinque sequentes Matri vulgo tribuntur, cuius personam ut prorsus inutilem delevi. *Elmsl.*

καλὴ καλῶς. Vide ad Conc. 730. Plautus Rud. II. 4, 12.

Non licet te sicce placide bellam belle tangĕre? *Brunck.*

254. *οἴσει* vulgo. *οἴσεις* Invernizius, inconsulto lectore. *Elmsl.* *βλέπουσα θυμβροφάγον.* Comica phrasis. Vide in Equit. 628. *Bergl.* Vide ad Av. 1169. 1671. *Brunck.* Hesychius: *θυμβροφάγος· ἀντὶ τοῦ δριμυφάγος· ἡ γὰρ θύμβρα δριμύ ἐστι βρῶμα.* Malim: *θυμβρυφάγον· ἀντὶ τοῦ δριμύ ν).* Noster Ran. 562. *ἔβλεψεν εἰς ἐμὲ δριμύ.* Eodem fere modo dixit *νᾶπυ βλέπειν* Eq. 631. *ὑπότριμμα* Eccl. 291. quae omnia acria sunt. *Elmsl.*

255. *κἀκποιήσεταί γαλᾶς.* Videbatur dicturus: *καὶ ἐκποιήσεταί σου παῖδας·* pro: *καὶ ποιήσεται παῖδας ἐκ σοῦ.* Sed alio torsit orationem, quasi dicat: *καὶ ποιήσει τὰς γαλᾶς μηδὲν ἧττόν σου βδεῖν.* quae et ipsa tamen oratio perversa est; nam dicendum videtur fuisse: *καὶ ποιήσει σε μηδὲν ἧττον βδεῖν γαλῶν.* In Pluto 693. *ὑπὸ τοῦ δέους βδέουσα δριμύτερον γαλῆς. Bergl. γαλῆς* et v. sequente *σὲ* coniicit Brunckius *x*) in annotationibus, quod neque recepit Invernizius, neque recipere debuit, quippe quod non est Graecum. Solenne est *ἐκποιεῖσθαι* de liberis creandis. In Pac. 708.

ν) Photius c. 75. *θυμβροφάγον, δριμύ.* Cf. Bekkeri Anecd. I. 43, 5.

x) *κἀκποιήσεταί γαλᾶς*
σοῦ μηδὲν ἧττον βδεῖν, ἐπειδὰν ὄρθρος ᾖ.
Librorum reverentia lectionem hanc retinui, quod factum nollem: est enim longe absurdissima. Manifesto flagitat sententia, *ἐκποιήσεταί γαλᾶς πολὺ ἧττόν σου βδεῖν.* Scripserat Comicus:
κἀκποιήσεταί γαλῆς
σὲ μηδὲν ἧττον βδεῖν —
A sciolo mutata fuit lectio, sine ullo ad sententiam respectu, ob istam, ut opinor, rationem. Rarissime apud Comicum, si modo alicubi, senarii initio occurrit pronomen *σε.* Illud sic positum semel observare memini in anapaestico tetrametro Equit. 781. Inde mendam hic subesse ratus librarius constructionem mutavit, pessum dato sensu. Initio senariorum *σε* apud Tragicos satis frequens est, nec ulla est ratio, cur illam positionem refugerint iambi comici. Verti debuit, *et te ita curabit, ut sub lucis exortum non minus, quam mustela, visias. Brunck.* in Supplem.

ἐκπὸιοῦ σαυτῷ βότρυς per iocum dicitur. Praeterea Brunckii emendatio activam verbi formam postulat. Verum non erat cur virum doctissimum emendationis suae incertum redderet σὲ in initio senarii positum: hoc enim factum est in Eq. 458. Ran. 103. Plut. 463. In hoc loco vel subauditur δυνατὰς aut ἐπισταμένας, cuius structurae exemplum in promptu nondum habeo, vel legendum ἥττους, ut apud Thucyd. II. 60. ὃς οὐδενὸς οἴομαι ἧσσων εἶναι γνῶναί τε τὰ δέοντα, καὶ ταῦτα ἑρμηνεῦσαι. *Elmsl.* Octonarius est Eq. 438. Poteram eius loco afferre Eccl. 444. Malim etiam in Plut. 569. σὲ μὲν οἶδ' ὃ κρώζεις, licet σὺ habeat Suidas in κρώζει. *Idem* in Auctario.

256. ἐπειδὰν ὄρθρος ᾖ. Tempus ἀφροδίσιον, id quod et alibi saepe vidimus, velut Lys. 966. Garrit Scholiasta. *Hotib.*

257. φυλάττεσθαι. Infinitivus pro imperativo, ut saepe alias. *Bergl.*

258. μή τις. A furibus periculum fuisse in scena patet etiam ex Pace 750. ὡς εἰώθασι μάλιστα περὶ τὰς σκηνὰς πλεῖστοι κλέπται κυπιάζειν καὶ κακοποιεῖν. *Bergl.* λαθών. μαθὼν Suidas in περιτράγῃ. De aureis virginum ornamentis consulendus Porsonus ad Hecub. 155. qui hunc locum praetermisit. *Elmsl.*

259. Cum vix opus esset duobus servis ad phallum circumferendum, facile quivis coniiciat pro σφῶν poetam scripsisse σοί. Sed fortasse σφῶν vertendum est, *alterutri vestrum.* Caeterum comparandus noster Av. 850. παῖ, παῖ, τὸ κανοῦν αἴρεσθε καὶ τὴν χέρνιβα. Lys. 209. λάζυσθε πᾶσαι τῆς κύλικος, ὦ Λαμπιτοῖ. *Elmsl.* in Auctario. V. Reisig. I. p. 257.

262. θεῶ μ' y) ἀπὸ τοῦ τέγους. Nempe quia pompam non comitabatur mulier. Mos autem erat e superioribus aedium partibus spectare, ne via, qua pompam ducentes procedebant, spectatorum multitudine oppleretur, impedireturque. Vide, si tanti est, uberem animadversorem, Spanhemium, ad initium Callimachei Hymni in Cererem. *Brunck.*

---

y) μ' est pro μοι. *Reisk.*

263. Totum hoc phallicum canticum dimetris et trimetris iambicis constat. Proinde male vulgo legitur *ἑταῖρε Βακχείου*. *Brunck.* *Βακχείου.* Subintellige *θεοῦ* i. e. Bacchi. Vide quae diximus ad Schol. 242. *Kuster.* *Βακχείου* vulgo ante Brunckium, quod vitium in exemplari suo emendaverat Scaliger. *Elmsl.*

264. z) *ξύγκωμε.* Sic tres codd. et primariae editt. In novitiis, nescio cuius libidine, *σύγκωμε.* *Brunck.*

---

z) V. 263. et sqq. Ita lege

Φαλῆς ἑταῖρε Βακχίου
σύγκωμε νυκτιπεριπλάνητε μοιχὲ παιδέραστ' ἐν
ἕκτῳ σ' ἔτει πρόσιπον
ἔνδημον ἐλθὼν, ἀσμένως 5
σπονδὰς ποιησάμενος ἐμαυτῷ πραγμάτων τε καὶ μαχῶν
καὶ Λαμάχων ἀπαλλαγείς·
πολλῷ γὰρ ἐσθ' ἥδιον, ὦ,
κύπτουσαν εὑρόνθ' ὡρικῶς 10
τὴν Στρυμοδώρου Θρᾶτταν εἰς
τὰ Φελλέως ὑλήφορον
μέσην λαβόντα, καταβαλόντα καταγιγαρτῆσαι, Φαλῆς.

V. 5. Vulgo deest *ἐν*. Id reposui, ne hiatus esset. V. 5. *εἰς δῆμον.* At non ad *δῆμον* Phales advenit; verum ibi semper adfuit. Sed *Δικαιόπολις* ab urbe per sex fere annos aberat. Ibid. Vulgo *ἄσμενος.* Id cum praecedentibus coniungi solet. At rusticus, *Δικαιόπολις*, non libenter ad urbem venit: fuit tamen libenter *ἀπαλλαγεὶς μαχῶν.* V. 10. Vulgo *κλέπτουσαν.* Intelligere id nequeo. Dedi *κύπτουσαν* propter verba Sophronis apud Schol. *ὁ δ' αὖ Φαλῆς κατακυπτάζει.* Mox *ὡρικῶς* habet Suid. in ipsa voce. V. 10. Cf. Pauli Silentiarii Epigr. XII. V. 12. Vulgo *ἐκ τοῦ Φελλέως.* Reposui *εἰς τὰ Φελλέως.* Luditur hic sensu duplice. Etenim *Φελλεὺς* erat *πετρώδης τόπος*: quomodo dici potest res virilis. Mox *ὑλήφορος* audit res muliebris. V. 13. Delevi *ἅραντα* gl. pravam; quae debuit esse *ἀράμενον* propter loca similia apud Dawes. p. 235. necnon Aeliani verba, Berglero citata, ex Epist. IX. *ἐμέλλησε δ' ἂν τὴν — Θηβαΐδα ἀράμενος μέσην εἶτα ῥίψας εἰς τὸ κλινίδιον ἔχεσθαι τῆς σπονδῆς*: ubi propter verba Comici *σπονδὰς ποιησάμενος* praetulerim *χεάσθαι τοὺς σπονδάς.* Ut in gratiam redeas cum puella viam esse facilem et felicem monet Ovidius: *Sed lateri nec parce tuo; pax omnis in uno Concubitu:* et rursus: *Oscula da flenti. Veneris da gaudia flenti. Pax erit. Hoc uno solvitur ira modo.* Cf. et Eurip. Tro. 674. *μί' εὐφρονὴ Χαλᾷ τὸ δυσμενὲς γυναικὸς εἰς ἀνδρὸς λέ-*

266. *ἕκτῳ σ' ἔτει προσεῖπον.* Iterum ex hoc loco colligitur, hoc drama prodiisse anno sexto belli Peloponnesiaci. Nulla enim alia potuit esse causa, cur sex annos a visenda sua villa abstinuerit quam bellum. Ad quae verba vetus Schol. *ἕκτον γὰρ ἦν λοιπὸν ἔτος, ἀφ' οὗ ὁ πόλεμος Ἀθηναίοις πρὸς Πελοποννησίους συνέστη.* Sextus vero eius belli annus cadit exacte in Euthydemum post Euclidem Archontem anno 3. Olymp. 88. *Palmer.* Totum hunc locum Frischlinus ita vertit, ut sensum eius prorsus corruperit. Vera eius interpretatio haec est: *sextus iam annus est, ex quo te* (Phales), *alloquor, postquam ad populum meum* (Acharnensium) *redii libens, foedusque privatim mihi pepigi* (cum Lacedaemoniis), *a molestiis, pugnis et Lamachis* (tandem) *liberatus.* Nimirum Dicaeopolis, qui haec loquitur, per sex annos a patria sua Acharna *a)* (non *a villa sua*, ut Palmerius) propter continuam militiam abfuerat: quo tandem reversus, inita privatim cum Lacedaemoniis pace, Baccho et Phaleti pompam ducit. *Kust.* Sextus erat annus belli Peloponnesiaci; infra 890. *ἥκουσαν ἕκτῳ μόλις ἔτει ποθουμένην. Bergl.*

ἐλθὼν ἄσμενος. Euripides in Hercule fur. 524. *ὡς ἄσμενός σ' ἐσεῖδον ἐς φάος μολών. Bergl.*

269. 270. *μάχων καὶ Λαμάχων.* Infra 1070. *ἰὼ πόνοι τε καὶ μάχαι καὶ Λάμαχοι.* Erat Lamachus unus ex ducibus apud Athenienses, et vere *ἐπώνυμος.* nam cupiebat praelia et bella, ut ex praefectura lucrum caperet: *λάμαχος* autem vi etymologiae idem est quod *βουλόμαχος·* ut ipse Comicus indicat in Pace 129. et seq. nam *λῶ* est *volo*, ut infra 766 sq. *Bergl.* Noster Pace 293. *ἀπαλλαγεῖσι πραγμάτων τε καὶ μαχῶν. Elmsl.*

271. *πολλῷ, multo iucundius est* — quam scilicet pugnae et tumultus. *Reisk. πολλῷ γὰρ ἔσθ' ἥδιον, ὦ Φαλῆς, Φαλῆς.* Sic in A. C. perspicue scriptum. In

---

χος. *G. Burgess.* in Classical Iournal Nr. XXXVII. p. 125 sq.

a) Vide Elmsleium ad v. 34.

B. a prima manu *ἐστιν*, et superscriptum *ἐσθ'*. In impressis mendosissime:

πολλῶν γάρ ἐστιν ἥδιον, ὦ Φαλῆς, Φαλῆς.

Media syllaba in *ἥδιον* semper longa est: proinde *ἐστιν* versum crurifragio mulcat. *πολλῶν* ortum est ex antiqua scriptura *πολλῶι*, ut in Equit. 806. *στεμφύλων* ex *στεμφύλωι*, ad quem locum vide quae notavi. Ut autem ad veterum librorum fidem edidi, ita iamdudum e perspecta linguae indole et Atticae prosodiae peritia scribendum esse monuerat Dawesius [p. 251.], cuius hanc emendationem, ut alias bene multas, lubens confirmo. *Bruncк.* *πολλῷ* in libro suo emendaverat Scaliger. *Elmsl.*

272. *ὑλοφόρον* Rav. Suidas in *καταγιγαρτίσαι* et *ὡρικῶς*. *Elmsl.*

273. *Θρᾷτταν.* Ancillae nomen a patria. In Pace 1139. *τὴν Θρᾷτταν κινῶν.* Vide in Thesm. 286. *Φελλεὺς* autem vocatur locus *asper*, et videtur in Attica locus aliquis proprie ita dictus fuisse. Vide in Nub. 71. *Bergl.* Phellea memorat noster Nub. 71. Cratinus apud Pollucem X. 105. a Bentleio in Epistola ad Hemsterhusium p. 305. [p. 50. ed. Lips.] emendatus: *ἐπέδωκε βαλάνων ἄβακα τῶν ἐκ Φελλέως.* Fuse de eo disserit Ruhnkenius ad Timaeum p. 269. *Elmsl.*

274. *μέσην λαβόντ' ἄραντα, καταβαλόντα b).* Aelianus epist. 9. *ἐμέλλησα δ' ἂν τὴν — Θηβαΐδα — ἀράμενος μέσην, εἶτα ῥίψας εἰς τὸ κλινίδιον ἔχεσθαι τῆς σπουδῆς. Bergl.* *λαβέντ'* Invernizius, typographi incuria, necne, incertum est. In Pluto 300. *καταδαρθέντα* omnes quas vidi editiones occupavit. *Elmsl.*

275. *καταγιγαρτίσαι.* Vox comicae licentiae, ut *κατατριακοντουτίσαι* in Equit. 1385. *Bergl.* *καταγιγαρτίσαι.* Sic scriptum in A. C. et v. seq. *ὦ Φ.* Metri rationem habuit interpolator in B. ubi, ut in impressis, *καταγιγαρτίσ', ὦ.* et v. seq. *φαλῆς* — Sed prava est haec emendatio. Vocandi adverbium *ὦ*, e glossa subnatum, prorsus eximendum erat. Est autem *καταγι-*

---

b) Editor Britannus adnotationum Bentleii: „Collato Thesm. 1221. legisse velle videtur Bentl. *καταλαβόντα.*“

γαρτίσαι verbum a Comico facete fictum. Suidas: καταγιγαρτίσαι, συνουσιάσαι. ἢ ἀντὶ τοῦ κατὰ τῶν γεωργικῶν γιγάρτων βαλεῖν καὶ καταμηρίσαι. — ἢ καταθλίψαι. γίγαρτα δὲ τὰ τῆς σταφυλῆς ὀστώδη. *Brunck.* Plene distinguendum post καταγιγαρτίσαι. *Hotib.*

278. ῥοφήσει. ῥοφήσεις vulgo. Legitimum huius verbi futurum est ῥοφήσομαι, quod legitur in Vesp. 814. Media forma reponenda est etiam in Eq. 560. Pac. 716. Hoc exemplo scribendum γρύξει Eq. 294. διώξει Eq. 969. Thesm. 1224. ἀποδιώξει Nub. 1296. σκώψει Nub. 296. In Nub. 490. pro vulgato ὑφαρπάσει, ὑφαρπάσεις ex A. male invexit Brunckius. *Elmsl.*

279. ἡ δ' ἀσπὶς ἐν τῷ φεψάλῳ κρεμήσεται. Id est, *et clypeus in fuligine suspendetur:* ut recte locum hunc interpretatus est Adrian. Iun. Adag. Cent. VIII. 59. Frischlinus hic οὐδὲν ὑγιές. *Kuster.* κρεμασθήσεται Rav. ex interpretatione. *Elmsl.* φέψαλος inferius v. 670. Vesp. 227. pro *scintilla* usurpatur, qui sensus huic loco parum convenit. Scholiastes ἐν τῷ καπήλῳ interpretatur, quod in καμίνῳ mutandum videtur. Neque aliter noster Av. 434.

ἄγε δὴ σὺ καὶ σὺ τὴν παν̆οπλίαν μὲν πάλιν
ταύτην λαβόντε, κρεμάσατον τύχῃ ἀγαθῇ
εἰς τὸν ἰπνὸν εἴσω, πλησίον τοὐπιστάτου.

Scilicet ne aeruginem capiat. *Elmsl.* Locum ex Avibus, in quo Elmsl. μὲν de suo addidit, et Euripidis (Erechthei fr. VI.) verba: Θρηΐκιον πέλταν πρὸς Ἀθηνᾶς περικίοσιν ἐγκρεμάσας attulerat *Bergl.*

280. οὗτος αὐτός ἐστιν οὗτος·
βάλλε βάλλε βάλλε βάλλε·
παῖε παῖ· τὸν μιαρὸν
οὐ βαλεῖς; οὐ βαλεῖς;

400. ὥρα 'στὶν ἤδη καρτερὰν ψυχὴν λαβεῖν. Ex Te-

---

c) Malim ὡς σκῆψιν ἂν ἀγών, i. e. ὁ ἀγών. *Hotib.*

lepho Euripidis: ὥρα σε θυμοῦ κρείσσονα γνώμην ἔχειν. Aristophanes apud Athenaeum X. p. 422. ὥρα βαδίζειν μοι ἐστὶ πρὸς τὸν δεσπότην. *Bergl.* ὥρα ἐστὶν ἄρα μοι Rav. Receptam, quae et τραγικωτέρα est, agnoscit Suidas in Σίσυφος. *Elmsl.* ὥρα ἐστὶν ἄρα, mutata sententia probat Elmsl. in Museo crit. Cantabrig. VI. p. 303 sq.

401. ὡς Εὐριπίδην. Pro πρός. Vide notam anteced. Mutata iam in scena ostenditur domus Euripidis. *Bergl.*

402. Cephisopho servus Euripidis prodit, quem dixi ad Ranas [p. 240. ed. Lips.] adiutasse Euripidem in scribendo. *Bergl.* Servi partes vulgo Cephisophonti tribuuntur, accedente Schol. diserte. *Elmsl.* Cephisophontem Euripidis servum non fuisse vel ex eius nomine satis constat. Quis enim Atheniensium Ἀττικώτατον nomen servulo imposuisset? Nulla, quantum scio, auctoritate nititur ea opinio, praeter Schol. ad hunc locum et Ran. 944. quem Kusterus numerat 975. Scriptor epistolarum quae sub Euripidis nomine circumferuntur, Cephisophontem tanquam poetae ἑταῖρον καὶ ἐπιτήδειον alloquitur Epistola quinta. *Elmsl.* in Auctario. qui pro *KH.* praefixit *ΘΕ.*

403. Citat Suidas v. ἀναβάδην. *Kust.* οὐκ ἔνδον, ἔνδον ἐστίν. Est ὀξύμωρον, cum contraria dicuntur de eodem, diverso respectu. Ridet autem Euripidem, quia saepe illa figura utitur; ut v. gr. in Hippolyto 1034. ἐσωφρόνησεν, οὐκ ἔχουσα σωφρονεῖν. In Phoenissis 297. πέποιθα μέντοι ματρὶ κοὐ πέποιθ' ἅμα. In Iphigenia Taurica 512. φεύγω τρόπον γε δή τιν' οὐχ ἑκὼν ἑκών. In Helena 137. τεθνᾶσι κοὐ τεθνᾶσι. In Alcestide 521. ἔστιν τε κοὐκ ἔτ' ἔστιν. Ibidem 139. καὶ ζῶσαν εἰπεῖν καὶ θανοῦσαν ἔστι σοι· deinde alter: καὶ πῶς ἂν οὗτός κατθάνοι τε καὶ βλέποι; *Bergl.* κοὐκ ἔνδον, ἔνδον ἐστίν, οὐκ ἔνδον vulgo, quod habuisse videtur Suidas in οὐκ ἔνδον. κοὐκ ἔνδον Invernizius. *Elmsl.* κοὐκ ἔνδον, ἔνδον τ' ἔστιν legit Reisig. I. p. VI.

405. ὁ νοῦς μὲν ἔξω. Euripides in Ione 251. οἴκοι δὲ τὸν νοῦν ἔσχον, ἐνθάδ' οὖσά που. *Bergl.* ξυλλέγων ἐπύλλια. Noster Ran. 849. ὦ Κρητικὰς μὲν ξυλλέγων μονῳδίας. Media forma usurpatur in Pac. 830. ξυνελέγοντ' ἀναβολὰς ποτωμέναι. *Elmsl.* συλλέγων vulgo ante Brunckium. *Idem* in Auctario.

406. *ἀναβάδην.* Scholiastes: *ἐπὶ ὑψηλοῦ τόπου καθήμενος.* Nempe quasi per machinam ostenditur Euripides, ut Socrates in Nubibus 218. *ἐπὶ κρεμάθρας. Bergl.* Toupius ad Suidam I. p. 41. *ἀναβάδην ἀναπαύεσθαι* (Plut. 1123.) *est*, in superiori parte aedium requiescere, *ubi pauperculi atque infimae sortis homines, ut plurimum, degebant. Nostrates*, Up-stairs. *Elmsl.*

407. (399. Kust. 400. Br.) *τρυγῳδίαν.* Sic etiam legit vetus Scholiastes. At Suidas locum hunc citans habet *τραγῳδίαν:* quae lectio sensui huius loci magis convenit. *Τρυγῳδία* enim dicebatur *κωμῳδία;* ut testatur non solum Scholiastes ad hunc locum, sed etiam Athen. l. II. c. 3. p. 40. Vide etiam infra 498. 499. ubi *τρυγῳδία* ponitur pro *κωμῳδία.* Atqui Euripides erat Tragicus, non Comicus: cui proinde non recte tribuetur *τρυγῳδία. Kust. τραγῳδίαν.* Sic tres codd. ut Suidas in *ἀναβάδην.* Perperam in impressis *τρυγῳδίαν.* Nullum hic cum Bentleio, alioquin vere statuente tragoediam nunquam *τρυγῳδίαν* appellatam fuisse, quaerendum acumen est, tanquam si Comicus innuere vellet, Euripidis dramata nihil tragicae maiestatis habere, et pro comoediis habenda esse. Hic iocus personae, cui tribuitur, Cephisophonti, Euripidis famulo, minime convenit. *Brunck. τρυγῳδίαν* edd. Schol. diserte, probante Bentleio ad Phalaridem p. 297. [317. ed. Lips.] *τραγῳδίας* Suidas in *ἀναβάδην* et *αὐτός. τραγῳδίαν* [quod Elmsl. quoque recepit] A. B. C. Suidas in *ἀναβάδην* et *οὐκ ἔνδον*, Brunckius. *Elmsl.*

408. *οὑτωσὶ σοφῶς.* Si lego cum Marklando ad Eurip. Suppl. 659. Vulgo *σαφῶς.* Vide not. ad Eq. 196. *Brunck. σοφῶς. σαφῶς* vulgo. *σοφῶς* Brunckius ex emendatione Marklandi ad Suppl. 659. In Eur. Bacch. 1270. pro *κἀποκρίναι ἂν σοφῶς, σαφῶς* reposuerunt Reiskius, Mugravius et Brunckius. *Elmsl. σοφῶς* iam Bentleio placuerat.

ὑποκρίνεται. ἀπεκρίνατο vulgo. *ὑποκρίνεται* Rav. quod verum videtur. Similiter *ἀποβολιμαῖος* pro *ὑποβολιμαῖος* per iocum usurpatur in Pac. 678. *Ὑποκρίνεσθαι, interpretari*, legitur in Vesp. 53. *Elmsl.*

411. *d*) *Εὐριπίδη*, *Εὐριπίδιον*. In Nubibus 354. *ὦ Σώκρατες*, *ὦ Σωκρατίδιον Bergl.* Monet Bentleius hunc versum et 407. [414] iustum senarium efficere. Hiatum neglexit vir summus. *Elmsl.*

412. *εἴπερ δήποτ' ἀνθρώπων τινί*. In Nubibus 354. *καὶ νῦν, εἴπερ τινὶ καὶ ἄλλῳ, οὐρανομήκη ῥήξαιε κἀμοὶ φωνήν*. Vide ad Pacem 301. *Bergl. εἴπερ δήποτ'* vulgo. *εἴπερ πώποτ'* optime Rav. *εἴπερ ποτ'* Suidas in *εἴπερ*, quod ambiguum est. *Elmsl.*

413. (405. Kust. 406. Br.) *Χολλίδης*. A pago quodam Attico. Simul alludit ad *χωλός*, *claudus*, ut Scholiastae [perabsurde] placet; quasi se dicat esse claudum, ut Euripidem benevolentiorem habeat, qui velut amaret claudos, multos tales in tragoediis introduxit, ut mox patebit. *Bergl. Χολλείδης. Χολλίδης* vulgo. Reposui formam in inscriptionibus passim obviam. Ex hoc loco non male conieceris Euripidis *δημότην* fuisse Dicaeopolidem: sed ille, nescio quam vere, ab Harpocratione Phlyensis fuisse dicitur. *Elmsl. καλεῖ σε Χολλίδης*. Sic tres codd. Vellem dedisse unum

---

d) 411 — 415. Sic lege versus, quos Bentleius pro senariis dimidiatis habuit.

Εὐριπίδιον ἄκουσον, εἴπερ τῷ ποτε·
Δικαιόπολις καλεῖ κακόσχολά σ'. ΕΥ. Οἶδ' ἐγώ.
ΔΙ. Ἀλλ' ἐκκυκλήθητ'. ΕΥ. Ἀλλ' ἀδύνατον· ΔΙ. Ἀλλ' ὅμως·
ΕΥ. Ἀλλ' ἐκκυκλήσομαι· ΔΙ. Κατάβαιν' ἀλλ' ἐν σχολῇ.

Vulgo *Εὐριπίδιον ὑπάκουσον εἴπερ δήποτ' ἀνθρώπων τινί*. Suid. *εἴπερ ποτ'* in *Εἴπερ*. at Rav. *εἴπερ πώποτ'* i. e. *εἴπερ τῷ ποτε* cuius gl. est *ἀνθρώπων τινι*. Mox vulgo *Δικαιόπολις καλεῖ σε Χολλίδης ἐγώ*. At ineptum est istud *Χολλίδης*. Ipse erui *καλεῖ κοκόσχολα σά*. Etenim Euripides scripsit dramata, non minus quoad materiem quam ad artem, aliquatenus *κακόσχολα*. Certe ad h. l. respexit Schol. ad 397. *τὸ δὲ ἀναβάδην, ἐπὶ ὑψηλοῦ τόπου καθημένος· κακοσχόλως δὲ εἶπε*. Luditur igitur in lectione nostra *Δικαιόπολις καλεῖ κακόσχολα σ'*: quae sonat idem atque *Δικαῖα ἡ πόλις καλεῖ τὰ σὰ κακόσχολα*, vel *Δικαιόπολις κακόσχολα καλεῖ σε*. Postremo ad v. 4. retuli *ἀλλ' οὐ σχολῇ* (quae vulgo exstant post *ἐγώ*) mutata in *ἀλλ' ἐν σχολῇ*. Etenim *Δικαιόπολις*, dum Euripidem *καταβάδην* in scenam intrare iubet, ne quid detrimenti ille capiat, magnopere timet. *G. Burges* in Classical Iournal Nr. XXXVII. p. 127.

καλεῖ σ' ὁ Χολλίδης. *Brunck.* in Supplem. Inanis coniectura, ut satis docent inscriptiones, quanquam ad eas confugere hic ne opus quidem est. Aristophanes ipse in Pace 190.

Τρυγαῖος Ἀθμονεύς, ἀμπελουργὸς δεξιός.

Quod deinde Elmsleius scripsit Χολλείδης, id nescio an non recte scripserit. In inscriptionibus legas etiam σύμμεικτος, συνοδείτης, et alia huiusmodi. Ceterum idem versum sic interpunxit: Δικαιόπολις καλεῖ σε· Χολλείδης ἐγώ. Non probo.

415. ἐκκυκλήθητι. Vide Suidam v. ἐγκυκλήθητι, et v. ἐκκυκλήθητι, itemque Pollucem IV. 128. et nos infra ad Thesmophor. 102. [quam notam hic apposuit *Bergl.*] *Kuster.* Pollux IV. 128. καὶ τὸ μὲν ἐκκύκλημα, ἐπὶ ξύλων ὑψηλῶν βάθρον, ᾧ ἐπίκειται θρόνος· δείκνυσι δὲ τὰ ὑπὸ σκηνὴν ἐν ταῖς οἰκίαις ἀπόῤῥητα πραχθέντα· καὶ τὸ ῥῆμα (ἀπὸ) τοῦ ἔργου καλεῖται ἐκκυκλεῖν· ἐφ' οὗ δὲ εἰσάγεται τὸ ἐκκύκλημα, εἰσκύκλημα ὀνομάζεται. Eadem fere tradit Schol. Hinc petita metaphora εἰςκεκύκληκεν εἰς τὴν οἰκίαν. Vesp. 1475. In Thesm. 96. 265. ἐκκυκλεῖται et εἰσκυκλεῖται Agatho, ut monuit Kusterus. *Elmsl.*

417. (409. Kust.) τί λέλακας. Est vox tragica et Euripidi familiaris, pro *loqui* vel *sonum ore edere:* qua de re vide quae notavimus supra ad Plutum 39. *Kust.* ἀναβάδην. Frischlinus, Scholiasten secutus, vertit, *pedibus sursum porrectis.* Sed praestat simpliciter vertere, *in sublimi.* Non capio enim, quomodo aliquis pedibus sursum porrectis aliquid scribere vel aliud quid facere possit. *Kuster.*

418. οὐκ ἐτὸς χωλοὺς ποιεῖς. Facete; quasi propterea multi sint claudi in Euripidis tragoediis, quia ex sublimi loco, ubi Euripides scribit, delapsi, crus fregerint. In Pace 146. ad illum, qui super machina in coelum est volaturus, dicitur: ἐκεῖνο τήρει, μὴ σφαλεὶς καταῤῥυῇς ἐντεῦθεν· εἶτα χωλὸς ὢν Εὐριπίδῃ λόγον παρασχῇς, καὶ τραγῳδία γένῃ. *Bergl.* οὐκ ἐτὸς χωλοὺς ποιεῖς. Euripidem in Ran. 845. χωλοποιὸν appellat Aeschylus, adludens ad Philoctetam, Telephum et Bellerophontem, quos ille claudos exhibuerat. Hic autem facete Dicaeopolis ait mirum non esse si fracto crure incedant Euripidis heroes, quum e sublimi

machina, in qua ille tragoedias scribit, decidant. *Brunck.*

419. *ἀτὰρ τι ῥάκιον.* *At habesne pannuciam aliquam? Reisk.*

420. (413. Br.) *ἐλεινήν. ἐλεεινὴν* vulgo: quam formam Atticis abiudicat Porsonus in Praefat. ad Hecub. p. VII. *Elmsl.* *οὐκ ἐτὸς πτωχοὺς ποιεῖς.* Sic legendum esse ipsa sententia ostendit [et viderant *Bentl. Tyrwhitt.* quos secutus est *Elmsl.*]. Perperam vulgo *χωλοὺς* in huius versus clausula repetitum. Allusio est ad Euripidis Telephum. Aeschylus in Ran. [842.] Euripidem sic compellat:

καὶ πτωχοποιέ, καὶ ῥακιοσυῤῥαπτάδη.

In membr. v. 411. [418.] omissus est, et v. 413. [420.] sic scriptus est:

ἐσθῆτ' ἐλεεινήν. *χωλοὺς ποιεῖς.*

In C. v. 411. itidem omissus fuerat, et margini ab eodem librario repositus fuit. Duo proximi versus in eadem fere verba desinentes aberrationi occasionem dederunt. *Brunck.* Noster Ran. 1065. a Porsono laudatus:

πρῶτον μὲν τοὺς βασιλεύοντας ῥάκι' ἀμπίσχων,
ἵν' ἐλεινοὶ
τοῖς ἀνθρώποις φαίνοιντ' εἶναι.

Elmsl. in Auctario.

422. (414. Kust.) *δός μοι ῥάκιόν τι τοῦ e) παλαιοῦ ῥάμματος.* Locus hic longe est facetissimus, in quo Comicus noster Euripidem exagitat, quod heroas claudos, lacerisque et attritis pannis, mendicorum instar, indutos, in tragoediis suis frequenter introducere soleret: qua de re plura leges apud veterem Scholiasten ad hunc locum, qui omnino consulendus est. *Kust.* Observa synonyma: v. 432. *ῥάκη.* 411. *ῥάκια.* 431. *ῥακώματα.* 422. *λακίδες πέπλων.* 425. *δυσπινῆ πεπλώματα.* 417. *τρύχη.* 430. *σπάργανα.* *Bergl.*

423. *δεῖ γάρ με λελέξαι* edd. ante Kusterum, praeter 1515. *Elmsl.* *ῥῆσιν μακράν.* V. Ruhnken. ad Timaeum p. 228.

---

e) De vi articuli vide Reisig. I. p. 175.

424. *αὕτη δὲ θάνατον.* Quia est peroraturus *ὑπὲρ ἐπιξήνου.* supra 317. *Bergl.*

425. *τρύχη.* Posidippus in Epigrammate apud Athenaeum X. p. 414. *χλαίνης ἐν τρύχει Πελληνίδος·* Euripides in Electra 501. *τρύχει τῷδ' ἐμῶν πέπλων.* Ceterum ridet Euripidem, quia multos introduxerit pannosos in tragoediis. *Bergl.*

427. *οὐκ Οἰνέως ἦν, ἀλλ' ἔτ' ἀθλιωτέρου.* This reading, if I mistake not, will appear to be erroneous. „No, (replies Dicaeopolis,) I do not want Oeneus's dress: that is not wretched enough to suit my condition. There prove to be other miseries worse than Oeneus's," (meaning his own.)

οὐκ Οἰνέως· ἦν ἄλλ' ἔτ' ἀθλιώτερα.

ἦν is used elsewhere in the same sense; *ας τουτὶ τί ἦν τὸ πρᾶγμα;* Acharn. 767. „what *is* this?" *τουτὶ τί ἦν;* Lysistr. 445. — So Vespae, 183. and *τουτὶ τί ἦν τὸ προσέρπον;* Vesp. 1509. „quid hoc rei *est*, quod adrepit?" So Acharn. 157. Brunck's remark on Thesmoph. v. 74. is to the present purpose: „Kusterus vertit *οὐ χρῆν non oportebat:* minus bene. Est quidem imperfectum *χρῆν*, sed de praesenti tempore perinde ac *χρὴ* a poetis Atticis solet usurpari." *John Seager* in Classical Iournal Nr. IV. p. 716 sq.

428. *οὐ Φοίνικος, οὔκ.* Vulgo in fine versus *οὔ. Brunck.* Noster Ran. 1508. *αὕτη ποθ' ἡ μοῦσ' οὐκ ἐλεσβίαζεν, οὔκ.* Soph. Ai. 970. *θεοῖς τέθνηκεν οὗτος, οὐ κείνοισιν, οὔ.* Menander apud Athen. p. 434. C.

Ἀλεξάνδρου πλέον
τοῦ βασιλέως πέπωκας. οὐκ ἔλαττον, οὔ,
μὰ τὴν Ἀθηνᾶν.

Malim ubique, *οὔν. Elmsl.* in Auctario.

430. Citat Suidas v. *λακίδες. Kust.* *ἀνήρ.* Leg. *ὠνήρ.* sed vid. 478. [486.] *Bentl.* *ποίας ποθ' ὧνὴρ —* Vulgo minus bene *ποίας ποτ' ἀνήρ. Brunck.* [*ἄνὴρ* Elmsleius.] *λακίδας πέπλων.* Euripides in Troad. 497. *τρυχηρὰ πέπλων λακίσματα.* Aeschylus in Choephoris 25. *λινοφθόροι ὑφασμάτων λακίδες.* Euripides in Troad. 1025. *πέπλων ἐρείπια. Bergl.* *λακίδας πεπλωμάτων* Suidas in ipsis vocibus ex v. 426. [433.] *Elmsl.*

451. *Φιλοκτήτου.* Iste insuper et claudus erat; Timocles apud Athenaeum VI. p. 223. *χωλός τίς ἐστι' τὸν Φιλοκτήτην ὁρᾷ. Bergl.*

452. *πτωχιστέρου.* Timocles loco citato: *ὁ μὲν γὰρ ὢν πένης πτωχότερον αὑτοῦ καταμαθὼν τὸν Τήλεφον γενόμενον, ἤδη τὴν πενίαν ῥᾷον φέρει.* Noster etiam loquitur de Telepho. *Bergl. τούτου πολὺ πολὺ πτωχιστέρου.* In membr. semel tantum posita vox *πολύ*, cum versus labe, et venustatis detrimento. Sed frequens id est librariorum peccatum. *Brunck.*

456. Verba *δεινὸς λέγειν* non agnoscit Rav. si fides Invernizio habenda est. Potius crediderim verba *ναὶ, Τήλεφον* a librario omissa esse. *Elmsl.*

457. *Μυσὸν Τήλεφον.* In Nubibus 921. *καίτοι πρότερον γ' ἐπτώχευες Τήλεφος εἶναι Μυσὸς φάσκων. Bergl.*

458. *ἀντιβολῶ σε, μοι. ἀντιβολῶ σ', ἐμοὶ* Brunckius. *Elmsl.*

440. *κεῖται.* In membr. *κεῖνται. Brunck.*

442. *διόπτα καὶ κατόπτα f).* Si ita ponas accentum, sunt vocativi a *διόπτης* et *κατόπτης*, et construuntur cum *Ζεῦ*. Si autem ponatur in antepenultima accentus, sunt nominativi plurales neutrius generis a *δίοπτον* et *κάτοπτον*· et sic subintelligitur vox *ῥάκη*, aut similis. Est ergo duplex sensus, quem utrumque in versione *g)* conatus sum exprimere. *Bergl. διόπτα* et *κατόπτα* sunt Iovis epitheta: sed adludit etiam ad pannorum foramina et scissuras, quibus perlucebant, ut Plautus ait, *quam cribrum, crebrius. Brunck.* Schol. *ταῦτά φησιν, ἐπεὶ πολύτρητα ἦν τὰ ῥάκια, δι' ὧν ἦν πάντα ἐπισκοπῆσαι. Elmsl.*

443. (455. Kust. 456. Br.) *ἐνσκευάσασθαι μ' οἷον ἀθλιώτατον.* Corinthus de dialecto Attica [p. 135.] in loco hoc Aristophanis subintelligendum putat *ποίησον*: ut integra phrasis sit, *ἐνσκευάσασθαι ποίησον μ' οἷον*

---

f) *καὶ κακόπτα* Suid. in *διόπτα. Bentl.*

g) Vertit: *O Iupiter, qui omnia perspicis et specularis, quam perspicuae sunt hae vestes et perforatae.*

ἀθλιώτατον. *Kust.* Ordo est: *Εὐριπίδη, ἐπειδήπερ ἐχαρίσω μοι ταδὶ ἐνσκευάσασθαί με ὡς ἀθλιώτατον, δός μοι κακεῖνα.* Id est: *ὥστε ἐνσκευάσασθαί με· ut ornari possim.* Sic illud Pindari Olymp. I. *ὕμνος ἀμφιβάλλεται κελαδεῖν*, Scholiastes ibi exponit: *ὥστε ὑμνεῖν.* Non est ergo audiendus Schol. Comici, nec alius, qui dicit: *λείπει τὸ ποήσον. Bergl. ἐνσκευάσασθαι.* Subaudi *δὸς*, quod glossae vice superscriptum est in membr. *κατάνευσον*, vel simile quid. Vide supra ad v. 247. Hunc versum habuimus iam supra post 585. Si ex alterutra sede eiiciendus esset, hic aliquo modo carere eo possemus: at priore in loco omnino relinquendus est. Hoc credo voluisse Valckenarium ad Hippol. 1029. Sed utroque in loco sedem suam bene tuetur. In Equit. versus 96. ne uno mutato apice iterum occurrit post 113. Et sunt alii, si bene commemini, sic repetiti versus in eadem fabula. *Brunck.*

444. *Εὐριπίδη, ᾽πειδήπερ ἐχαρίσω ταδί.* Libri omnes *ἐχαρίσω μοι ταδί.* Pronomen glossematis manifesum est *h*). In B. peius adhuc: *᾽πειδήπερ γ᾽ ἐχαρίσω μοι ταδί. Brunck. ᾽πειδήπερ ἐχαρίσω μοι ταδί* vulgo, consentiente Rav. Brunckius [assentiente Hermanno Elem. doctr. metr. p. 129.] *μοι* eiecit. *᾽πειδήπερ γ᾽* habet B. unde constitui potest diversa scriptura: *πειδή γ᾽ ἐχαρίσω μοι ταδί.* Sed Brunckiana melior videtur. *Elmsl.* Ante Brunckium legebatur Plut. 1170. *ἵν᾽ εὐθέως διακονικὸς εἶναί μοι δοκῇς.* In Pac. 253. uterque codex Brunckianus habet, *οὗτος, παραινῶ σοι μέλιτι χρῆσθαι θατέρῳ.* Pronomen ab Aldo recte omissum, ex codd. invexit Brunckius. *Idem* in Auctario.

446. *Μύσιον.* Nempe Telephi, qui erat *Μυσός.* supra 429. *Bergl.*

447. (440. Br.) Hunc versum cum sequente Schol. dicit esse ex Telepho Euripidis. *Bergl.* Idem monet *Elmsl.* Duo versus ex Euripidis Telepho sumti. Male vulgo in altero legitur *ὥσπερ εἰμὶ*, quod frustra tuetur codd. consensus, itidem mendosorum in v. 457. et in

---

h) *μοι Bentl.* et *Reisk.* deleri voluerant. Tuetur Reisig. I. p. 55.

442. ubi omnes *i*) dant, invito metro, *ὅστις εἶμ' ἐγώ k*). *Brunck.*

448. *ὥσπερ l*) vulgo. *ὅσπερ* Brunckius consentiente Suida in *εἶναι* et *φαινόμενα*. *Elmsl.* Permutantur *ὥσπερ* et *ὥπερ* inferius v. 1025. Scribendum in Eq. 254. *ὥσπερ Εὐκράτης ἔφευγεν εὐθὺ τῶν κυρηβίων*. Lys. 1164. *ἅσπερ* (vel *τᾆσπερ*) *πάλαι διώμεθα καὶ βλιμάδδομες*. In priore loco vulgo legitur, *ἅσπερ*, in altero, *ὥσπερ*. In Pac. 676. *οὖπερ* pro *ὥσπερ* dedit Brunckius in annotationibus. *Elmsl.* in Auctario.

449. (442. Br.) Vide Brunckium ad 440. (447. ed. Inv.)

451. (444. Br.) *σκιμαλίσω. ἐξουδενώσω, χλευάσω.* Quae metaphorica significatio est, ut adhibetur etiam hoc verbum Pac. 549. *m*). Proprie significat *τὸ τῷ μικρῷ δακτύλῳ τῶν ὀρνίθων ἀποπειρᾶσθαι, εἰ ὠοτοκοῦσιν:* unde fluxit obscoena significatio. Vide ad Equit. 1381. *Brunck.* Hesychius: *σκιμαλίσαι· καταδακτυλίσαι.* ubi consulendi interpretes. Verbum est obscoenae significationis, quod a nosto usurpatur etiam in Pac. 549. *Elmsl.*

453. *n*) (446. Br.) *εὐδαιμονοίης, Τηλέφῳ o*) *δ' ἃ ἐγὼ φρονῶ*. Scholiastes dicit esse ex Telepho Euripidis,

---

i) Brunckius cum ait, omnes libros tum scriptos tum formis exaratos dare perperam *ὅστις*, fallitur et fallit: dilucide *ὅς* Iuntinae. *Hotib.*

k) Eadem scripturae diversitas est in v. 118. *Elmsl.*

l) *ὅσπερ* (non *ὥσπερ*) *esse quidem* (et manere) *qui sum, non autem is apparere* aut deprehendi. *Reisk.*

m) Hunc locum attulerat *Bergl.*

n) Versus itidem ex Telepho Euripidea, quem sic laudat Scholiasta: *Καλῶς ἔχοιμι, Τηλ.* etc. Athenaeus p. 186.: *Εὖ σοὶ γένοιτο, Τηλ.* etc. quod recepit in ordinem Brunckius. Quid vero, si vel falsus memoria fuerit Athenaeus, vel Aristophani paulum haec immutare libuit? Sane hoc fecit ridiculi causa, quod situm in ambiguo: legas enim uno tenore *Εὐδαιμονοίης Τηλέφου γ', ἃ 'γὼ νοῶ*, et habebis hanc sententiam: Beatus sis ob Telephum ita ut ego cupio, hoc est: Pereas cum tua tragoedia. *Hotib.*

o) *Τηλέφῳ. Sapientiam meam Telepho debeo* et eius pannuciis, quibuscum eam indui. *Reisk.*

et citat hunc versum: *καλῶς ἔχοιμι· Τηλέφῳ δ' ἃ 'γὼ φρονῶ.* Apud Athenaeum V. p. 186. legitur hic versus: *εὖ σοι γένοιτο· Τηλέφῳ δ' ἃ 'γὼ νοῶ.* Itaque apud Comicum subauditur *γένοιτο·* ut sit *Τηλέφῳ δὲ γένοιτο οἵ' ἐγὼ φρονῶ.* Potest etiam subintelligi: *θεοὶ δοῖεν·* Euripides in Helena 1421. *θεοὶ δέ σοι δοῖεν οἵ' ἐγὼ θέλω.* Sophocles in Oed. Col. 1120. *καί σοι θεοὶ πόροιεν ὡς ἐγω θέλω. Bergl.* *εὖ σοι γένοιτο, Τηλέφῳ δ' ἃ 'γὼ νοῶ.* Euripidis versus in Telepho, quem sincerum exhibet Athenaeus p. 186. Apud Scholiastam sic interpolatus est:

καλῶς ἔχοιμι, Τηλέφῳ δ' ἃ 'γὼ φρονῶ.

In Comici autem libris omnibus ad hunc modum:

εὐδαιμονοίης, Τηλέφῳ δ' ἃ 'γὼ φρονῶ.

Brunck. Senarium Euripideum ex Athenaeo p. 186. C. satis audacter recepit Brunckius. Paullo diversa sunt tragici verba apud Schol. *καλῶς — φρονῶ.* Receptam habere videtur Rav. licet Invernizius ex editione Brunckiana oscitanter retinuerit *νοῶ.* Praeterea longe *τραγικώτερον* est *φρονῶ* quam *νοῶ. Elmsl.*

454. *ἐμπίμπλαμαι.* Sic scriptum in B. Vulgo *ἐμπίπλαμαι. εὖ γ'.* Facetissimus Sosia apud Comicum nostratem: *Bien répondu.* Et paulo post: *Peste, où prend mon esprit toutes ces gentillesses? Brunck.*

455. *αὐτὰρ* Rav. Deinde malim *δέομαί γε,* omisso *καί. Elmsl.* Vide meam indiligentiam. *δέομαί γε,* non monito lectore, sed tamen ex codd. ut videtur, dedit Brunckius. Nam plerumque post *ἀτὰρ* una alterave voce interposita sequitur *γε,* nisi imperet aut interroget verbum cui praemittitur ea particula. *Elmsl.* in Auctario.

Verba *πτωχικοῦ βακτηρίου* nostri fabulae *Γήρᾳ* memoria lapsus tribuit Pollux X. 173. *Elmsl.*

459. (451. Kust. 452. Br.) *λιπαρῶν.* Aeschylus in Prometheo 1005. *καὶ λιπαρήσω τὸν μέγα στυγούμενον γυναικομίμοις ὑπτιάσμασιν χερῶν. Bergl.* *Εὐριπίδη* Suid. in *γλίσχρος: Εὐριπίδης* in *λιπαρεῖ.* lege et distingue: *γλίσχρος προσαιτῶν λιπαρῶν· Εὐριπίδη* vel *ὦ Εὐριπίδη:* vid. ad 474. [482.] et Thesm. 4. *Bentl.* Male vulgo sic legitur hic versus:

γλίσχρος, προσαιτῶν, λιπαρῶν τ' Εὐριπίδην.

Ego vero duorum codd. auctoritate nixus:

γλίσχρος, προσαιτῶν, λιπαρῶν τ'. Εὐριπίδη,
δός μοι —

Sic perspicue scriptum et distinctum in B. C. Liquido patet participium λιπαρῶν absolute poni debuisse, etiamsi alioquin graece dicatur λιπαρεῖν τινά, quod ex hoc loco in indicem suum intulit Kusterus, dubia, vel potius nulla auctoritate. Sed apud Aeschylum Prometheus in cognomine dramate v. 1012. ait:

καὶ λιπαρήσω τὸν μέγα στυγούμενον
γυναικομίμοις ὑπτιάσμασιν χερῶν,
λῦσαί με δεσμῶν τῶνδε.

Brunck. Brunckii scripturam, in quam iam *Reisk.* inciderat, secutus est *Elmsl.*

460. Citat Suidas in διακεκαυμένον [et σπυρίδιον, ubi scriptum est διακεκαυμένῳ λύχνῳ, monente *Bentl.* et *Elmsl.*], eodemque respexit Pollux X. 92. ubi ait: ἐν δὲ Ἀχαρνεῦσι σπυρίδιον, ὃ καὶ πλέκος εἴρηκε παρατραγωδῶν. *Kust.* Schol. ὅτι οἱ πρεσβῦται, διὰ τὸ μόλις βαδίζειν, ἐν σπυρίδι κρύπτουσι τὸν λύχνον, ὥστε σώζειν τὸ πῦρ. *Brunck.* Sportulam igni ferendo dicit, quam frequentiore usu perussit lucerna. Vid. ad 470. *Hotib.*

461. (454. Br.) Hic versus, si Scholiastae fides, ex Euripidis Telepho per parodiam translatus, ubi erat:

τί δ', ὦ τάλας, σὺ τῷδε πείθεσθαι θέλεις.

Brunck. τί δ', ὦ τάλας, σὲ τοῦδ' ἔχει πλέκους χρέος; τί δ', ὦ τάλας γε, τοῦδ' ἔχει πλέκους χρέος vulgo: ubi ἔχεις ex emendatione Scaligeri tacite admiserunt Kusterus et Brunckius. τί δ', ὦ τάλας (τί δ' αὖ τάλας γε in πλέκος), τοῦδ' ἔχη (ἔχει in χρέος) τοῦ πλέκους χρέος Suidas in διακεκαυμένον, πλέκος et χρέος. Recepi emendationem a Bentleio [et Reisigio I. p. 183.] propositam. *Elmsl.*

463. λυπηρὸς ἴσθ' ὤν. Euripides in Helena 459. ὀχληρὸς ἴσθ' ὤν, καὶ τάχ' ὠσθήσῃ βίᾳ. *Bergl.*

464. ὥσπερ ἡ μήτηρ. Mentionem matris facit, ut mordeat eum; mox iterum, et apertius v. 477. *Bergl.*

465. (458. Br.) μὴ, ἀλλά. Duae syllabae in unam coalescunt, ut Thesm. 288. 476. et passim. *Brunck.* Ran. 103. laudat *Bentl.*

466. Locum hunc adducit Suidas v. ἀποκεκρουσμέ-

νον [Zonaras I. 264. Bekker. Anecd. I. 429.] et v. κύλιξ; itemque Athen. XI. c. VIII. [T. IV. p. 274.] et Eustath. ad Iliad. χ. p. 1282, 59. ed. Rom. Apud Athenaeum tamen versus hic ita legitur: κοτυλίσκιον τὸ χεῖλος ἀποκεκομμένον. Ubi τὸ ἀποκεκομμένον ex glossa in versum irrepsit. Eustathius dicto loco itidem quidem pro κυλίσκιον legit κοτυλίσκιον: at tamen ἀποκεκρουσμένον cum vulgatis codicibus Aristophanis retinet. *Kuster.* Vulgo legitur, consentientibus in menda codd.

κυλίσκιον τὸ χεῖλος ἀποκεκρουσμένον.

Vere observat Toupius ad Suidam II. 109. [T. I. p. 358.] mali commatis esse voces κυλίσκη, κυλίσκιον, pro quibus graecus sermo agnoscit κυλίχνη, κυλίχνιον. Noster Eq. 906. ἐγὼ δὲ κυλίχνιόν τε σοι, καὶ φάρμακον δίδωμι. unde optimo iure hic reponi potuisset κυλίχνιον. Lectionem tamen praetuli, quam adfirmant Athenaeus et Eustathius. Apud illum p. 479. B. sic citatur versus noster:

κοτυλίσκιον, τὸ χεῖλος ἀποκεκομμένον,

ubi ultima vox genuinae glossema est, quam servat alter ad Iliad. p. 1282. l. 58. ἔτι ἰστέον καὶ ὅτι παράγωγον κοτύλης κοτυλίσκη τε καὶ κοτυλίσκιον, οὗ μνεῖα παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν τῷ,

κοτυλίσκιον τὸ χεῖλος ἀποκεκρουσμένον.

Brunck. κοτυλίσκιον. κυλίσκιον vulgo, consentiente Rav. κυλίκειον (sic) Schol. pro varia lectione. κυλίκιον Suidas in ἀποκεκρουσμένον et κύλιξ. κοτυλίσκιον Bruncknius ex Athenaeo p. 479. B. quem describit Eustathius p. 1282, 58. ἀποκεκρουμένον Athenaei cod. Venetus, unde primi editores fecerunt ἀποκεκομμένον. ἀποκεκρουσμένον, ut vulgo, Eustathius et cod. epitomes apud Schweighaeuserum. *Elmsl.*

467. φθείρου. φέρου (φέρε ed. 1515.) λαβὼν ταυτί vulgo. φθείρου λαβὼν τόδ' optime Rav. Hoc sensu usurpatur φθείρου in Plut. 598. 610. *Elmsl.* Athenaeus p. 261. F. καὶ Σαννυρίων Ἰοῖ· φθείρεσθ', ἐπίτριπτοι ψωμοκόλακες. Vulgo, καὶ Σαννυρίων· Ποῖ φθείρεσθ'. Sannyrionis Io a Suida memoratur. *Elmsl.* in Auctario.

ἴσθι δ' ὀχληρὸς Rav. ubi crediderim librarium voluisse ἴθι. *Elmsl.*

468. Plenius distinguendum post μὰ Δί'. In οὔ-

πω intell. ἀπέρχομαι, quod sumes ex τῷ φθείρου. cf. 465. *Hotib.*

469. Reisig. I. p. 178. sic interpungit:

ἀλλ' ὦ γλυκύτατ' Εὐριπίδη, τουτὶ μόνον·
δός μοι χυτρίδιον σφογγίῳ βεβυσμένον.

comparans 484 sq.

470. Vide Suidam v. βεβυσμένα, ubi loci huius mentio fit. *Kust.* χυτρίδιον σφογγίῳ βεβυσμένον. Sic tres codd. optime, ut primariae editt. Est vero unicus hic locus, ubi sincerae Atticae formae, σφόγγιον, ubique, me iudice, reponendae, pepercerit librariorum temeritas. De Atticorum more tenues π κ in asperatas φ χ mutantium, maxime post literam σ, videndus Piersonus ad Moeridem in λίσφους et σκινδαλμός. Quae autem ad explicationem huius loci adferunt veteres critici, insulsa mihi videntur pleraque: id solum ex iis vix probare possim, ὅτι οἱ πένητες τὰ τρήματα τῆς χύτρας σφηνοῦσι τοῖς σπόγγοις. Mirum profecto, si vel pauperrimi hominum nihil melius habuerint obturandis ollis. Equidem crediderim Dicaeopolidem ollam utendam petere, qua, galeae vice, caput suum tegeret. Notum est autem, veteribus in more fuisse, galeae cavitatem vel lana vel spongia implere, ne graviter percussa galea caput laederet *p*). *Brunck.* σφογγίῳ. σπογγίῳ Rav. Kusterus et Suidas in βεβυσμένα. σπογγιᾷ diserte Suidas in σπογγιά. σφογγίῳ A. B. C. edd. fere omnes. De hoc Atticismo consulendus Piersonus ad Moerin p. 360. a Brunckio laudatus. Apud nostrum vulgo legitur σπόγγον Vesp. 600.

---

p) Brunckius de olla cogitabat, capiti imponenda tanquam Mambrini quadam galea, spongiisque, pro more veterum, intus instruenda, ne caput laederetur. Rectius, me iudice, Scholiastarum unus: ὅτι οἱ πένητες τὰ τρήματα σφηνοῦσι τοῖς σπόγγοις: verba enim ibi τῆς χύτρας post τρήματα (saltem scripsisset, quisquis ille fuit, τῶν χυτρῶν), quae vulgo leguntur, petita ex Aristophanis hoc loco arbitror, cum Scholiasta significare voluisset, quaevis foramina rimasque spongiis fere obstrui apud pauperes. Nihil valet quicquid hic poscitur Euripideae supellectilis, nihil panni, nihil baculus mendicus, nihil adusta sportula, nihil praefracta calix, nihil denique olla pertusa spongiaque obturata. *Hotib.*

σπογγιὰν Ran. 482. 487. σπογγιεῖ Thesm. 247. σπόγγους Anagyro apud Suidam in παραλοῦμαι: ἀλλὰ πάντας χρὴ παραλοῦσθαι καὶ τοὺς σπόγγους ἐᾶν: quem versum male sollicitavit Brunckius. Metrum est Eupolideum, quo scripta est Nubium parabasis. Similem versum ex Anagyro allegat Suidas in ἁπλήγιος. *Elmsl.*

471. ὦ ἄνθρωπ' edidit *Elmsl.* ἀφαιρήσει με τὴν τραγῳδίαν. Perperam in membran. ἀφαιρήσεις, eadem menda qua Pl. 1140. ὑφέλοις. *Brunck.* ἀφαιρεῖσθαι cum accusativo personae legitur inferius v. 654. Vesp. 1380. Thesm. 935. Ran. 526. 586. 600. et alibi. *Elmsl.* in Auctario.

472. (465. Br.) ταυτηνὶ λαβών. Scilicet τὴν χύτραν, quod e praecedenti χυτρίδιον adsumendum. Scribere etiam poterat: ἄπελθε τουτοδὶ, vel τουτογὶ λαβών. *Brunck.* Noster Av. 948. ἄπελθε τουτονὶ λαβών. ἀπέρχομαι. *Elmsl.*

475. (468. Br.) τουτὶ λαβών. Sic excudi debuit, ut est in libris omnibus. Me nolente et imprudente intrusit se ταυτί. *Brunck.*

476. (468. Kust.) ἐς τὸ σπυρίδιον ἰσχνά. Huc spectat locus ille Laertii in Cratete, l. VI. 5. 87. θεασάμενον ἔν τινι τραγῳδία Τήλεφον σπυρίδιον ἔχοντα, καὶ τἄλλα λυπρὸν, αἴξαι ἐπὶ τὴν κυνικὴν φιλοσοφίαν. Quin enim illa pertineant ad fabulam Euripidis, *Telephus* inscriptam, quam hic et in praecedentibus Comicus noster tam salse deridet, nullus dubito. *Kuster.*

478. Noster Pac. 528. ἓν μὲν οὖν τουτί μ' ἔασον ἑλκύσαι, καὶ μηκέτι. Thesm. 846. ἰλλὸς γεγένημαι προσδοκῶν· ὁ δ' οὐδέπω. *Elmsl.*

479. (472. Br.) ὀχληρὸς οὖν, δοκῶν γε κοιράνους στυγεῖν. ὀχληρὸς, οὐ δοκῶν με κοιράνους στυγεῖν vulgo. οὐ δοκῶν μὲν κοιράνους στυγεῖν Schol. οὐ δοκῶν γε τυράννους στυγεῖν Rav. Vertunt interpretes: *non reputans odiosum me fieri regibus.* Quae quidem interpretatio huc fere redit: *molestus sum, quia odiosus sum.* Eam quam dedi scripturam facile amplectentur omnes, qui Euripidei Telephi argumentum norunt, unde desumptus est versus, auctore Symmacho grammatico apud

Schol. In ea fabula Telephus, *πτωχικὴν στολὴν* indutus, celatoque nomine, Graecorum duces in concione obiurgavit: cuius verba *παρῳδεῖ* noster inferius v. 497 — 556. Hinc postea ad Chorum, ut coniicere licet, questus est: *molestus sum, cum principes viros odio habere videar.* Caeterum ex altera scripturae diversitate quam exhibet Rav. confirmatur emendatio Canteri in Aesch. Agam. 558. *Elmsl.*

482. *Εὐριπίδιον, ὦ γλυκύτατον καὶ φίλτατον. Εὐριπίδιον γλυκύτατον, ὦ* (*καὶ* pro *ὦ* Rav.) *φιλτάτιον* vulgo q). *ὦ Εὐριπίδιον γλυκύτατον, ὦ φιλτάτιον* Suidas in *φιλτάτιον.* Noster Eq. 726. *ἔξελθε δῆτ', ὦ δημίδιον, ὦ φίλτατον. Elmsl.* Ita noster Eccl. 1129. *ὦ δέσποτ', ὦ μακάριε καὶ τρὶς ὄλβιε.* Vesp. 1512. *ὦ Κάρκιν', ὦ μακάριε τῆς εὐπαιδίας.* Pac. 1198. *ὦ φίλτατ', ὦ Τρύγαι, ὅσ' ἡμᾶς ταγαθά.* Thesm. 209.

ὦ τρὶς κακοδαίμων, ὡς ἀπόλωλ'. Εὐριπίδη,
ὦ φίλτατ', ὦ κηδεστά, μὴ σαυτὸν προδῷς.

Caeterum nostri locus Eq. 725. unde unum versum attuli, ita fere ope cod. Ravennatis restituendus est:

ὦ δῆμε, δεῦρ' ἔξελθε. νὴ Δί' ὦ πάτερ,
ἔξελθε δῆτ'. ὦ δημίδιον, ὦ φίλτατον,
ἔξελθ', ἵν' εἰδῇς οἷα περιυβρίζομαι.
τίνες οἱ βοῶντες; οὐκ ἄπιτ'; οὐκ ἀπὸ τῆς θύρας;

Elmsl. in Auctario.

485. (477. Kust.) *σκάνδικά μοι δός.* Salse admodum Comicus noster Euripidi hic exprobrat vilitatem generis materni; utpote cuius mater *scandicem* (quod erat vilissimum oleris genus) olim vendidisset. Ad hunc ergo locum poetae nostri puto respexisse Plinium Histor. nat. l. XXII. c. 22. ubi ait: *haec est* (de *scandice* loquitur) *quam Aristophanes Euripidi poetae obiicit ioculariter, matrem eius ne olus quidem*

---

q) Suid. in *φιλτάτιον* habet *ὦ Εὐριπίδιον γλυκύτατον ὦ φιλτάτιον.* Lege *ὦ Εὐριπίδιον* (vid. Thesm. 4.) — *φιλαίτατον.* Vid. Hesych. [*φιλαίτατος*] et Eustath. [*Od. B.* p. 1441 = 90. ex Xenoph. Hist. Gr. VII. 3. 7. ubi Eustathii teste ed. Rom. alii libri legunt *φιλέτατον.* et *φιλότατον* teste ed. Bas.] *Bentl.* Quae in hac nota uncinis inclusa sunt, debentur editori adnotationum Bentleii. *φιλαίτατον* probat Malthy ad Morelli Lexic. prosod. p. 1043.

legitimum venditasse, sed scandicem. Kust. Vide ad Equites v. 19. *Bergl.* Hesychius: *σκάνδιξ· λάχανον ἄγριον, παρ' ὃ καὶ σκανδικοπώλην τὸν Εὐριπίδην λέγουσιν, ἐπειδὴ λαχανοπωλητρίας υἱὸν αὐτὸν εἶναι φασί. Elmsl.*

μητρόθεν δεδεγμένος. Aeschylus Choeph. 748. *ὃν ἐξέθρεψα μητρόθεν δεδεγμένη. Elmsl.*

486. (479. Br.) Vide Suidam v. *κλεῖε*, ubi loci huius meminit. *Kust.* *ὦ νὴ ὑβρίζει· κλεῖε πακτὰ δωμάτων.* Minus bene vulgo *ἀνὴρ* et *πηκτά*. Doricam formam *πακτὰ* frequentarunt Tragici; estque hoc ipsum ex Euripide desumtum, apud quem contrario sensu erat *λῦε πακτὰ δωμάτων*. Auctor est Pollux X. 27. *τῷ δὲ κλεῖσαι ἴσον καὶ τὸ πακτοῦν, καὶ τὸ ἐπιπακτοῦν τὰς θύρας ἐστίν· ὥσπερ τῷ ἀνοίγειν ταὐτὸν τὸ λύειν, ὡς ἔφη Εὐριπίδης, λῦε πακτὰ δωμάτων· ὡς τοὐναντίον Ἀριστοφάνης* (Lys. 265.) *πυροπύλαια πακτοῦν· ἢ πάλιν καὶ ἐπιπακτοῦν τὰς θύρας, ἢ, ὡς Ἀρχίλοχος, πακτῶσαι, τὸ κλεῖσαι.* Hesychius: *πακτά, ἡρμοσμένα, πεποιημένα.* Quod priores Sophoclis interpretes praetermiserunt, vellem suscepisset novissimus Parisinus, docuissetque quid sibi velit apud eum Aiax, quando Tecmessae [578.] ait:

ἀλλ' ὡς τάχος τὸν παῖδα τόνδ' ἤδη δέχου,
καὶ δῶμ' ἀπάκτου.

Mallent forte Sophoclis studiosi eum nec Longi, nec Euripidis, immo nec Aristophanis meminisse, quodque illis impendit curae, illustrando verbo *ἀπακτοῦν* tribuisse, quod ego in lingua graeca prorsus peregrinum esse credo. Sed de hoc alias. Non aliter autem hunc versum legimus, quam Valckenarius ad Hippol. 808. *Brunck.* *πακτὰ* Brunckius, iubente Scaligero, et Valckenario ad Hippol. 808. Ipsa tragici verba, *λῦε πακτὰ δωμάτων*, ex Polluce X. 27. allegavit Valckenarius. Ita sane locuti sunt tragici, sed hanc *ἀκρίβειαν* in tragicorum imitatione non semper servant comici. *πηκτά*, ut vulgo, habent Rav. et Suidas in *κλεῖε*, quae forma bis Euripidi tribuitur in indice Beckiano. Vide Phoen. 492. (ubi scripturam non mutavit Porsonus) Cycl. 189. *Elmsl.* qui initio versus *ἄνηρ* scripsit.

487. ἐμπορευτέα r). Mendose in membran. εὐπορευτέα. Nescio cur Dawesio [p. 253. et Bentleio] placuerit ἐκπορευτέα. *Brunck.* Receptam defendit ἐμπορεύσεται Soph. Oed. Tyr. 456. *Elmsl.*

488. (481. Br.) Hinc legi posset in Vesp. 4. ἆρ' οἶσθ' οἷον τὸ κνώδαλον φυλάττομεν. Quod habent plerique libri, ἆρ' οἶσθά γ' οἷον, pro ἆρά γ' οἶσθ' οἷον, auctoritate caret. Barbarum οἶσθας ex B. invexit Bruncknius. *Elmsl.* in Auctario.

490. γραμμὴ δ' αὐτηί. Scholia: ἀρχὴ, ἀφετηρία, ἡ λεγομένη βαλβίς. ἐκ μεταφορᾶς τῶν δρομέων. Comicus in Vespis 545. καὶ μὴν εὐθύς γ' ἀπὸ βαλβίδων περὶ τῆς ἀρχῆς ἀποδείξω. Synesius epist. 4. ἐκ πρώτης ἀφετηρίας οὐκ εὐτυχοῦς. Vide notam sequentem. Ceterum Comicus iam ad institutum redit, et Dicaeopolis est redditurus rationem cur pacem fecerit. *Bergl.* Hesychius: γραμμή· ἡ ἐπὶ τοῦ δρόμου, ἧς ἐπέβαινον οἱ δρομεῖς. *Elmsl.*

492. (484. Kust.) ἄγε νῦν, ὦ τάλαινα καρδία. Euripides in Iphigenia Taurica 344. ὦ τάλαινα καρδία, πρὶν μὲν εἰς ξένους γαληνὸς ἦσθα. In primis huc pertinet locus ex Medea 1242. ἀλλ' εἶ' ὁπλίζου καρδία· τί μελλομεν τὰ δεινὰ κἀναγκαῖα μὴ πράσσειν κακά. ἄγ' ὦ τάλαινα χεὶρ ἐμὴ, λάβε ξίφος, λάβ', ἕρπε πρὸς βαλβῖδα λυπηρὰν βίου. Adscribam inde Scholia ad illud: πρὸς βαλβῖδα, quia faciunt ad illa, quae in proxime antecedentibus dixi; sunt autem haec: βαλβὶς, ἡ τῶν δρομέων s) (male hodie legitur δρωμένων) ἄφεσις. ἄγε δὴ, ὦ Μήδεια, πρὸς ἄφεσιν ὅρμα, καὶ ἀρχὴν δυστυχοῦς βίου, καὶ πράξεως ἐκτόπου. Hic ἄφεσιν dicit, quam Schol. dicebat ἀφετηρίαν. *Bergl.* ἐπήνεσ'. ἄγε νῦν. V. Brunck. ad 495.

495. κἄτα τὴν — In A. C. κατὰ τὴν — Vide supra ad v. 295. *Brunck.* τὴν κεφαλὴν ἐκεῖ παράσχες. Paulo post: παρασχὼν τῇ πόλει τὸν αὐχένα. *Bergl.*

494. ἅττ' ἂν αὐτῇ σοι δοκῇ, Soloece vulgo δοκεῖ.

---

r) F. ἐκπορευτέα abeundum est, sed et defendi potest vulgata sic ut dicatur ἐμπορεύειν viam inire, iter ineundum est. *Reisk.*

s) Eandem emendationem fecit Matthiae T. V. p. 404. quem fugit nota Bergleri.

In B. est *δοκοῖ*. *Brunck.* *δοκῇ* iam Dawesius p. 253. monente *Elmsl.* Malim, *εἰπόν σ' ἄττα καὐτῇ σοὶ δοκεῖ*. In Ran. 104. verba, *ὡς καὶ σοὶ δοκεῖ*, Baccho tribuenda sunt. *Elmsl.* in Auctario.

495. (488. Br.) *ἄγαμαι καρδίας*. Euripides in Rheso v. 245. *ἄγαμαι λήματος*. *Bergl.* *ἄγ', ἐμὴ καρδία*. Sic optime vulgatam scripturam emendat Dawesius, quae sic habet, *ἄγαμαι καρδίας*. Invenustam eam esse, et proinde Comico indignam, ad liquidum perduxit vir acutissimus, hic, ut saepe alias, paulo calidior, quam par fuit. In eo enim falsus est, quod *dubiae fidei esse* dicat *exempla, quae in lexicis afferuntur verbi ἄγαμαι cum solo genitivo coniuncti.* Contra Tyrwhittus noster *ἄγαμαι λήματος* in Rheso v. 245. advocavit, et loca Piersono laudata ad Moeridis notam, *ἄγαμαι Ὑπερβόλου, Ἀττικῶς· ἄγαμαι Ὑπέρβολον, Ἑλληνικῶς*. quibus addo Comicum ipsum in Av. 1744.

ἐχάρην ὕμνοις, ἐχάρην ᾠδαῖς·
ἄγαμαι δὲ λόγων.

Ceterum *ἄγ' ἐμὴ* facile potuit in *ἄγαμαι* a librariis mutari. In v. 485. pro *ἐπήνεσ'· ἄγε νῦν*, in A. C. scriptum est *ἐπήνεσά γε νῦν*. Non tamen forte deerunt, qui criminabuntur vulgatam lectionem immutatam fuisse, quam defendi posse me non latet. *καρδία* accipiatur pro *robore*, et sic totus locus vertatur a v. 485. *Placet consilium. Age nunc aerumnosum cor meum, illuc abi; deinde caput illic praebe, et dic quaecunque tibi videbuntur: aude, i, procede. Euge! miror animi mei robur.* Sic utcunque sententia procedit. Sed abruptum illud *ἄγαμαι καρδίας* nihil habet Veneris. *Brunck.* *ἄγ', ἐμὴ καρδία* Brunckius ex infelicissima coniectura Dawesii p. 253. Vulgatam tuentur Rav. et, ut opinor, Suidas in *ἄγαμαι καρδίας* [Zonaras I. p. 34.], ubi *ἄγαμαι λήματος* ex Rheso v. 245. laudavit Toupius [T. I. p. 13.]. *Elmsl.*

496. *τί φήσεις*. Fo. *ἄνερ*. *Bentl.* [pertinet puto ad *ἀνὴρ* 497.] *ἀλλ' ἴσθι νυν. ἀλλ'*, quod vulgo desideratur, recepi ex emendatione Hermanni [de metris] p. 245. *Elmsl.*

497. (489. Kust.) Suidas: *ἀναίσχυντος καὶ σιδηροῦς ἄνθρωπος. ἐπὶ τῶν ἀπηρυθριακότων, καὶ μηδεμίαν μεταβολὴν τοῦ τρόπου ποιουμένων*. Respexit ad hunc locum

Comici. *Kust.* σιδηροῦς τ' ἀνήρ. Eurip. in Medea v. 1279. τάλαιν', ὡς ἄρ' ἦσθα πέτρος ἢ σίδαρος. Aeschylus in Prometheo 242. σιδηρόφρων τε κἀκ πέτρας εἰργασμένος, ὅστις, Προμηθεῦ, σοῖσιν οὐ συνασχαλᾷ μόχθοις. *Bergl.*

498. ὅστις παρασχών. Paulo ante: τὴν κεφαλὴν ἐκεῖ παράσχες. *Bergl.*

500. (495. Br.) εἶά νυν. Male. Excudi debuit, ut est in libris omnibus, εἶα νῦν. Dimeter est paeonicus hypercatalectus, ut v. 490. Talis etiam esse deberet proxime praecedens, cuius corrupti sunt numeri, facile restituendi, modo legatur:

ἀνὴρ οὐ τρεῖ τὸ πρᾶγμα.

Nec dubito, quin hoc sincerum sit: τρέμει glossema est. *Brunck.* ἀνὴρ οὐ τρέμει τὸ πρᾶγμα vulgo, consentiente Rav. Pro τρέμει Brunckius in annotationibus τρεῖ coniicit, quod vix tragicis quidem usurpatum est. Vide Aesch. Theb. 796. Agam. 558. Eum. 429. *Elmsl.*

501. Eiice εἶά νυν ex cod. Rav. illatum.

502. μή μοι etc. Scholia: ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου· μή μοι φθονήσητ' ἄνδρες Ἑλλήνων ἄκροι, εἰ πτωχὸς ὢν τέκληκ' ἐν ἐσθλοῖσιν λέγειν. Ceterum exorditur iam orationem Dicaeopolis, qua rationem reddit, cur pacem fecerit. Summa huc redit: ex Atheniensibus quosdam movisse bellum Peloponnesiacum levibus de causis, et concludendum relinquitur, aequum esse, ut primi amplectantur pacem. *Bergl.* Parodia versuum Euripidis in Telepho: μή μοι — λέγειν. *Brunck.* Haec omnia ex Euripidis Telepho πεπαρῳδημένα esse monet argumenti scriptor. Euripideae ῥήσεως initium conservavit Schol. *Elmsl.* Versum Euripideum, μή μοι φθονήσητ', ἄνδρες Ἑλλήνων ἄκροι, mutuatus est etiam Alexis apud Athen. p. 691. F. *Elmsl.* in Auctario.

503. ἔπειτα. Id est *tamen*. Vide nos supra ad 126. *Kuster.*

504. (499. Br.) τρυγῳδίαν. Scholia: κωμῳδίαν· ἤτοι διὰ τὸ τρύγα ἔπαθλον λαμβάνειν τουτέστι νέον οἶνον· ἢ διὰ τὸ, μὴ ὄντων πρόσωπείων τὴν ἀρχὴν, τρυγὶ χρίεσθαι τὰς ὄψεις. *Bergl.* τρυγῳδίαν. Hanc scripturam perspicue exhi-

bent B. C. ut etiam in seq. v. Utrobique membr. mendose τραγῳδ— Perperam vero libri omnes οἶδε καὶ τρυγῳδία, omisso articulo, quem ex indole linguae reposui: οἶδε χ' ἡ τρυγῳδία. *Brunck.* Vulgatam habet Rav. Recte abest articulus. Vide Eq. 516. Av. 1444. Alexis apud Athen. p. 164. D.

μάλ' εὐφυὴς ἄνθρωπος· ἐπὶ τραγῳδίαν
ὥρμηκε νῦν.

Elmsl. Adde nostrum apud Athen. p. 117. C. Metrum paeonicum est.

ἦν μέγα τι χρῆμ' ἔτι τρυγῳδοποιομουσική,
ἡνίκα Κράτητί τε τάριχος ἐλεφάντινον
λαμπρὸν ἐκόμιζεν, ἀπόνως παραβεβλημένον,
ἄλλα τε τοιαῦθ' ἕτερα μυρί' ἐνιχλίζετο.

Caeterum monuit Porsonus ad Hecub. 788. saepius ἱππικὴν et μουσικὴν sine articulo usurpari. Hoc de omnibus artibus verum est. *Elmsl.* in Auctario.

506. δεινὰ μὲν, δίκαια δέ. In Nubibus 1464. οἴμοι, πόνηρά γ', ὦ Νεφέλαι, δίκαια δέ. *Bergl.*

507. οὐ γάρ με νῦν γε Rav. In vulgata scriptura καὶ minime otiosum est. Vid. v. 377. et sequentes. *Elmsl.* Vide supra ad 376. Infra 630. διαβαλλόμενος δ' ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν — ὡς κωμῳδεῖ τὴν πόλιν ὑμῶν, καὶ τὸν δῆμον καθυβρίζει. *Bergl.*

508. t) (503. Br.) Xenoph. de Rep. Athen. 2, 18. [ubi vid. Schneider. p. 120. 470 sq.] κωμῳδεῖν δ' αὖ καὶ κακῶς λέγειν τὸν μὲν δῆμον οὐκ ἐῶσιν, ἵνα μὴ αὐτοὶ ἀκούωσι κακῶς· ἰδίᾳ δὲ κελεύουσιν, εἴ τίς τινα βούλεται· εὖ εἰδότες ὅτι οὐχὶ τοῦ δήμου ἐστὶν, οὐδὲ τοῦ πλήθους ὁ κωμῳδούμενος, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἀλλ' ἢ πλούσιος, ἢ γενναῖος, ἢ δυνάμενος. Divites fuerunt Callias et Nicias, potentes Pericles, Cleon et Hyperbolus, γενναῖοι Euripides et Socrates, cum toto philosophorum grege, inter quos et poetas comicos flagrabat usque ἄσπονδος καὶ ἀκήρυκτος πόλεμος. *Elmsl.*

---

t) Hunc versum citat Plutarch. T. II. p. 71. D. ubi Wyttenbachius T. VI. p. 534. conferri iubet Aristidem T. II. p. 417. Cetérum de hoc versu et sequentibus vide supra p. 25 sq.

509. (503. Kust.) *αὐτοὶ γάρ ἐσμεν.* Ille agon, qui *κατ' ἀγροὺς* dicebatur, hieme committebatur, et ideo soli erant Athenienses: nam mare tunc erat clausum. Et inde colligunt Scholiastae, hieme prodiisse hoc drama. *Palmer.* Noster Thesm. 472. monente Kustero: *αὐταὶ γάρ ἐσμεν, κούδεμί' ἐκφορὰ λόγου. Elmsl.* Cf. Heindorf. ad Platon. Parmen. p. 220.

οὔπὶ ν) Ληναίῳ τ' ἀγών. Huc respexit Hesychius v. *ἐπὶ Ληναίῳ*, ubi ait: *ἐπὶ Ληναίῳ ἀγών ἐστιν ἐν τῷ ἄστει.* (Imo *ἐν ἀγροῖς.* Vide Schol. Graecum.) *Λήναιον, περίβολον ἔχον μέγα, καὶ ἐν αὐτῷ Ληναίου Διονύσου ἱερὸν x), ἐν ᾧ ἐπετελοῦντο οἱ ἀγῶνες Ἀθηναίων, πρὶν τὸ θέατρον οἰκοδομηθῆναι.* Eundem locum Comici interpretari voluit Suidas v. *ἐπὶ Ληναίῳ. Kuster.*

512. (506. Kust.) *ἀλλ' ἐσμὲν αὐτοὶ νῦν γε περιεπτισμένοι.* Pollux VII. 24. *καὶ τὸ Ἀριστοφάνους δὲ ἐν Ἀχαρνεῦσι περιεπτισμένοι, ἀπὸ τούτου ἂν εἴη εἰρημένον y).* Caeterum *αὐτοὶ ἐσμὲν* et hic et paulo ante v. 503. significat *soli sumus*, non ut Frischlinus, *nos. Kuster.*

514. (509. Br.) *ἔγωγε.* Vulgo *ἐγὼ δὲ*, quorum frequentissima est permutatio. *Brunck.* Receptam [quam etiam Rav. habet] defendit Euripides Or. 517. *ἐγὼ δὲ μισῶ μὲν γυναῖκας ἀνοσίους. Elmsl.* in Auctario. Vide quae ad Eccles. 173. dixi, ubi adde eiusdem fabulae v. 759. ed. Invern.

515. *καὐτὸς* vulgo, *καὐτοῖς z)* optime Rav. Noster Nub. 1489. *ἕως ἂν αὐτοῖς ἐμβάλῃς τὴν οἰκίαν. Elmsl.*

οὔπὶ Ταινάρῳ. Respicit, ut Scholiastes videtur velle, ad magnum illum terrae motum, quo concussa

---

ν) Pro *ὁ ἐπὶ.* Lenaeum autem erat *περίβολός τις μέγας, ἐν ᾧ τοὺς ἀγῶνας ἦγον τοὺς σκηνικούς*, ut ait Suidas in *ἐπὶ Ληναίῳ. Bergl.*

x) Haec alii aliter emendant. Malim: *ἔστιν ἐν τῷ ἄστει περίβολος μέγας, ἔχον* [*ἔχων*] *ἐν αὐτῷ Ληναίου Διονύσου ἱερόν. Elmsl.* Cf. supra p. 16.

y) Hesychium: *περιεπτισμένη· περιεξεσμένη, περικεκαθαρμένη.* addit *Elmsl.*

z) *καὐτοῖς* coniiecerat Tyrwhittus.

est Sparta sub illud tempus, quo Lacedaemonii servos in templo Neptuni supplices violaverant. De quo Thucydides l. I. *οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι — Σπάρτῃ.* Illius terrae motus meminit Comicus in Lysistrata 1147. ubi vide notam. *Bergl.* Thucyd. I. 128. *οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι ἀναστήσαντές ποτε ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Ποσειδῶνος ἀπὸ Ταινάρου τῶν Εἱλώτων ἱκέτας, ἀπαγαγόντες διέφθειραν· δι' ὃ δὴ καὶ σφίσιν αὐτοῖς νομίζουσι τὸν μέγαν σεισμὸν γενέσθαι ἐν Σπάρτῃ.* Nimirum tanta vi concussa est tellus, *ὥστε οἰκίαν μηδεμίαν τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἀντίσχειν,* auctore Pausania VII. 25. Hunc terrae motum, cuius meminit noster Lys. 1142. Olympiadis LXXVII. anno quarto evenisse narrat Diodorus Siculus XI. 63. Verum eo ipso tempore quo acta est haec fabula, magno metu tenebantur Lacedaemonii ne simili clade iterum opprimerentur: proxima enim aestate et superiori hieme frequentes terrae motus per universam fere Graeciam exstitisse scimus ex Thucydide III. 87. 89. Eos in animo habuit poeta. *Elmsl.*

516. *ἅπασιν ἐμβάλοι τὰς οἰκίας.* Vide nos supra ad Plut. 180. *Kuster.*

517. *κεκομμένα.* Sic habent omnes, quas vidi, editt. At Suidas v. *παρακεκομμένος* hic legit *παρακεκομμένα:* sed per *ἀβλεψίαν* quandam. Nam applicat huic loco notam Scholiastae, quae pertinet ad 516. [522.] ubi *παρακεκομμένα* occurrit. Ut taceam, de vineis, quae exscinduntur, *κόπτεσθαι* Graece dici, non *παρακόπτεσθαι. Kust.* Supra 182. *τῶν ἀμπέλων τετμημένων.* 252. *ἵνα μήποτε πατῶσι τὰς ἐμὰς ἀμπέλους. Bergl.*

518. (512. Kust.) *οἱ παρόντες ἐν λόγῳ.* Id est, *qui sermoni huic interestis,* sive, *eius estis arbitri.* Sic infra in Avib. 30. *ὦ ἄνδρες οἱ παρόντες ἐν λόγῳ.* Eurip. Rhes. 149. *τίς δῆτα Τρώων, οἳ πάρεισιν ἐν λόγῳ; Kust.*

519. Hunc versum citat Aristides III. p. 396. *Elmsl.* in Auctario. *τί ταῦτα.* In Thesm. 480. *τί ταῦτ' ἔχουσαι κεῖνον αἰτιώμεθα. Bergl.*

521. (516. Br.) *ὅτι οὐχὶ* — Sic emendate scriptum in C. In membr. *ὅτι* omissum. Vulgo *ὅτ' οὐχί.* Vide ad Lys. 611. *Brunck.* *τοῦθ' ὅτ'* B. edd. cum elisione

minime ferenda. *τοῦθ' ὅτι* C. Rav. Brunckius. *τοῦτο* A. unde feci *τοῦτό γ'* Vide Nub. 887. *Elmsl.*

522. *παρακεκομμένα — παράσημα.* Metaphora a nummis perperam cusis. In Ranis 731. *τοῖς πονηροῖς χαλκίοις, χθές τε καὶ πρώην κοπεῖσι τῷ κακίστῳ κόμματι. Bergl.* Hesychius: *παρακεκομμένον. ἄνανδρον.* Vide Ran. 718. *Elmsl.*

523. Vix dici potest quam saepe hominibus in civitate potentibus, vel alioqui sibi infestis, *ξενίαν* exprobrarint Comici. Hac suspicione notatur Cephisodemus inferius v. 704. Execestides Av. 11. 764. 1527. Acestor 31. Spintharus 762. Lycurgus 1296. Archedemus Ran. 418. Cleopho 681. 1533. Diitrephes a Platone Comico apud Schol. ad Av. 798. Cleophontem ab Euripide tangi in Or. 902. censet Graecus eius interpres, ubi in concione Argivorum inducitur orator *Ἀργεῖος, οὐκ Ἀργεῖος. Elmsl.*

524. *ἐσυκοφάντει.* Ipse comicus clare nobis ob oculos ponit, quae agere soliti fuerint sycophantae, infra 818 et sqq. ubi sycophanta aliquis adoritur Megarensem hominem, qui porcellos videbatur venales tulisse Athenas: et v. 910. et sqq. ubi alius Thebanum, qui alia mercimonia attulerat. *Bergl. ἐσυκοφάντει Μεγαρέων τὰ χλανίσκια.* Quia eos insimulabant sub palliis, vel laenis, aliquid mercis absconditum habere. *Brunck.* Haec male acceperunt interpretes. Lanificium lucelli causa exercebant Megarenses *a*). Eos in animo habuit noster Pac. 999.

καὶ τὴν ἀγορὰν ἡμῖν ἀγαθῶν
ἐμπλησθῆναι, μεγάλων σκορόδων,
σικύων πρώων, μήλων, ῥοιῶν,
δούλοισι χλανισκιδίων σμικρῶν.

Elmsl.

525. (520. Br.) *κεἴ που σίκυον ἴδοιεν.* Sic perspicue scriptum in membr. ut e Suida *b*) [v. *σίκυον*] legendum esse monuerat Dawesius [p. 253. (452. Kidd.)].

---

a) V. Xenoph. Memorab. II. 7, 6.

b) Suidae locum indicavit etiam Bentl. qui antea voluerat *γε σίκυον εἶδεν* vel *σίκυον ὄν.*

Vulgo mendosissime *κεἴ που σίκυον εἶδεν.* In B. superscripta emendatio *εἴδιεν. Brunck. ἴδοιεν*, etiam in Rav. repertum, recepit *Elmsl.*

526. *ἢ χόνδρους ἅλας. ἢ χόνδρους ἁλὸς* vulgo: ubi ex Atticorum consuetudine saltem rescribi debebat *ἁλῶν.* Hesychius: *χόνδροι ἁλῶν· παχεῖς ἅλες.* Suidas: *χόνδρος· τοῦ στομάχου τὸ ἔντερον· καὶ χόνδροι ἁλῶν· θρόμβοι, παχὺς ἅλς.* Sed vera scriptura debetur choliambo Phoenicis Colophonii apud Athen. p. 359. F.

δότ', ὦ γαθοὶ, τι τῶν ἕκαστος ἐν χερσὶν
ἔχει, κορώνῃ· χἅλα λήψεται χόνδρον.

Nimirum *χόνδρος* pro adiectivo usurpatur. Nec dubitari potest quin scripturam quam reposui habuerit Schol. Is enim ait: *ἢ χόνδρους ἁλός· οὕτως οἱ Ἀττικοί.* Atqui in vulgata scriptura nihil Atticorum proprium est. Comparativum *χονδρότερος* in Hederici lexico manuali indicat Schweighaeuserus ad Athenaeum. Caeterum *χόνδροις ἁλσὶν* opponuntur *λεπτοὶ ἅλες.* Noster apud Schol. ad Vesp. 1313. Pollucem VI. 65. et Athen. p. 367. B.

καὶ πῶς ἐγὼ Σθενέλου φάγοιμ' ἂν ῥήματα;
εἰς ὄξος ἐμβαπτόμενος, ἢ λεπτοὺς ἅλας;

Elmsl.

528. *καὶ ταῦτα μέν.* Etiamsi haec, nempe sycophantiae, levia videantur, tamen inter causas huius belli ea refert; infra 820. *τοῦτ' ἐκεῖν' ἥκει πάλιν, ὅθεν περ ἀρχὰ τῶν κακῶν ἁμῖν ἔφυ.* Nimirum ea res infensas Atheniensibus reddebat urbes. *Bergl.*

529. (523. Kust.) Versum hunc et quinque sequentes adducit Athenaeus l. XIII. c. 5. p. 569. 570. *καὶ Ἀσπασία ἡ Σωκρατικὴ ἐνεπορεύετο πλήθη καλῶν γυναικῶν, καὶ ἐπλήθυνεν ἀπὸ τῶν ταύτης ἑταιρίδων ἡ Ἑλλάς· ὡς καὶ ὁ χαρίεις Ἀριστοφάνης παρασημαίνεται λέγων, τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον ὅτι Περικλῆς διὰ τὸν Ἀσπασίας ἔρωτα, καὶ τὰς ἁρπασθείσας ἀπ' αὐτῆς θεραπαίνας ὑπὸ Μεγαρέων, ἀνερρίπισε τὸ κατὰ Μεγαρέων ψήφισμα τὸ δεινόν. πόρνην δέ* etc. Eundem locum Comici nostri citat etiam Plutarchus in vita Periclis [c. 30.] p. 168. *c*).

---

c) Plutarchi verba: *Μεγαρεῖς δὲ τὸν Ἀνθεμοκρίτου φόνον*

Kust. Hic propter raptum meretricum dicit Periclem accendisse bellum Peloponnesiacum; at in Pace 605. quia timeret ne repetundarum accusaretur, quod in fabricatione simulacri Minervae, cui ipse praefuerat, fraus quaedam circa sumtus esset facta. Potuit utraque causa, et plures etiam, concurrere. Vide ad 537. [543.] *Bergl.*

Σιμαίθαν. Hesychius: *Σιμαίθα· ἑταίρας Μεγαρικῆς ὄνομα.* De scortis Megarensibus proverbium erat *Μεγαρικαὶ σφίγγες*, ab Hesychio et Suida memoratum. Quod tradit Schol. huius furti auctorem fuisse Alcibiadem, temere dictum videtur, nec bene cum temporis rationibus conciliari potest. *Elmsl.*

530. *μεθυσοκότταβοι. μέθυσος ebrius: κότταβος* ludus aliquis convivialis. *Bergl.*

531. *Μεγαρῆς.* Perperam vulgo *Μεγαρεῖς.* Vide ad Nub. 210. *Brunck. κᾆθ' οἱ Μεγαρῆς. κᾆθ' οἱ Μεγαρεῖς* vulgo ante Brunckium, consentiente Plutarcho, et Suida in *πεφυσιγγωμένοι. εἶθ' οἱ Μέγαρῆς* Athenaeus p. 570. A. qui v. 524. cum quinque sequentibus adducit. *Elmsl.*

πεφυσιγγωμένοι. φύσιγξ est vesicula sive membrana, cui involuti sunt bulbi alliorum. Utitur hoc verbo de Megarensibus loquens, quia inde praecipue solerent importari allia Athenas, ut infra patet 761. *πεφυσιγγωμένοι* idem est quod *ἐσκοροδισμένοι*, de quo vide supra 165. In Pace 501. cum vellet significare Megarenses primos turbasse Pacem, dicit illos eam unxisse alliis: *ἄνδρες Μεγαρῆς, οὐκ ἐς κόρακας ἐρρήσετε; μισεῖ γὰρ ἡμᾶς ἠθεὸς μεμνημένη· πρῶτοι γὰρ αὐτὴν τοῖς σκορόδοις ἠλείψατε. Bergl.* Hesychius: *πεφυσιγγωμένοι· ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς σκορόδοις φυσίγγων· ὅπερ ἐστὶν, ἐντεριωνῶν.* Recte Erotianus: *σκορόδου φύσιγγα· τὸ ἔξωθεν λέμμα.* Consulendus Piersonus ad Moerin p. 397. *Elmsl.*

532. (526. Kust.) *Ἀσπασίας πόρνα δύο.* Vid. Harpocrat. v. *Ἀσπασία:* Suidam ead. v. et Athenaeum l. l.

ἀπαρνούμενοι, τὰς αἰτίας εἰς Ἀσπασίαν καὶ Περικλέα τρέπουσι, χρώμενοι τοῖς περιβοήτοις καὶ δημώδεσι τούτοις ἐκ τῶν Ἀχαρνέων στιχιδίοις, Πόρνην κ. τ. λ. attulit *Elmsl.*

Kust. Ἀσπασίας. Haec meretrix erat quidem, sed simul sophistria, eratque Pericles eius amator et discipulus. Vide quae notavi ad Alciphronis epist. 34. lib. I. Videatur et Athenaeus XIII. p. 569. qui totum hunc Comici locum de meretricibus citat, ut notavit Cl. Kusterus. *Bergl.* Ἀσπασίας πόρνας δύο Rav. Ἀσπασίας πόρνας δύω Athenaeus. Ἀσπασίας, quod agnoscit Suidas in πεφυσιγγωμένοι, pro accusativo plurali accipit Schol. et ex eo Suidas in Ἀσπασίαι δύο ἑταῖραι. Ἀσπασίᾳ πόρνα δύο Plutarchus. Omnino retinendus est genitivus Ἀσπασίας, qui non a πόρνα pendet, sed ab ἀντεξέκλεψαν. Noster Eq. 1149. ἅττ' ἂν κεκλόφωσί μου. Vesp. 1369. τῶν ξυμποτῶν κλέψαντα. Ita saepissime. Verba Athenaei sunt: καὶ Ἀσπασία — παρασημαίνεται. Huc etiam respicit Harpocratio in Ἀσπασία. *Elmsl.*

553. κἀντεῦθεν. κἀκεῖθεν Athenaeus, non male. *Elmsl.* κατερράγη. In Equitibus 640. ὁ πολεμὸς κατερράγη. *Bergl.*

555. (553. Br.) οὐλύμπιος. Male in membr. omisso articulo, Ὀλύμπιος. *Brunck.* Ὀλύμπιος A. sine articulo, quem agnoscit Diodorus Siculus XII. 40. Huc respicit Plutarchus Pericle [c. 8.] p. 156. B. *Elmsl.*

556. (553. Kust.) ἤστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα. Locus est celebratissimus, ad quem multi scriptorum veterum alluserunt. Cicero in oratore ad M. Brutum, num. 29. ed. Gronov. *Istorum iudicio, si solum illud est Atticum, ne Pericles quidem dixit Attice, cui primae sine controversia deferebantur: qui si tenui genere uteretur, nunquam ab Aristophane fulgere, tonare, permiscere Graeciam dictus esset.* Plinius Secundus l. I. ep. 20. *Adde, quae aeque de eodem Pericle Comicus alter:* ἤστραπτ', ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα. Iulianus epist. 2. de Proaeresio ait: ἄνδρα ζηλοῦντα τὸν Περικλέα κατὰ τοὺς λόγους, ἔξω τοῦ συνταράττειν καὶ συγκυκᾶν τὴν Ἑλλάδα. Lucian. in Demosth. Encom. p. 693. ed. Amstelod. [T. III. p. 506.] ἐκείνου (Περικλέους) τὰς ἀστραπὰς καὶ βροντὰς, καὶ πειθοῦς τε κέντρον δόξῃ παραλαβόντες etc. Ubi priora illa τὰς ἀστραπὰς καὶ βροντὰς referenda sunt ad hunc locum Aristophanis. At quae sequuntur, καὶ πειθοῦς

τὸ κέντρον, respiciunt locum illum Eupolidis Comici de Pericle:

οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις:

quem citat Schol. Comici nostri ad propositum locum, Plinius Secundus lib. I. epist. 20. et alii. Sed ut ad Aristophanem redeamus, videndus etiam est Plutarch. in Pericle p. 156. ubi itidem ad locum hunc Comici nostri respexit, et Diodor. Siculus l. XII. p. 507. sed apud quem turbata nonnulla et corrupta, quae recte in integrum restituit Paul. Leopard. Emend. l. V. c. 14. *Kust.* Ciceronis locum ex Kusteri nota repetiit *Bergl.* Locus praeclarus et multis veterum testimoniis celebratus. Cicero in Oratore ad M. Brutum 29. a Kustero indicatus: *istorum — dictus esset.* Idem Epist. ad Atticum XII. 6. Chreme, tantumne ab re tua est oti tibi, *ut etiam Oratorem legas? macte virtute! mihi quidem gratum*, et *erit gratius, si non modo in libris tuis, sed etiam in aliorum per librarios tuos Aristophanem reposueris pro Eupoli.* Eupolidi haec tribuit etiam Diodorus Siculus. Consulendus Gesnerus ad Quinctilianum II. 16, 19. [et Spalding. T. I. p. 373.] *Elmsl.*

ἤστραπτ', ἐβρόντα d) Plinius epist. I. 20. a Kustero indicatus [et Bentleius]. Vulgatam quam agnoscit Aristides III. p. 228. Diodoro Siculo ex quatuor codd. restituit Wesselingius. *Elmsl.* ἤστραπτ' postea praetulit Elmsleius. Vide supra p. 71.

537. ὥσπερ σκολιά. Quia psephisma Periclis contra Megarenses simile est scolio Timocreontis Rhodii in Plutum, quod scolion adducit Schol. ad h. l. et ad

---

d) ἤστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα. Versus similibus incisionibus ἤστραπτεν, ἐβρόντα minus placens; atqui Plinius epist. 1, 20.: ἤστραπτ', ἐβρόντα, ξυνεκύκα, crescentibus verbis, quam figuram et alibi usurpatam reperimus, et in noto isto versiculo:

Odi praecoci puerulos sapientia,

qui cum a verbo duarum syllabarum initium capiat, per trisyllabum ad tetrasyllabum progressus, finitur denique voce quinque syllabis constante eaque gravissima, sapientia; quod in elegantiis oratoriis ac poeticis numeratur. *Hotib.*

Ranas 1357. estque tale: *ὤφελες — ἐν ἀνθρώποις κακά. Bergl.* *ὥσπερ σκολιὰ γεγραμμένους.* Quia psephisma Periclis rogatu contra Megarenses latum simile erat scolio Timocreontis Rhodii:

ὤφελες e), ὦ τυφλὲ Πλοῦτε,
μήτ' ἐν γῇ, μήτ' ἐν θαλάττῃ,
μήτ' ἐν ἠπείρῳ φανῆναι,
ἀλλὰ Τάρταρόν τε ναίειν
κἀχέροντα· διὰ σὲ γὰρ
πάντ' ἐν ἀνθρώποις κάκ' ἐστί.

Brunck.

538. (533. Br.) *ὡς χρὴ Μεγαρέας* etc. Psephisma hoc Atheniensium contra Megarenses praecipuam belli Peloponnesiaci causam fuisse innuit etiam Comicus noster infra in Pace 608. *Kuster.*

μήτε γῇ, μήτ' ἐν ἀγορᾷ [Sic iam Bentl.]. Perperam libri omnes *μήτ' ἐν γῇ*, cuius lectionis vitium ipsa lex metri arguit. Vide ad Eq. 610. [quem locum Elmsl. affert.] Nec ullus dubito, quin in Timocreontis scolio sic etiam legi debeat, *μήτε γῇ, μήτ' ἐν θαλάττῃ*, praetereaque in primo versiculo, *ὤφελές γ' ὦ τυφλὲ Π.* Sunt enim scolii versus omnes dimetri trochaici acatalecti, praeter penultimum, qui catalectus est. *Brunck.*

540. Citat Suidas v. *βάδην. Kust.* [Tyrwhittus corrigit *ἄδην.*] *οἱ Μεγαρῆς.* In B. scriptum primo fuerat *Μεγαρεῖς*, ut est in ceteris libris: postea emendatum *Μεγαρῆς. Brunck.*

541. *Λακεδαιμονίων ἐδέοντο, τὸ f) ψήφισμα* etc. Thucydides lib. I. refert, antequam bellum denunciarent Lacedaemonii Atheniensibus, in conventu apud Lacedaemonios, inter alios et Megarenses fuisse conquestos de iniuriis Atheniensium: *καὶ ἄλλοι τε*, inquit, *παριόντες ἐγκλήματα ἐποιοῦντο, ὡς ἕκαστοι, καὶ Μεγαρεῖς, δηλοῦντες μὲν καὶ ἕτερα οὐκ ὀλίγα διάφορα, μάλιστα δὲ λιμένων τε εἴργεσθαι τῶν ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀρχῇ, καὶ τῆς*

---

e) Elmsl. eadem verba afferens habet *ὄφελες.*

f) *τὸ* non agnoscunt edd. ante Kusterum. *Elmsl.*

Ἀττικῆς ἀγορᾶς παρὰ τὰς σπονδάς. Vide notam seq. *Bergl.*

545. κοὐκ ἠθέλομεν g). Lacedaemonii denunciaverant Atheniensibus, ut illud psephisma tollerent; sed frustra. Thucyd. lib. I. circa finem: καὶ μάλιστά γε πάντων καὶ ἐνδηλότατα προύλεγον, τὸ περὶ Μεγαρέων ψήφισμα καθελοῦσι, μὴ ἂν γενέσθαι πόλεμον, ἐν ᾧ εἴρητο αὐτοὺς μὴ χρῆσθαι τοῖς λιμέσι τοῖς ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀρχῇ, μηδὲ τῇ Ἀττικῇ ἀγορᾷ· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, οὔτε τἆλλα ὑπήκουον, οὔτε τὸ ψήφισμα καθῄρουν, ἐπικαλοῦντες ἐπεργασίαν Μεγαρεῦσι τῆς γῆς τῆς ἱερᾶς, καὶ τῆς ἀορίστου, καὶ ἀνδραπόδων ὑποδοχὴν τῶν ἀφισταμένων. *Bergl.*

545. (540. Br.) ἐρεῖ τις, οὐ χρῆν h). Non oportebat Lacedaemonios bellum incepisse propter Megarenses. Hunc autem versum ex Telepho Euripidis esse notat Schol. *Bergl.* Hic versus iuxta Scholiastam ex Euripidis Telepho integer translatus est. *Brunck.* ἐρεῖ τις οὐ χρῆν ex Telepho desumpta esse monet Schol. *Elmsl.* qui deinde scripsit ἀλλὰ τί ἐχρῆν. Sed haec quoque verba verisimile est ex Telepho esse, neque enim ex Schol. verbis καὶ τοῦτο ἀπὸ Τηλέφου Εὐριπίδου colligere licet, illa tantum ἐρεῖ τις οὐ χρῆν Euripidea esse. Recte igitur τί χρῆν defendere videtur Reisig. I. p. 101. Erfurdtius ad Soph. Aiacem p. 630. parum feliciter corrigebat: ἐρεῖ τις οὐ χρῆν, ἀλλὰ πῶς χρῆν εἶπατε, scilicet ne τί producatur. Erfurdtii de huiusmodi productionibus opinionem optimo iure in dubitationem vocavit Seidlerus ad Eurip. Electr. p. 137. Cum nostro τῖ χρῆν compara Eurip. Iphig. Aul. 1345. ed. Matth., quem locum, ut alios quosdam, non attigit Erfurdtius:

δηλαδὴ ξανθῆς ἐθείρης. ἐμὲ δὲ τί χρὴ δρᾶν τότε;

ubi Gaisfordius ex coniectura dedit χρὴ τί. *Dindorf.*

546. φέρ' εἰ Λακεδαιμονίων τις ἐκπλεύσας σκ. Id est: *si quis Lacedaemoniorum domo profectus scapha vendidisset catellum Seriphiorum per calumniam ipsis*

---

g) Ad haec verba consulendus omnino Thucydides I. 139. *Elmsl.*

h) οὐ χρῆν; cum interrogatione admirabunda. *Reisk.*

ereptum. Nam Frischlinus toto, quod aiunt, coelo hic aberravit. *Kuster.*

547. *i*) φήνας. Aor. 1. a φαίνω, et significat συκοφαντήσας. *Bergl.* κυνίδιον Σερίφιον. Seriphus erat insula vilissima sub Atheniensium imperio. Dicit autem: si quis Lacedaemonius vel Seriphios re aliqua levissima privasset, annon Seriphiis opem tulissetis contra Lacedaemonios? Ergo et Lacedaemonios putandum est merito Megarensibus opem ferentes bellum movisse. *Bergl.*

548. (543. Br.) ἐκάθησθ' — Vulgo καθῆσθ', quae scriptura aeque bona est ac ea quam reposui, quumque sit in libris omnibus, servari debebat. Vide not. ad Thesm. 479. Conc. 502. Av. 495. Versus clausula ἢ πολλοῦ γε δεῖ, ex Euripidis Telepho sumta. *Brunck.* ἐκάθησθ' Brunckius in contextu, qui in annotationibus vulgatam revocat. Recte. Senarius Euripideus esse videtur ex verbis Scholiastae. Porsonus in Praefat. ad Hec. p. XVII. ἐκαθήμην, ἐκάθευδον, et similia, tragicis abiudicat. *Elmsl.*

ἢ πολλοῦ γε δεῖ. Ita edd. pristinae; non ἢ πολλοῦ γε δεῖ. Distinguendum autem καθῆσθ' ἂν ἐν δόμοισιν, ἢ πολλοῦ γε δεῖ; *Bergl.* ἢ πολλοῦ γε δεῖ sine interrogatione recte Brunckius et Elmsleius.

550. (544. Kust.) τριακοσίας ναῦς. Nimirum Athenienses florentibus rebus trecentas naves sive triremes instructas habere solebant. Aeschines orat. περὶ παραπρεσβείας [p. 337.]· τριήρεις δ' ἐκτησάμεθα πλωΐμους καὶ ἐντελεῖς οὐκ ἐλάττους ἢ τριακοσίας. Idem navium numerus traditur a Thucydide, Demosthene, Aristide, et aliis, quorum loca collegit diligentissimus et πολυμαθέστατος Meursius de Fortuna Athen. c. VII. *Kust.* Cf. Boeckh. Staatshaush. der Athener T. I. p. 279.

ἦν δ' ἡ πόλις πλέα. Hinc usque ad 555. [561.] est hypotyposis expeditionis, cum classis instruitur. *Bergl.*

---

i) ἀφείλετ' Ἀθήνας κυνίδιον Σερίφιον. *Reisk.*

552. *Παλλαδίων.* Erant simulacra Minervae in proris triremium collocari solita; ista ornabant et deaurabant navigaturi. Ex Scholiis. *Bergl.*

553. (548.) *στοιᾶς.* *στοᾶς* vulgo, sed alteram formam ter habet noster Eccl. 676. 684. 686. *ΤΟΝ ΑΠΟ ΤΕΣ ΣΤΟΑΣ* (*τῶν ἀπὸ τῆς στοᾶς*) habet tabula lapidea Olympiadis XCII. anno quarto incisa, quam evulgavit Chandlerus in Sylloge Graecarum inscriptionum. Ea hodie in Museo Britannico adservatur. Caeterum recte censet Schol. hic intelligi *τὴν ἀλφιτόπωλιν στοάν*, quam memorat noster etiam in Eccl. 686. *Elmsl.* Vide quae ad Eccles. p. 745. dicta sunt, et var. lect. ad Herodoti III. 52, 7. Schweigh.

555. *ἐλαιῶν.* *ἐλαῶν* vulgo, quod serioris est Atticismi. *Elmsl.*

557. (551. Kust. 552. Br.) *κωπέων k) πλατουμένων l).* Scholiastes locum hunc ita interpretatur, ut quid dicere velit, nescias. Nos clarius et brevius *κώπας πλατουμένας* interpretamur remos, quorum pars extrema in palmulas diducitur et dilatatur, ut aqua iis verberari possit. *Πλάτη* enim significare *palmulam remi* satis notum est. *Kust.* Scholiastes exponit *κωπέων, τῶν εἰς κώπην ξύλων ἐπιτηδείων*, recte: nec quidquam commeruerat, cur a Kustero corriperetur, qui ipse nec formam nec proprietatem huius vocabuli perspectam habuit. *κωπέων* non est a *κώπη*, sed a *κωπεύς*. Sunt autem *κωπέες ligna remis faciendis apta* [v. Boeckh. Staatshaush. T. I. p. 75.]. Hesychius: *κώπεις*, (scr. *κωπεῖς*) *τὰ εἰς κώπας εὐθετα ξύλα.* Vide summum Valckenarium [qui *πλαγιουμένων* coniicit] ad Herodotum [V. 23, 12.] p. 383. *πλατουμένων*, quod minime sollicitandum, valet *quae in palmulas exa-*

---

k) *κωπέων* non est a *κώπη*, sed a *κωπεύς*, quod est lignum, ex quo remus fieri potest, ut grammatici exponunt. *Bergl.* Si recte exposuit Kusterus vocem *πλατουμένων*, debet *κωπίων* legi, a *κωπίον* diminutivo vocis *κώπη*. Nam *κωπεὺς* est *remex*. *Reisk.*

l) *πλατουμένων.* *πλάτη* est *palmula*, ut est in Glossis, id est *lata pars remi*, unde *πλατοῦν* palmulam facere, aut formare, aut aptare. *Bergl.*

ci an tur, a πλάτη, *palmula remi*, unde πλατόω. Conficiendorum remorum maximus labor est palmulae dedolatio: multo minor opera reliquae parti impenditur; praecipua est palmula: inde est quod πλάτη per συνεκδοχὴν *remum* significat; sed proprie est pars remi inferior. Hesychius: κώπης τὸ ἄνω, κώπαιον· τὸ δὲ κάτω πλάτη. *Brunck.* Hesychius a Brunckio emendatus: κωπεῖς· τὰ εἰς κωπὰς εὔθετα ξύλα. Glossa fortasse pertinet ad Lys. 422. ubi Brunckius, quod mirere, *remiges* in interpretatione Latina reliquit. Plura dabit Valckenarius ad Herod. V. 23. a Brunckio laudatus. *Elmsl.* Theophrasti T. I. p. 176. οἱ τοὺς κωπέας ξύοντες cum hoc loco comparat Schneider. T. III. p. 418.

558. θαλαμίων τροπουμένων. Frischlinus ridicule: *et versis in fugam, qui subtus remigant.* Neque enim τροποῦσθαι hic significat *in fugam vertere*, neque vox θαλαμίων de remigibus hic interpretanda est, sed locus ille sic vertendus: *et remis qui loro ad scalmum alligantur.* Nimirum θαλαμίων hic est a nominativo θαλαμία (subintelligendo κώπη) quae vox significat remum, quo remiges infimi ordinis, θαλάμιοι apud Graecos dicti, utebantur. Hesychius: θαλάμιαι κῶπαι, αἱ κατωτάτω. καὶ οἱ ταύτην ἔχοντες τὴν χώραν θαλάμιοι λέγονται. Sic enim locus ille scribendus et distinguendus est, qui vulgo corrupte sic legitur: θαλαμία, κῶπαι αἱ κατωτάτω etc. Doctissimus Palmerius locum illum ita sanare conabatur: θαλάμιαι ὀπαὶ, δι' ὧν ἐξέρχονται κῶπαι αἱ κατωτάτω. Sed quamvis non ignorem apud Scholiasten Comici nostri ad Ran. 1106. legi, καὶ θαλαμία ὀπὴ, δι' ἧς ἐξέρχεται ἡ κώπη: non existimo tamen vocem κῶπαι apud Hesychium mutandam esse in ὀπαί. Nam cum remiges, qui in infima parte navis remigabant, dicerentur θαλάμιοι, quid aptius est et magis consequens, quam ut remi illorum vocarentur θαλάμιαι κῶπαι, quod ipsum Hesychius l. l. docere voluit. Hinc igitur patet falli veterem Scholiasten, qui τὸ θαλαμίων in proposito loco Comici nostri interpretatur ναυτῶν, quasi esset a nominativo θαλάμιοι. Nam vox sequens τροπουμένων non convenit *nautis* vel *remigibus*, sed ipsis *remis*. Significat enim τροποῦσθαι vel τροπώσασθαι, ut iam ante diximus, *remum loro ad scalmum alligare*, quod vel ex

Hesychio constat, qui vocabulum illud sic explicat: *τροπώσασθαι, τὸ τὴν κώπην πρὸς τὸν σκαλμὸν δῆσαι.* Hinc *τροποὶ* et *τροπωτῆρες* dicebantur *οἱ ἱμάντες τῶν κωπῶν*, i. e. vincula vel lora remorum: ut ex grammaticis satis constat. Illud hic addimus, in ed. Aldina et reliquis recte legi *τροπουμένων*. At in sola, quod sciam, edit. Genevensi *τροπωμένων* m), quod vitiosum est. *Kust.* *θαλαμιῶν*. Sic recte positus accentus in membr. Sic etiam in B. sed a secunda manu. Male vulgo *θαλαμίων*. Est enim a recto feminino *θαλαμία*. Hesychius: *θαλαμίαι κῶπαι, αἱ κατωτάτω. καὶ οἱ ταύτην ἔχοντες τὴν χώραν, θαλάμιοι λέγονται.* Erudita est ad hunc locum Kusteri nota. *Brunck.* In Pac. 1252. libri plerique *θαλαμιᾶς* habent, quod Brunckius, nescio an consulto, mutavit in *θαλαμίας*. Quocunque modo scribatur, pro adiectivo accipiendum videtur. Hesychius a Kustero emendatus: *θαλάμιαι — λέγονται.* *Elmsl.* qui *θαλαμίων* revocavit.

559. *νιγλάρων.* Vox haec occurrit etiam in fragmento Aristophanis apud Plutarchum de Musica p. 1142. *Kust.* Vocem raro obviam male mulcarunt librarii. In A. scriptum *γεράνων*: in C. *νιγλαμίων*. Est autem *νίγλαρος* modus quidam in tibiarum cantu. Vide Pollucem IV. 83. Scholiastae *μέλος μουσικὸν παρακελευστικόν.* Hesychius: *νίγλαροι, τερετίσματα, περίεργα κρούσματα.* Appellabatur etiam *νίγλαρος* peculiaris quaedam tibiae species. Pollux: *νίγλαρος δὲ, μικρός τις αὐλίσκος, Αἰγύπτιος, μοναυλία πρόσφορος.* Forte non multum absimilis fuerit tibiae, cuius in militia nostra usus, quam *fifre* vocamus. *Brunck.* Hesychius: *νίγλαροι· τερετίσματα, περίεργα κρούματα.* Vide Pollucem IV. 82. et Hesychii interpretes. Pherecrates apud Plutarchum de Musica p. 1142. A. a Kustero indicatus:

> *εἰς τοὺς κυκλίους χοροὺς γὰρ εἰσηνέγκατο*
> *ἐξαρμονίους, ὑπερβολαίους τ' ἀνοσίους,*
> *καὶ νιγλάρους, ὥσπερ τε τὰς ῥαφάνους ὅλην*
> *καμπῶν μὲ κατεμέστωσε.*

---

m) *τροπωμένων* edd. 1607. 1625. 1670. Respexit Portus ad *τροπωτήρων* v. 549. *Elmsl.*

Elmsl. Cf. Barkerum in Classical Iournal Nr. XXXI. p. 112. et quae a me ad fragmenta dicentur.

560. *ταῦτ' οἶδ' ὅτι.* Hactenus hypotyposis eorum, quae fieri solent in expeditionibus, cum classis instruitur. *Bergl.* *τὸν δὲ Τήλεφον* n). Scholiastes ait esse ex Telepho Euripidis. *Bergl.* Idem monent *Brunck. Elmsl.*

561. (556.) *ἡμῖν* non male coniecit nescio quis. *Elmsl.* in Auctario. *ἔνι.* Pro *ἔνεστι.* In Nub. 487. *λέγειν μὲν οὐκ ἔνεστ', ἀποστερεῖν δ' ἔνι. Bergl.*

565. *νὴ τόν.* Scinditur in contraria studia Chorus. *Bergl.*

567. *ταῦτ'* ex cod. Rav. praefert Reisig. I. p. 98.

568. (563.) *οὐδέ.* Hoc loco tantum pro *οὐ*, ut apud Lucianum in Dial. mort. Croesi, Plut. Men. etc. [T. I. p. 337.] *οὕτω γινώσκετε, ὡς οὐδὲ παυσομένου μου.* nisi forte apud Lucian. *οὐδέν* legendum est, ut apud Comicum in Vespis 1476. *ὀρχούμενος τῆς νυκτὸς οὐδὲν παύσεται. Bergl.* *ἀλλ' οὔτι χαίρων* non male Bentleius. Ita noster Vesp. 185.

οὔτις σύ; ποδαπός; Ἰθακὸς Ἀποδρασιππίδου.
οὔτις; μὰ τὸν Δί', οὔτι χαιρήσων γε σύ.

Elmsl. Ita noster Ran. 843. *ἀλλ' οὔτι χαίρων αὖτ' ἐρεῖς. παῦ', Αἰσχύλε.* Soph. Oed. Tyr. 363. *ἀλλ' οὔτι χαίρων δίς γε πημονὰς ἐρεῖς.* Sed interdum usurpatur *ἀλλ' οὐδὲ* pro *ἀλλ' οὐ*, ut in huius fabulae v. 784. [791.] *Elmsl.* in Auctario. *οὔτι* probat Reisig. I. p. 297.

569. *εἰ θενεῖς*, in futuro. Sic bene membr. [Scaliger, Elmsl.] Vulgo *θένεις. Brunck.*

571. o) *ἰὼ βλέπων* vulgo. *ὦ βλέπων* Hermannus [de metris] p. 255. *Elmsl.* *βλέπων ἀστραπάς.* Sopho-

---

n) *τοῦ δὲ Τηλέφου εἰ ἀκουόμεσθα. Telephum si audimus,* eius ex sententia *stulte sic ageremus. Reisk.*

o) 571 — 576. Tolle verborum *ἢ ταξίαρχος* interpretamentum *ἢ στρατηγός*, et invenies has strophas, quae dochmaicis continentur:

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Α'. στροφή.
Ἰὼ, Λάμαχ', ὁ βλέπων ἀστραπάς,

cles ἀστραπὴν τιν' ὀμμάτων ἔχει, apud Athenaeum XIII. p. 564. Sic βλέπειν Ἄρη apud Comicum in Pluto 328. βλέπειν φόβον apud Aeschylum in Semptemth. 504. βακχᾷ πρὸς ἀλκὴν θυὰς ὡς, φόβον βλέπων. Ceterum istud etiam ad dilatandam comoediam facit, quod hic Lamachum advocat; ut illud in antecedentibus, cum praeter necessitatem Dicaeopolis ab Euripide habitum mendici mutuaretur. *Bergl.*

572. γοργολόφα. Hic est vocativus a γοργολόφης in Equit. autem v. 1178. ἡ γοργολόφα est nominativus singularis. *Bergl.* γοργολόφας idem valet, quod Homericum κορυθαίολος. *Brunck.* Hesychius: γοργολόφας· ἀπὸ τοῦ λόφου τῆς περικεφαλαίας, καὶ τῆς ἀσπίδος· γοργόνα γὰρ (ἣν vulgo) ἐπ' αὐτῆς εἶχεν ὁ Λάμαχος· ἵνα τὸν Λάμαχον εἴπῃ. De vocibus huius formae consulendus Valckenarius ad Phoeniss. 120. Ex nostri Nub. 571. et Eurip. Hipp. 1399. restituendum ἱππονώμας

Βοήθησον, ὦ γοργολόφα, φανείς!
Ἰώ, Λάμαχ', ὦ φίλ', ὦ φυλέτα!
ΗΜΙΧΟΡΟΣ Β'. ἀντιστροφή.
Εἴτ' ἢ ταξίαρχος ἢ τειχομάχος
Ἀνὴρ ἐστί τις, βοηθησάτω
Τις ἀνύσας· ἐγὼ γὰρ ἔχομαι μέσος.

Primo horum versuum vulgo legitur inconcinne ἰὼ βλέπων, spiritu in ι mutato, nisi malis ὦ βλέπων cum G. Hermanno de Metr. p. 255. *Hotib.*

566. et sqq. Sic lege

ἰὼ Λάμαχ' ὦ βλέπων ἀστραπάς
βοήθησον ὦ φανεὶς γοργολόφας } στρ.

ἰὼ Λάμαχ' ὦ φίλων φίλτατ', εἴ
τις ἢ ταξίαρχος ἢ τειχόμαχος } ἀντιστρ.

ἀνὴρ ἐστί τις, βοηθησάτω
τι ἀνύσας· ἐγὼ γὰρ ἔχομαι μέσος. } ἐπῳδός.

V. 3. Vulgo φίλ' ὦ φυλέτα. Dedi φίλων φίλτατ'. de phrasi vide annotata ad Iph. T. 827. in *Classical Iournal*, No. XV. p. 144. et adde Suid. Ἔσχατ' ἐσχάτων κακὰ διαπέπρακται· ὁμοιά ἐστι τῇ Δεινότερα δεινοτάτου καὶ Κύντερα κυντάτου. Idem in Πέρα habet ἀῤῥήτων ἀῤῥητότερα καὶ κακῶν πέρα. Unde alio tempore Sophoclis locum vexatissimum emendabo. Mox post ταξίαρχος delenda ἢ στρατηγὸς voluit Elmsl. cum Hotibio, et legendum τι pro τις, collato Eq. 119. et sex aliis locis. *G. Burges* in Classical Iournal Nr. XXXVII. p. 127 sq.

Sophocli Ai. 232. ubi vulgo legitur ἱππονόμους contra metrum. *Elmsl.*

573. ὦ φίλ', ὦ φυλέτα. Sic B. Vulgo ὦ φίλε, ὦ φυλέτα. *Brunck.*

574. (569.) εἴτε τις ἔστι. Sic A. C. Vulgo εἴτ' ἔστι τις. *Brunck.* εἴτέ τίς ἐστι, ταξίαρχός τις ἢ. εἴτ' ἐστί τις ταξίαρχος, ἢ στρατηγὸς, ἢ B. edd. vett. pleraeque. εἴτ' ἐστί τις ταξίαρχος, ἢ στρατηγὸς, εἰ edd. 1538. 1600. 1607. et sequentes. εἴτε τίς ἐστι ταξίαρχος, ἢ στρατηγὸς, ἢ A. C. Rav. Brunckius, ut legisse videtur Schol. qui hunc versum in dochmium monocolon et iambicum dimetrum dispertit. Verum manifesto vitiosum est στρατηγὸς inter ταξίαρχος et τειχομάχος positum. Post magnum illum Lamachum, proximo loco nominandus erat is qui dignitate proxime accederet. Ut Latinis nominibus utar, quis unquam ita locutus est: *Dictator, aut praetor, aut consul, aut privatus senator.* Praeterea dicendum erat ἄλλος στρατηγὸς, cum ex v. 593. satis constet ipsum Lamachum de στρατηγῶν numero fuisse. Itaque verba ἢ στρατηγὸς delevi, et alterum τις post ταξίαρχος induxi, unde iustus efficitur versus dochmius, quales sunt reliqui omnes qui hic Choro tribuuntur. Causa corruptae scripturae fuit τις repetitum, quod librariis displicuisse videtur. Cum haec παρατραγῳδῶν dicat noster, aptissima sunt exempla duo quae ex tragicorum scriptis adduxit Porsonus ad Hecub. 1169. (Barnesio 1178.) quem locum ita repraesentat:

εἴ τις γυναῖκας τῶν πρὶν εἴρηκεν κακῶς,
ἢ νῦν λέγει τις, ἢ πάλιν μέλλει λέγειν.

Prius est ex Orest. 1218.

φύλασσε δ' ἤν τις, πρὶν τελευτηθῇ φόνος,
ἢ ξύμμαχός τις, ἢ κασίγνητος πατρὸς,
ἐλθὼν ἐς οἴκους φθῇ.

Alterum est ex Soph. Trach. 943.

τοιαῦτα τἀνθάδ' ἐστίν· ὥστ' εἴτις δύο
ἢ καὶ πλέους τις ἡμέρας λογίζεται,
μάταιός ἐστιν· οὔ γάρ ἐσθ' ἥ γ' αὔριον,
πρὶν εὖ πάθῃ τις τὴν παροῦσαν ἡμέραν.

Emendationem meam egregie confirmare videtur in-

signis nostri locus Ran. 911. a Porsono in Praefat. ad Hecub. p. XL. emendatus:

πρώτισια μὲν γὰρ ἕνα γέ τινα καθῖζεν ἐγκαλύψας,
Ἀχιλλέα τίν', ἢ Νιόβην, τὸ πρόσωπον οὐχὶ δεικνύς.

Magna quidem in priore versu scripturae diversitas est, sed omnes *τινὰ* habent. Porsonus *καθεῖσεν* dedit. *Elmsl.* Cf. Reisig. I. p. 234.

575. *ἢ τειχομάχος.* Sic tres codd. et primariae editt. In novitiis *εἰ τειχ — Brunck. τειχομάχος γ' ἀνήρ. τειχομάχος ἀνὴρ* vulgo *p*). *Γε* hic valet *saltem*, ut superius v. 516. Nub. 1286. Thesm. 219. *Elmsl.*

576. (571. Br.) *τις ἀνύσας. τις ἀνύσας* vulgo, cum leni spiritu, de quo consulendus Porsonus ad Phoen. 463. Cum saepe apud nostrum occurrat *ἀνύσας τι*, ut in Eq. 119. Nub. 506. 635. 1253. Vesp. 30. 202. Pac. 275. coniecturae locus est hoc etiam in loco scribendum esse *τι ἀνύσας. Elmsl.*

ἔχομαι μέσος. Sic A. C. Vulgo *ἴσχομαι.* Divinare nequeo quemadmodum metricus Scholiastes hos sex versus legerit, quos in octo digestos habuit. *Brunck. ἴσχομαι* B. edd. *ἔχομαι* A. C. Schol. Brunckius [et Elmsl.]. Noster Eq. 388. *νῦν γὰρ ἔχεται μέσος.* Ran. 469. *ἀλλὰ νῦν ἔχει μέσος.* Metaphoram a palaestra petitam esse monet Schol. Invectum est *ἴσχομαι* ut efficeretur senarius, prima scilicet in *ἀνύσας* producta. *Elmsl.* Adde Nub. 1047. *ἐπίσχες· εὐθὺς γάρ σ' ἔχω μέσον λαβόντ' ἄφυκτον q*). *Elmsl.* in Auctario.

586. *γοργόνα.* Insigne clypei; sed tamen ipse clypeus intelligitur. Infra 1180 ipsum insigne intelligitur: *καὶ γοργόν' ἐξήγειρεν ἐκ τῆς ἀσπίδος. Bergl.* Vocem *σάγμα* hinc allegat Pollux VII. 157. omisso fabulae nomine. Hesychius: *σάγμα· τὸ ἔλυτρον τῆς ἀσπίδος. Elmsl.*

581. (575. Br.) Versum hunc Semichoro, qui Lamachi opem imploraverat, par erat tribuere. Per-

---

p) *τειχομάχος τ' ἀνὴρ* voluerat Hermannus de metris p. 255.

q) Hunc locum attulerat *Bergl.*

peram in libris omnibus Dicaeopolidi adscriptus est. *Brunck.* τῶν φίλων καὶ τῶν λόχων Rav. qui hunc versum Choro vel Hemichorio tribuit, ut ex ingenio fecerat Brunckius. Dicaeopolidi vulgo tribuitur. *Elmsl.* τῶν λόφων καὶ τῶν λόχων. Duo haec coniunguntur etiam infra v. 1073. ταχέως λαβόντα τοὺς λόχους καὶ τοὺς λόφους. *Kuster.*

582. οὐ γὰρ οὗτος ἄνθρωπος r) τὴν πόλιν κακορρόθει; Sophocles in Aiace 1329. οὐ γὰρ κλύοντες ἐσμὲν αἰσχίστους λόγους, ἄναξ Ὀδυσσεῦ, τοῦδ' ὑπ' ἀνδρὸς ἀρτίως. qui locus in ceteris etiam valde similis est Aristophaneo. Comicus in Vesp. 1290. οὐ γὰρ ὁ γέρων ἀηρότατον ἄρ' ἦν κακὸν, καὶ τῶν ξυνόντων πολὺ παροινικώτατος. *Bergl.* Eodem sensu usurpatur οὐ γὰρ in Eq. 1392.

πῶς ἔλαβες αὐτὰς ἐτεόν; οὐ γὰρ ὁ Παφλαγὼν
ἀπέκρυπτε ταύτας ἔνδον, ἵνα σὺ μὴ λάβοις.

Vesp. 836.

τί δ' ἐστὶν ἐτεόν; οὐ γὰρ ὁ Λάβης ἀρτίως
ὁ κύων παράξας εἰς τὸν ἰπνὸν, ὑφαρπάσας
τροφαλίδα τιροῦ Σικελικὴν κατεδήδοκε;

Item v. 1299.

οὐ γὰρ ὁ γέρων ἀηρότατον ἄρ' ἦν κακόν;

Soph. Ai. 1320. οὐ γὰρ κλύοντές ἐσμεν αἰσχίστους λόγους; *Elmsl.* in Auctario.

583. (577. Br.) Hesychius: κακορρόθει· κακολογεῖ, λοιδορεῖ, ὑβρίζει. Vocabulum tragicis usitatissimum usurpat noster etiam in Thesm. 896. *Elmsl.* in Auctario. Infeliciter Bentl. κακοθρονεῖ.

Post hunc versum Lamacho istum tribuunt libri, omnes,

οὗτος σὺ τολμᾷς πτωχὸς ὢν λέγειν τάδε;

Paulo post tamen ipse Lamachus Dicaeopolidem percunctatur, τί δ' εἶπας ἡμᾶς; Manifesta est absurditas. Nihil revera Lamachus eorum scire poterat, quae Dicaeopolis dixisset. Versum illum e superioribus concinnatum, ab inepto librario infertum, eo abire iussi, unde malum pedem intulerat. *Brunck.*

584. Lamachi versum omittit Brunckius contra

---

r) ἄνθρωπος edidit *Elmsl.*

omnes libros suos et Rav. quia scilicet *nihil Lamachus eorum scire poterat, quae Dicaeopolis dixisset.* Mihi quidem verba λέγειν τάδε respicere videntur ad κακορρόθει in superiore versu. *Elmsl.*

586. Vide Suidam in ἐστωμυλάμην, ubi locus hic adducitur. *Kust.*

587. (580. Br.) τί δ' εἶπας ἡμᾶς; Hic etiam legi debet τί δ' εἶπες ἡμᾶς; Vide supra ad Thesm. 742. *Brunck.* in Supplem. Noster Vesp. 1354. νῦν δ' οὐ κρατῶ γε τῶν ἐμαυτοῦ χρημάτων. Vulgo, κρατῶ 'γώ. *Elmsl.* in Auctario.

588. ὧν ante τῶν inserunt edd. ante Kusterum. *Elmsl.*

589. (582. Br.) ἀπένεγκε μου τὴν μορμόνα. Pro γοργόνα· est autem μορμὼ *terricula* puerorum, de qua vide ad Eq. 690. et ad Vesp. 1038. *Aufer*, inquit, *clypeum, qui mihi terrorem incutit, ut μορμὼ infantibus:* et quia simul alludit ad Gorgonis faciem in clypeo: *averte Gorgonem, quia timeo ne in lapidem convertar.* Euripides in Oreste 1519. ἄπεχε φάσγανον· πέλας γὰρ δεινὸν ἀνταυγεῖ φόνου· deinde alter: μὴ πέτρος γένῃ δέδοικας, ὥστε Γοργὼν' εἰσιδών; *Bergl.* ἀπένεγκέ μου. ἀπένεγκ' ἐμοῦ Brunckius. ἀπενέγκαι μου Suidas in μορμώ. Malim: ἀλλ' ἀντιβολῶ, προσένεγκέ μοι τὴν μορμόνα, vel eundem sensum diversis verbis. Vulgata scriptura prorsus absurda est. *Elmsl.*

τὸν μορμόνα. Corrige typothetae errorem, qui perperam expressit, quod debebat: τὴν μορμόνα. Dicitur μορμὼ, μορμοῦς: μορμὼν, μορμόνος. Intelligit autem scutum Gorgonis insignitum capite. Supra 574.

τίς Γοργόν' ἐξήγειρεν ἐκ τοῦ σάγματος;

In Pace 474. Chorus eidem Lamacho, qui adesse fingitur, dicit:

οὐδὲν δεόμεθ', ὦ 'νθρωπε, τῆς σῆς μορμόνος.

Brunck.

590. παράθες νῦν ὑπτίαν αὐτήν. In Lysistrata 185. θὲς ἐς τὸ πρόσθεν ὑπτίαν τὴν ἀσπίδα. *Bergl.*

591. (584.) τὸ πτερὸν — ἵν' ἐξεμέσω. Vomituri olim πτερὸν καὶ λεκάνην, *pennam et pelvim* poscere so-

lebant. Et pennam quidem, ut vomitum ea cierent: pelvim vero, ut cibum vel vinum nimia copia sumptum in eam reiicerent. Cratinus apud Pollucem X. 76. *πτερὸν — ἐνεγκάτω.* Ad vomendum scilicet. Plutarch. *ἐν πολιτικοῖς παραγγ.* p. 801. *καὶ πάλιν αἰτοῦντα λεκάνην καὶ πτερὸν, ὅπως ἐμέσῃ.* Vide etiam Suidam v. *πτίλον*, et v. *φέρε νῦν ἀπὸ τοῦ κράνους. Kust. φέρε μοι τὸ πτερόν.* Suidas in *φέρε νῦν: τὸ πτερὸν ζητεῖ, ἵνα ἐξεμέσῃ. εἰώθασι γὰρ οἱ δυσεμοῦντες, πτερῷ χρῆσθαι πρὸς τὸ εὐχερῶς ἐμέσαι.* Pollux X. 76. e Cratini fabula inscripta Ὧραι fragmentum hoc profert:

μῶν βδελυγμίας ἔχει s);
πτερὸν ταχέως τις καὶ λεκάνην ἐνεγκάτω.

βδελυγμία nauseam significat, et *βδελύττομαι, nauseo.* Mox *βδελύττομαι γὰρ τοὺς λόφους: nauseam mihi movent cristae. λεκάνης* vomiturientibus dari solitae meminerat Comicus in Pace 855. ubi sinceram lectionem revocabimus. *Brunck.* Plutarchus de Rep. gerenda p. 801. B. *Πλάτων ὁ κωμικὸς τὸν δῆμον αὐτὸν λέγοντα ποιεῖ·*

λαβοῦ, λαβοῦ τῆς χειρὸς ὡς τάχιστά μου·
μέλλω στρατηγὸν χειροτονεῖν Ἀγύρριον·

καὶ πάλιν αἰτοῦντα λεκάνην καὶ πτερὸν, ὅπως ἐμέσῃ, λέγοντα· προσίσταταί μου πρὸς τὸ βῆμα μαντίλη· καὶ βόσκει δυσώδη Κέφαλον, αἰσχίστην νόσον. Pro *κεφαλὴν* reposui *Κέφαλον*, oratorem nobilissimum, de quo consulendus Taylorus ad Lysiae vitam p. 105. *Elmsl.* in Auctario.

592. *τῆς κεφαλῆς νῦν* [*νύν μου* Elmsl.] *μοῦ λαβοῦ.* Plautus Rud. II. 6, 26.

Perii, animo male fit. contine, quaeso, caput. *Brunck.*

593. *βδελύττομαι γὰρ τοὺς λόφους.* Id est, *nauseam mihi movent cristae.* Hanc enim significationem interdum habet *τὸ βδελύττομαι.* Vide Iungermann. ad Polluc. X. 76. *Kust.*

596. (589.) Verba *ὀρνιθός ἐστιν* vulgo Lamacho tribuuntur, cum diversa horum versuum distinctione. *Elmsl.* qui haec sic personis distribuit:

---

s) Elmsleius haec verba afferens recte scribit: *μῶν βδελυγμία σ' ἔχει;*

Δι. πτίλον γάρ ἐστιν; εἰπέ μοι, τίνος ποτὲ
ὄρνιθός ἐστιν; ἆρα κομπολακύθου;
Λα. οἴμ', ὡς τεθνήξεις. etc.

κομπολακύθου. Ad hunc locum respexit Etymologus [p. 526, 41.]: κομπολακύθης, ὄνομα ὀρνέου παρὰ Ἀριστοφάνει. ἀπὸ τοῦ κόμπος καὶ λάκω· τουτέστι μετὰ κόμπου λακών. *Kuster.* Infra 1181. πτίλον δὲ τὸ μέγα κομπολακύθου. Est nomen avis fictitium, ex κόμπος, *strepitus*, *fastus*, et λακεῖν, *crepare*, unde λάκυθος et λήκυθος Eiusmodi alitis plumas dicit habere in galea militem *gloriosum* et fortia facta *crepantem*; revera autem habebat, ut alii, struthionis plumas. Vide infra 1104. *Bergl.* Fictum avis nomen a κόμπος et λακεῖν, διὰ τὸ κομπαστὴν εἶναι τὸν Λάμαχον. *Brunck.* Ita noster Av. 276. a Porsono ad Hecub. 208. emendatus: τίς ποτ' ἔσθ' ὁ μουσόμαντις; ἄτοπος ἆρ' ὀρειβάτης; Quid sibi velit avis κομπολάκυθος, a nostro v. 1182. huius fabulae iterum memorata, melius fortasse sciremus, si pro undecim veteris comoediae fabulis paucisque fragmentis, omnes CCCLXV hodie superstites haberemus Verbum κομπολακεῖν est in Ran. 961. Ad tale quiddam respexisse videtur Cicero Epist. ad Atticum I. 14. *Totum hunc locum, quem ego varie meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere, de flamma, de ferro, nosti illas* ληκύθους, *valde graviter pertexuit.* *Elmsl.* in Auctario.

597. (590. Br.) οἴμ', ὡς τεθνήξει. In tribus codd. recte scriptum est οἴμ', id est οἴμοι. Perperam in impressis οἶμ' [quod pro οἶμαι accepit Schol. Vide v. 919. (927.) *Elmsl.*]. Tum τεθνήξει vel τεθνήξῃ est in duobus codd. Solus C. τεθνήσει, ut impressi, exhibet, quod barbarum esse dixi ad Vesp. 654. Et est hoc verissimum. Nullum enim exstat graecum thema, seu verbum, unde rite deduci possit futurum τεθνήσω. Analogice vero a verbo τεθνήκω, quod ipsum formatum est a praeterito τέθνηκα, nascitur futurum τεθνήξω, medium τεθνήξομαι. Vide Oudendorpium ad Thomam M. in τεθνήξεται. Sed concedamus utramque characteristicam σ et ξ perinde locum habere in futuro verbi τεθνήκω, quid, quaeso, alterutra discrimen afferet in usu et potestate illorum futurorum? Num

forma tantum media licebit dicere *τεθνήσομαι*, et activa solummodo *τεθνήξω*? Num, si *τεθνήξει* unice *morietur* significat, *τεθνήσει* significare poterit *morieris*? His nugis abstinuisse vellem Th. Burgessium. Nimia Bentleii carpendi libido extra oleas Dawesium abripuit. Sic enim occasione versus in Nubibus 1436. p. 96. novae edit. commentatur. *Virum porro Cl. non secus atque editores fefellit atrox soloecismus, σὺ τεθνήξει: id quod perinde est ac si latine dicas tu morietur. Futurum utique istud forma non nisi activa usurpatur; sicuti in subiectis exemplis: Acharn.* 325.

ὡς τεθνήξων ἴσθι νυνί. δήξομ' ἄρ' ὑμᾶς ἐγώ.

Aeschylus Agam. 1288.

οὐ μὴν ἄτιμοί γ' ἐκ θεῶν τεθνήξομεν.

Quibus ex verbis satis liquido patet, voluisse eum in Nubium versu legi:

μάτην ἐμοὶ κεκλαύσεται, σὺ δ' ἐγχανὼν τεθνήξεις;

Et, si audiretur, hic etiam scriptum oportuisset, *οἴμ', ὡς τεθνήξεις*. Sed frustra est. Utramque formam *τεθνήξω* et *τεθνήξομαι* agnoscit graecus sermo. Quin media usitatior. Vide Thomae modo laudatum interpretem, Graevium ad Luciani Soloecistam p. 91. et Dukerum ad Thucydidem p. 549. *Brunck.* *τεθνήσει* C. Rav. edd. *τεθνήξει* A. B. Brunckius. Illud diserte tuentur Schol. et Suidas in *τεθνήσῃ*. Eadem scripturae diversitas est in Nub. 1436. Vesp. 654. Activam formam superius v. 325. et in Aesch. Agam. 1288. indicavit Dawesius p. 96. Utrobique mediam formam respuit carminis ratio. Hodie apud Platonem in Gorgia p. 520. D. [p. 77. ed. Heindorf.] legitur *τεθνήξεται*, ubi *τεθνήξει* diserte agnoscunt Scholiastes a Ruhnkenio editus, et Thomas Magister in *τεθνήξεται*. Apud Suidam in *ἐπέσειεν*, Portus de suo mutavit *τεθνήξοντος* in *τεθνηξομένοις*, Kusterus vero veterem scripturam revocavit. Equidem crediderim veteres Atticos dixisse *τεθνήξω*, recentiores *τεθνήξομαι*: *τεθνήξω* enim nimis Attice dictum videtur Luciano Soloecista p. 570. qui alteram formam Socratis grammatici auctoritate confirmat. Eandem mutationem subiit futurum *ζήσω*, quod habet noster Plut. 263. et in fabula deperdita apud Clementem Alex. p. 751, 9. Plato de Rep. V.

p. 660. D. et IX. p. 741. C. Recentiores *ζήσομαι* magno consensu. *Ἑστήξω* habent Eur. Iph. Aul. 675. noster Lys. 654. Thucyd. III. 37. 102. Xenoph. Anab. II. 4, 5. Plato Conviv. p. 1205. E. de Rep. IX. p. 758. E. Demosth. adv. Lept. p. 468. *Ἑστήξεται* recte legitur in senario Hegesippi, infimae aetatis comici, apud Athen. p. 290. D. male apud Xenoph. Paed. VI. 2, 17. Venat. 10, 9. His consideratis, accedo Dawesio activam formam *τεθνήξω* apud nostrum ubique restituenti. *Elmsl.*

598. *οὐ κατ' ἰσχύν.* Aeschylus in Prometh. 212. *ὡς οὐ κατ' ἰσχὺν, οὐδὲ πρὸς τὸ καρτερὸν χρεί' ἦ, δόλῳ δὲ τοὺς ὑπερέξοντας κρατεῖν.* *Bergl.* *οὔ σου κατ' ἰσχύν* Scaligero debetur. Pronomen vulgo desideratur. *οὐ γὰρ κατ' ἰσχύν* tacite emendarunt Kusterus et Brunckius. *Elmsl.*

ὑπερχόντας.

602. *σπουδαρχίδης* [*σπουδάζων περὶ ἀρχῆς.* *Brunck.* ex Schol. Cf. Bekkeri Anecd. I. 63, 18.] — *στρατωνίδης* — *μισθαρχίδης.* Epitheta habentia formam patronymicorum. Scholiastes: *Αἰολέων δὲ ἴδιον, τὰ ἐπίθετα πατρωνυμικῷ τύπῳ φράζειν.* *Bergl.*

603. *στρατωνίδης. ἀντὶ τοῦ στρατευόμενος, στρατιώτης.* *Brunck.* ex Schol.

604. *μισθαρχίδης. ἐν τῇ ἀρχῇ μισθὸν λαμβάνων.* Epitheta sunt a poeta conficta ad patronymicorum formam. *Brunck.* ex Schol.

605. (vulgo 598.) *κόκκυγες. Cuculi, stulti.* Plato comicus apud Athenaeum II. p. 68. *οὐχ ὁρᾷς, ὅθ' ὁ Μελέαγρος Γλαύκωνος ὢν μεγάλου γένους κόκκυξ ἠλίθιος περιέρχεται;* *Bergl.* Schol. *ἀντὶ τοῦ ἄτακτοι καὶ ἀπαίδευτοι. καὶ γὰρ ὁ κόκκυξ ἄμουσον τι φθέγγεται.* *Brunck.* *κοκκυγές γε τρεῖς* [Sic iam Reisk.]. *κόκκυγές τε τρεῖς* vulgo ante Brunckium. Nescio an huc respexerit Hesychius: *κόκκυγες· ἐπὶ ὑπονοηθέντων πλειόνων εἶναι, καὶ ὀλίγων ὄντων.* *Elmsl.*

608. (601.) Mira structura *νεανίας δ', οἵους σὺ, διαδεδρακότας.* quod praevideo fore qui pro corrupto habentes facile sanari posse arbitrentur scribendo *οἷος σύ.* Mihi constructio insolens quidem, ceterum sa-

nissima videtur. Ad eandem plane rationem Xenophon Hist. Gr. I, 4, 16. (6.) *τῶν οἴων περ αὐτὸς ὄνιων.* quam omnium librorum lectionem viri docti variis modis vexarunt. *Schaefer.* ad Bosii Ell. p. 479. Non dissimile est, quod olim legebatur in Platonis Phaedone p. 104. A. *σκόπει δὲ περὶ τῆς τριάδος· ἆρα οὐ δοκεῖ σοι τῷ τε αὑτῆς ὀνόματι ἀεὶ προσαγορευτέα εἶναι καὶ τῷ τοῦ περιττοῦ, ὄντος οὐχ ὅπερ τῆς τριάδος;* ubi novissimi editores et Lobeckius ad Phrynichum p. 755. *οὔπερ* reposuerunt.

διαδεδρακότας. Nec Frischlinus nec Palmerius *t*) vocem hanc recte intellexerunt, cuius veram, ni fallimur, significationem dedimus supra ad Ran. 1046. ubi vocem *διαδρασιπολίτας* exponimus. *Kust.* Fere post decennium, ineunte bello secundo Peloponnesio, *ἡλικίᾳ πρόῃκων* dicitur Lamachus a Plutarcho Alcibiade p. 200. B. *Elmsl.* Ita fere Sallustius Catil. 49. *Catulus ex petitione pontificatus odio incensus, quod extrema aetate, maxumis honoribus usus, ab adolescentulo Caesare victus discesserat.* Caesarem eo tempore annos sex et triginta natum esse monent interpretes. *Elmsl.* in Auctario.

610. (603.) Tam obscura est horum hominum memoria, ut quae de illis tradiderit Scholiastes, ex eius ingenio profecta videantur. Quippe nihil facilius erat quam dicere: *οὗτος ἐπὶ πονηρίᾳ διεβάλλετο· οὗτος ἐπὶ συκοφαντίᾳ ἐκωμῳδεῖτο.* Nec minus ignoti sunt Dexitheus v. 14. Amphitheus 46. Lacratides 220. Marpsias 701. Ctesias 839. Prepis 843. Nicarchus 908. Ctesipho 1002. *Elmsl.* Nostro concinit Eupolis apud Scholiast. ineditum ad Aristidem III. p. 374. cuius testimonium debemus Valckenario Diatrib. p. 252.

καὶ μηκέτ' ἀντὶ Μιλτιάδου καὶ Περικλέους
ἐᾶσαι' ἄρχειν μειράκια κινούμενα,
ἐν τοῖς σφυροῖς ἕλκοντα τὴν στρατηγίαν.

---

t) Male vertit interpres *διαδεδρακότας, tergum dare hostibus.* Comparatio eorum cum Lamacho, fortissimo viro, absurda fuisset. Verte, *huc illuc cursitantes:* quae interpretatio ex sequentibus firmatur. *Palmer.*

Vulgo, *καὶ μηκετ' ἄναξ Μιλτιάδου καὶ Περικλέους. Elmsl.* in Auctario.

Schol. *ὁ Τισάμενος ὡς ξένος καὶ μαστιγίας κωμῳδεῖται. ὁ δὲ Φαίνιππος, ὡς ὑώδης καὶ ἡταιρηκώς. ὁ δὲ Χάρης ἐπὶ ἀμαθίᾳ διεβάλλετο. τούτους κωμῳδεῖ, ὡς πανούργους, τόν τε Τισάμενον, καὶ τὸν Φαίνιππον, καὶ Ἱππαρχίδην, καὶ Γέρητα τὸν φαλακρὸν, καὶ Θεόδωρον, τὸν Διομειᾶ τὸν δῆμον ὄντα. τὸ δὲ ΕΝ ΧΑΟΣΙ πέπαικται παρὰ τὸ ἐν Ἱππεῦσι* (78.)

ὁ πρωκτός ἐστιν αὐτόχρημ' ἐν Χαόσιν.

ἐπειδὴ καὶ εἰς μαλακίαν διεβάλλετο Γέρης καὶ Θεόδωρος, καὶ ὅτι ἐκ δούλων. Brunck. Schol. verba adduxit etiam *Bergl.*

612. *γοητοθεοδώρους. Reisk.*

613. (606.) Hoc versu Lachetem tangit poeta, quem post triennium in Vespis sub canis persona in scenam produxit. Vide Thucydidem III. 86. 88. 90. 99. 103. 115. *Elmsl.*

κἀν Καταγέλᾳ. Pro *ἐν Κατάνῃ*, quae etiam est urbs Siciliae, ut Camarina et Gela; sed mutavit vocem, ut significet Athenienses *ludibrio haberi* a praefectis militiae, alludens ad vocem *Γέλα*, et *κατάγελως*· supra 75. *ὦ Κραναὰ πόλις, ἆρ' αἰσθάνει τὸν κατάγελων τῶν πρόσβεων;* In versione etiam voce *Gelidus* allusi ad nomen *Gelae. Bergl.* Fictum urbis nomen, manifesta adlusione ad *καταγελᾶν. Brunck.* Athenaeus T. III. p. 153. *ὡς ὁ ἐκ Γέλας, μᾶλλον δὲ Καταγέλας οὗτος ποιητὴς*, ubi imitationem animadvertit Porsonus Advers. p. 99. (86. Lips.)

615. (608.) Citat Suidas v. *ἀμηγέπη. Kust. ὑμᾶς μὲν ἤδη* vulgo. *ὑμᾶς μὲν ἀεὶ* [quod Elmsl. recepit] Rav. Suidas in *ἀμηγέπη. Elmsl.* quem cf. in Museo crit. Cantabrig. VI. p. 304.

ἀμηγέπη. [*ἀμηγέπῃ* Elmsl.] Sic membr. Vulgo *ἀμηγέπου.* In B. diphthongo superscriptum *η*. Suidas vero in *ἀμηγέπη* hunc versum citans, habet *ἀμηγέποι.* Quam praetulimus, sincera forma est, prae illis frequentata scriptoribus Atticis, ut et *ἀμωσγέπως*, quo utitur Comicus Thesm. 429. Vide Ruhnkenium ad Timaei glossam *ἀμηγέπη, ἑνί γε τρόπῳ, ἢ ὁπωσοῦν* [et Valckenarium in notis ad Thomam M. p. 145.].

Brunck. ἀμηγέπου vulgo, consentiente Rav. ἀμηγέποι [sic Bentl.] (librarii vitio pro ἀμηγεπηι) Suidas in ἀμηγέπη· ἀμηγέπη A. B. (pro varia lectione) Brunckius. Quinque adverbia huius formae ita scribenda sunt apud Suidam: ἀμωσγέπως, ἀμοθενγέποθεν, ἀμοθιγέπου, ἀμηγέπη, ἀμοσεγέποι. *Elmsl.* Cf. Schol. in Platonem p. 57. ed. Ruhnken.

616. ἐτεὸν ὦ ν). Distinctio ponenda ante ἐτεὸν, non post, ut ed. Brubachii. *Bergl.* Secutus est Brunck, sed Elmsl. sic interpunxit: τωνδὶ δὲ μηδέν' ἐτεόν; ὦ *Μαρ.*, ἤδη πεπρέσβευκας σὺ πολιὸς ὤν; ἑνή·

Μαριλάδη. Nomen carbonario aptum ἀπὸ τῆς μαρίλης, ut mox *Πρωτίδης*. *Bergl.*

617. x) (610.) Vulgo legitur: ἤδη πεπρέσβευκας σὺ πολιὸς ὢν ἔνη. Depravatissima lectio est, quam tamen festivi Graeculi explicant, sed ita inepte, ut eorum verba transcribere pigeat y). In membr. scriptum ἓν ἦ, duabus sic perspicue distinctis vocibus: sic etiam in C. immo interposito, ut in primariis editt. commate, ἓν, ἦ: in B. interposito interrogationis signo, ἓν; ἦ. Excidit librariorum culpa negatio οὐκ, quae cum ἦ in unam syllabam coalescit:

ἤδη πεπρέσβευκας σὺ πολιὸς ὢν ἓν, ἦ οὔκ;

Brunck. ἓν, ἦ in fine versus A. B. C. edd. vett. ἐνὶ Rav. ἔνη Schol. edd. recentiores. ἑνὴ Suidas in ipsa voce [Bentl. et Elmsl.]. ἓν, ἦ οὔκ Brunckius. Nihil

---

v) Ante ἐτεὸν ponendum punctum et post illam vocem comma. *Mein, sage mir doch einmahl, Marillades. Nicht wahr du bist nie Gesandter gewest? Reisk.*

x) Si constaret veteres dixisse ἕνος, ἕνη, ἕνον, aut εἷς, ἕνη, ἓν pro *unus*, non dubitarem hic ἕνην scribere subintellecto πρεσβείαν. Videntur tamen omnino sic dixisse. Sane εἷς ab ἕνος venit, ut κτεὶς a κτένος. ἕνος, ἓνς, εἷς. κτένος, κτὲνς, κτεὶς, et alia talia. *Reisk.*

y) ἔνη. Scholiastes ait quosdam legere ἓν ἦ, i. e. *unum aut.* ut sit ellipsis pro ἓν ἦ δύο, i. e. *unum aut duo.* Nempe pro *semel aut bis.* Simile est illud Terentii in Eunuch. I. 2. *profecto non plus biduum, aut.* Illud autem ἔνη exponit: ἐκ πολλοῦ, i. e. *pridem, a longo tempore.* Apud Atticos etiam per pleonasmum id poni dicit. Edd. pristinae ἓν ἦ. *Bergl.*

memoratu dignum de hac voce habent interpretes. Fortasse pro *ἰδοὺ* dictum est, ut *ἦν* vel *ἠνὶ* in Eq. 26. Pac. 327. Ran. 1390. Plut. 75. Hunc sensum in distinctione secutus sum. *Elmsl.* *ἤδη π. σ. π. ὢν ἔνη; ἀνένευσε· καίτοί γ' ἔστι σ. κ. Iamne legati munere functus tu, qui perendie canus eris? Abnuit: quamquam maxime modestus et laboris amans est.* *Ἔνη* legendum in hoc loco, i. e. *perendie*. *Hermann.* ad Viger. p. 840. Reisig. I. p. 296. haec sic scripta affert: *ἐτεόν, ὦ M.*, *ἤδη π. σὺ πολιὸς ὢν ἔνη;*

618. (611.) *καί τοὐστίν γε. καίτοι γ' ἐστὶ* vulgo, quod vitiosum videtur: nam *καίτοι γε* nulla voce interposita, non nisi in hoc loco animadverti: in Lys. 1055. enim manifesto *καίτοι πάνυ γε* legendum est, et probabiliter *κἄτ', εὖ ἴσθ' ὅτι*, in Nub. 1254. Itaque, mutato ordine, dedi *καί τοὐστίν γε*, ut *μέν τοὔφασκεν* Eccl. 410. In Vesp. 599. ubi vulgo legitur *καίτοι ᾽στὶν, καί που ᾽στὶν* repraesentat Rav. Scribendum: *καί τοὐστίν.* Vide Porsonum ad Hecub. 403. 1214. Phoen. 1638. Med. 675. *Elmsl.* Recte habet in h. l. scriptura codicum, Porsonique illud praeceptum ratione caret. V. Reisig. et Hermann. ll. ll.

619. (612.) *τί δαὶ Δράκυλλος. τί δ' Ἀνθράκυλλος.* Est nomen fictum *ἀπὸ τῶν ἀνθράκων. Reisk.* *ἢ Εὐφορίδης. καὶ Εὐφορίδης* vulgo ante Brunckium, manentibus verae scripturae vestigiis. Brunckius *κεὐφορίδης* dedit. *Elmsl.* Euripides Electra 1097. *ὅστις δὲ πλοῦτον, ἢ εὐγένειαν εἰσιδών.* Crasin *ἢ εἰς* habet noster Eq. 1312. (ex emendatione Dawesii p. 249.) Lys. 2. bis, Ran. 186. 187. bis. *ἢ εἰδότος* Eurip. Iph. Taur. 1048. *ἢ ἀπὸ* Soph. Trach. 259. Eur. Hippol. 803. *ἢ ἄπαγε* Iph. Aul. 817. *ἢ ἀληθὲς* Menander apud Stobaeum XII. *ἢ ἁμάρτημα* Philemo apud Athen. p. 516. F. *ἢ ἑξακοσίους* noster Av. 1251. *ἢ ἐνιαυτῷ* Ran. 18. *ἢ ἑτέρᾳ* 64. Adde Damoxenum apud Athen. p. 15. B. *ἐτῶν ἴσως ἑκκαίδεκ' ἢ ἑπτακαίδεκα.* Passim usurpatur *ἢ οὔ.* Quod ad huius loci scripturam attinet, eadem diversitas conspicitur apud Soph. Phil. 491. ubi monuit me Porsonus legendum esse, *Τραχινίαν τε δειράδ', ἢ τὸν εὔροον. Elmsl.* in Auctario.

Πρινίδης. Hoc etiam nomen convenit carbonario; infra 667. *ἀνθράκων πρινίνων. Bergl.*

620. *οἶδέν τις ὑμῶν τ' Ἐκβάταν' z) ἢ τοὺς Χαόνας a);* Id est, *an quis unquam vestrum Ecbatana vidit, vel Chaonas?* vel, ut clarius dicam: *an quis unquam vestrum ut legatus publice missus fuit ad regem Persarum, vel ad Chaones?* Acerbe nimirum Comicus hic mordet populum Atheniensem, quod viros graves, prudentes, et probos in acie consenescere sineret, qui aptissimi forent legationibus obeundis, aliisque reip. negotiis tractandis; iuvenes autem inconsultos, aliisque vitiis corruptos, honoribus ornaret, et stipendiis locupletaret, quibus prorsus indigni essent. Lege totum hunc locum, et miraberis libertatem comicam illius temporis. *Kuster.*

Caesuram minus usitatam vitasset noster, si scripsisset, *τἀκβάτανα καὶ Χαόνας.* Praeterea aliquanto melius est *Χαόνας* quam *τοὺς Χαόνας*, et articulum huiusmodi nominibus libentius addunt quam omittunt librarii. Vide v. 509. 720. *Elmsl.* in Auctario.

621. (614.) *ὁ Κοισύρας καὶ Λάμαχος.* Ex hoc loco, ut puto, somniavit Suidas, Lamachum fuisse Coesyrae filium, et videtur legisse sine particula *καὶ*, *ὁ Κοισύρας Λάμαχος.* Sed Lamachi matrem non fuisse eam Coesyram, ob luxum et munificentiam celebratam, patet ex eo, quod noster Aristophanes infra in Thesmophor. [v. 841. Br.] eam ut modestam foeminam et non affectantem *τὰς προεδρίας* describit. Nam pro ea indignatur, quod mater Hyperboli iuxta eam sederet. Tum Coesyra fuit Alcmaeonis uxor; pater vero Lamachi fuit Xenophanes, ut ait Scholiastes supra [ad v. 269.]. Ergo nisi aliunde firmetur Suidae sententia, nollem eam sequi. *Palmer.* Scholiastes ait Megaclem intelligi. *Bergl.* Megacles Coesyrae filius. Vide ad Nub. 48. *Brunck.* Quis fuerit *ὁ Κοισύρας* mihi quidem nondum compertum est. Megacles Coesyrae filius, quem hic tangi arbitrantur Schol. et Brunckius, pater fuit Clisthenis, qui rempublicam constituit post eie-

---

z) Sub initium dramatis introducebantur legati ex Ecbatanis. *Bergl.*

a) Supra v. 604. *Bergl.*

ctos Pisistratidas. Huius Megaclis ex filio Hippocrate nepos fuit alter Megacles, Periclis avunculus, avusque Alcibiadis maternus. Sed ὁ *Κοισύρας*, quem hic irridet noster, manifesto iuvenis erat. Neminem Alcmaeonidarum his temporibus clarum invenio, praeter Euryptolemum Pisianactis filium, quem Alcibiadis *ἀνεψιὸν* diserte vocat Xenoph. Hist. Gr. I. 4, 19. Ipsum Alcibiadem intelligi suadent maternum genus a Coesyra ductum, et auctoritas in republica iam inde a prima iuventute concessa. Verum ei non conveniunt quae de aere alieno dicuntur. *Elmsl.*

622. (615.) *ὑπ' ἐράνου.* *ὑπὲρ ἐράνου* vulgo, dactylo ante anapaestum posito, ut monuit Hermannus [de metris] p. 153. Bentleii emendationem confirmat Schol. *ὑπό τε ἐράνων καὶ ὀφλημάτων.* [Cf. Hermann. Elem. doctr. metr. p. 153 sq. et Reisigium I. p. 23. 24. qui *ὑπ' ἐράνων* corrigit.] De honesta Lamachi pauperate consulendus Plutarchus Alcibiade p. 202. C. Nicia p. 533. A. *πολιτικοῖς παραγγέλμασι* p. 822. E. Aelianus Var. Hist. II. 43. Deinde non displiceret *γε* pro *τε*. *Elmsl.*

623. Citat Suidas v. *ἀπόνιπτρον*. Eodem respexit Eustathius ad Odyss. *τ*. p. 1867. ed. Rom. *ποδάνιπτρα δὲ ἢ αὐτὴν λέγει τὴν νίψιν τῶν ποδῶν, ἢ τὸ ὕδωρ, ᾧ πόδας νίπτονται, ὃ καὶ ἀπόνιπτρον ἔλεγον· ὡς καὶ ὁ κωμικὸς ἐν Ἀχαρνεῦσι δηλοῖ.* *Kust.* Eustathium citat *Brunck.* *ἐγχέοντες* Athenaeus p. 409. F. Noster *Ἥρωσι* apud Pollucem VII. 167. *μήποτ' ἀπόνιπτρον θύραζ' ἐκχεῖτε, μηδὲ λούτριον.* Vocem *ἀπόνιπτρον* apud nostrum indicat Pollux VII. 40. *Elmsl.*

624. (617.) *ἐξίστω.* Pro *ἐξίστασο*. *ἐξίστων* habent edd. pristinae, pro quo scribendum esset *ἐξίσθων*, quae est 3. pl. imperativi, ut *χρήσθων* in Nub. 438. Sensus autem loci est, exponente Scholiaste: ita erant obaerati, ut dicerent eorum amici: *ἐξίστω, cedo;* sive *ἐξίσθων τῆς οὐσίας, cedant bonis,* sive *possessione*; ut illi solent clamare, qui noctu sordes pedum ablutorum per fenestram effundunt, *ἐξίστω* dicentes, *decede,* sive *ἐξίσθων decedant* praetereuntes, ne perfundantur. *Bergl.* *ἐξίστω*. Sic tres codd. Perperam in primariis editt. *ἐξίστων*. *Brunck.*

625. *ὦ δημοκρατία.* In Avibus 1569. *ὦ δημοκρατία, ποῖ προβιβᾷς ἡμᾶς ποτε;* [Eundem locum afferunt *Brunck. Elmsl.*] Lucianus in Timone [c. 57. T. I. p. 175.]: *ὦ δημοκρατία καὶ νόμοι, παιόμεθα ὑπὸ τοῦ καταράτου ἐν ἐλευθέρᾳ τῇ πόλει. Bergl. ταῦτα δῆτ' ἀνασχετά;* Sophocles in Philoct. 983. *ὦ Λημνία χθὼν — ταῦτα δῆτ' ἀνάσχετά; Bergl.*

628. (621.) *καὶ ταράξω.* Sic optime A. C. Inepte vulgo *καὶ κατάρξω. Brunck. κατάξω, confringam. Reisk.*

630. (623.) *ἐγὼ δὲ κηρύττω.* Infra v. 720. *Bergl. ἐγὼ δὲ κηρύττω γε Πελοποννησίοις.* Sic optime in B. [et coniecerant *Bentl. Reisk.*] In A. C. *κηρύττω γε καὶ Π.* In impressis vero *κηρύττω καὶ Π.* retenta e duabus particulis ipsa illa quae eiicienda erat. Quod reponebat Orvillius ad Charit. p. 239. [344. ed. Lips.] *τε,* id neutiquam congruere nemo non videt. Particula illa nomini aut verbo semper subiungitur. *τε Πελοποννησίοις* pro *Πελοποννησίοις τε,* graecus sermo aversatur. *Brunck.* quem secutus est *Elmsl.*

633. (626.) *ὦνὴρ νικᾷ.* Vulgo minus bene *ἀνήρ. Brunck. ἀνὴρ Elmsl. μεταπείθει. μεταπείθειν* edd. vett. *Elmsl.*

634. *ἀλλ' ἀποδύντες. Deponentes vestimenta.* Metaphora, ut Schol. ait, ab athletis, qui nudi descendebant in arenam. In Lysistrata 618. *ἀλλ' ἐπαποδύωμεθ', ἄνθρωποι, τῷ πράγματι,* ubi vide notam. *Bergl.*

τοὺς ἀναπαίστους vulgo. *τοῖς ἀναπαίστοις* [quod recepit Elmsl.] Rav. Suidas in *ἀποδύντες.* Vulgatam probat Porsonus ad Toupium IV. p. 498. *Elmsl.*

635. (628.) In hac parabasi respondet poeta illis, qui ipsum incusaverant, quod nimis licenter traduceret civitatem in comoediis suis, dicitque, tantum abesse ut id vitio ipsi vertendum sit, ut potius laudem maximam, etiam apud exteros, mereatur. *Bergl.*

ἐφέστηκεν. Perperam vulgo *ἐφέστηκε. — τρυγικοῖς.* Sic etiam duo codd. Mendose in membr. [et edd. 1515. *Elmsl.*] *τραγικοῖς. Brunck.*

636. Verba *πρὸς τὸ θέατρον* vulgo praecedentibus

coniunguntur. *Παραβαίνειν* nude dicitur de ea fabulae parte quae *παράβασις* vocatur. Vide Eq. 508. (ubi *πρὸς τὸ θέατρον* habet Ravennas) Pac. 735. Thesm. 785. *Elmsl.* qui comma post *παρέβη* posuit, et delevit post *λέξων*.

ἐστι. *ἐστιν* vulgo ante Brunckium. *Elmsl.*

637. *διαβαλλόμενος.* A Cleone praecipue fuit accusatus; supra 501. *οὐ γάρ με καὶ νῦν διαβαλεῖ Κλέων ὅτι ξένων παρόντων τὴν πόλιν κακῶς λέγω.* *Bergl.* *ταχυβούλοις.* In Equitibus 1051. ad Populum: *Κεκροπίδη κακόβουλε.* *Bergl.*

639. (632.) *ἀποκρίνεσθαι,* pro *ἀπολογεῖσθαι* legitur etiam in Vesp. 951. Thesm. 186. Eupolis apud Harpocrationem in *ἀπόκρισις:*

ὡς ὑμῖν πάντως ἐγὼ
*ἀποκρινοῦμαι πρὸς τὰ *** κατηγορημένα.*

Quae verba, metro Eupolideo scripta, ex parabasi desumpta videntur. *Elmsl.*

640. (633.) *φησίν.* *φασὶ* edd. ante Kusterum. *φησὶ* Scaliger. *Elmsl.* *πολλῶν ἀγαθῶν αἴτιος.* Vulgo *ἄξιος.* Illud flagitat sententia, et vere reponendum censuit Dawesius. Iisdem verbis mox poetae meritorum enumerationem concludit Chorus v. 641.

ταῦτα ποιήσας, πολλῶν ἀγαθῶν αἴτιος ὑμῖν γε-
γένηται.

Brunck. *ἄξιος ἡμῖν* edd. vett. et Porti. *αἴτιος ὑμῖν* Brunckius ex emendatione Dawesii p. 254. [453. Kidd.] improbante Porsono ad Hec. 513. Noster Pac. 918. *πολλῶν γὰρ ὑμῖν ἄξιος Τρύγαιος ἅθμονεὺς ἐγώ.* Haec etiam de Dawesii sententia mutavit Brunckius. Adde Plut. 877. qui locus ab utroque praetermissus est.

νὴ τὸν Δία τὸν σωτῆρα, πολλοῦ γ' ἄξιος
ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν ὁ θεὸς ἐσθ', ὅτι
τοὺς συκοφάντας ἐξολεῖ κακοὺς κακῶς.

Elmsl. *αἴτιος,* collato v. 648., voluerat iam Bentleius.

641. *παύσας ἡμῖν* Suidas in *ξενικοῖς.* *πείσας ὑμᾶς* coniicit Reiskius *b*). *Elmsl.* In Equitibus 1111. ad

---

b) In Reiskii notis hanc coniecturam non reperio.

Populum: ἀλλ' εὐπαράγωγος εἶ, θωπευόμενος τε χαίρεις κἀξαπατώμενος. *Bergl.*

642. (635.) Eodem sensu Κεχηναίων πόλιν Athenas vocat in Eq. 1263. *Elmsl.*

643. (636.) Metrum turbatum est, quod transpositis quibusdam vocibus sic recte procedet: πρότερον δ' ἀπὸ τῶν πόλεων ὑμᾶς οἱ πρέσβεις ἐξαπατῶντες. *Kust.* πρότερον δ' ὑμᾶς οἱ πρέσβεις ἀπὸ τῶν πόλεων ἐξαπατῶντες. Sic scriptus est hic versus in libris omnibus, nec quidquam in numeris turbatum est, ut Kustero videbatur, cui tamen adsentior concinniores fore, si transpositis vocibus sic legatur:

πρότερον δ' ἀπὸ τῶν πόλεων ὑμᾶς οἱ πρέσβεις ἐξαπατῶντες.

746. (738.) ἀλλ' ἔστι γάρ μιν. ἀλλ' ἔστι γάρ μοι vulgo. ἀλλ' ἔστι γὰρ μέν edd. nonnullae. ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν *k*) Suidas [a *Kust.* citatus] in ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν (inter ἀλαστήσειεν et ἀλάστωρ) et Μεγαρικαὶ σφίγγες. Ex priore Suidae testimonio suspicor eum legisse: ἄλλα 'στὶν ἡμῖν. *Elmsl.* Lege: ἀλλ' ἔντι γ' ἁμὶν vel γὰρ ἐμίν. *Bentl.*

747. ὑμέ. Pro ὑμᾶς. φασῶ. φήσω. *Bergl.* φασῶ φέρειν. Sic ex dialecto scribi debuit, ut infra 788. vulgo etiam τράφεν. *Brunck.* Secutus est *Elmsl.* qui initio versus χοίρως scripsit.

749. δοξεῖτ' ἦμεν. Pro δόξετε εἶναι. *Bergl.* ὅπως δὲ δόξητ' ἦμεν ἀγαθὰ συός Suidas in σῦς et ὗς. *Elmsl.* Indicaverat *Bentl.*

750. (742.) ἴξετ' οἰκαδες. Pro ἵξεσθε, aut ἥξετε, οἴκαδε. Editio Farrei οἰκαδις, ut infra 779. *Bergl.* [*Elmsl.* edidit αἴπερ ἰξεῖτ' οἰκαδις,] οἰκαδις. Sic tres codd. et primariae editt. Vulgo οἴκαδες. Illud retinuerunt novitii editores in v. 779. *Brunck.* οἴκαδες Schol. edd. 1547. 1607. et sequentes ante Brunckium,

---

k) Fieri potuit, ut in antiquissimis libris scripta ἀλλ' ἔστιν ἄ μ ι ν [ἁμὶν *Reisig.* in Syntagm. critico (Ienae 1818.) p. 14.] Μεγαρικά τις — in vulgatum modum corrumperentur. *Reisig.* I. p. 154.

consentiente Gregorio de Dialectis p. 106. [230. 364.] In v. 779. οἴκαδις habent omnes edd. *Elmsl.*

751. (745.) τᾶς λιμοῦ [λιμῶ *Bentl. Elmsl.*]. Scholiastes recte monet, vocem λιμὸς apud Dorienses esse foeminini generis: quod etiam docet Phrynichus p. 30. ubi ait: τὴν λιμὸν Δωριεῖς· σὺ δὲ ἀρσενικῶς τὸν λιμὸν φάθι. *Kust.* V. Iacobs. ad Anthol. Palat. T. III. p. 1042.

τὰ πρᾶτα *l*) πειρασεῖσθε *m*) τᾶς λιμοῦ. Ridiculus esset, si quis contenderet, eundem horum sensum futurum esse, si, omisso articulo, legeretur πρᾶτα πειρασεῖσθε τᾶς λιμοῦ. Vide not. ad Ran. 421. *Brunck.*

752. ταδί. ταδὴ edd. vett. ταδὶ A. B. C. edd. recentiores. Utramque scripturam memorat Schol. *Elmsl.*

755. κἤπειτεν. Ita edd. Aldi et Farrei; Iuntae autem et Brubachii κἤπειθεν. nupera κἤπειτά γ'. *Bergl.* κἤπειτά γ' ἐς τὸν σάκκον Kusterus. *Elmsl.* in Auctario. Cf. Reisig. I. p. 221 sq.

754. γρυλλιξεῖτε. Pro γρυλλίξετε, aut γρυλλίσετε. *Bergl.*

755. (747.) χ' ἥσεῖτε. Pro καὶ ἥσετε ab ἵημι. *Bergl.* χοιρίων μυστηρικῶν. Causam quare sic dicti fuerint porcelli, explicat Scholiastes [cuius verba apposuit *Bergl.*]. Nimirum quia Cereri in sacris illis, quae mysteria dicebantur, immolari solebant. Hinc etiam paulo post v. 764. χοῖροι μυστικοὶ dicuntur. Vide etiam elegantissimum Muret. Var. Lect. l. III. c. 7. *Kuster.* χοιρίων μυστηρικῶν, quos Latini *porcos sacres* appellant. Plaut. Men. II. 2. 15.

Adolescens, quibus hic pretiis porci veneunt sacres sinceri? —

Idem Rud. IV. 6. initio: — adorna, ut rem divinam faciam — Laribus familiaribus. — Sunt domi agni et porci sacres. *Brunck.*

---

l) Pro τὰ πρῶτα, ut habet editio Farrei. τὰ πρῶτα τῆς pro τοῦ λιμοῦ, *summa fames*, exponente ita Scholiaste. De hac phrasi vide ad Ranas 424. *Bergl.*

m) Pro πειράσεσθε, et πειραθήσεσθε. *Bergl.*

756. (748.) καρυξῶ *n*) γα. Minus bene vulgo γε. Illud e dialecto reponi debuit. *Brunck.* καρυξῶ γε vulgo. καρυξῶ γα Bruncklus. Neutram particulae formam agnoscit Rav. [et deleri voluerat *Bentl.*] Deinde Δικαιόπολιν. ὅπα omnes, quod indubie mendosum est. Postulat sententia interrogativum πᾷ. Quid rescribendum sit nondum video. *Elmsl.* [qui edidit: ἐγὼν δὲ καρυξῶ Δικαιόπολίν γα. πᾶ Δικαιόπολις; Vitium metricum vulgatae scripturae notavit Hermann. in praefat. ad Epitomen doctr. metr. p. XII.] „Die enclitische Partikel ist gänzlich weggelassen im Rav., und mit Recht warf sie Hermann von dieser Stelle. Jedoch ist damit noch nicht alles gethan: denn die folgende Frage ὅπα Δικαιόπολις; ist ungriechisch, auch muss es hier mit dem Erscheinen der Partikel γε in den alten Ausgaben noch eine besondere Bewandtniss haben, da sie das Versmass nicht einmahl nach der Theorie eines Triklinius zu unterstützen scheinen konnte, und es doch nicht eben glaublich ist, dass sie aus blosser Laune eines Liebhabers derselben hineingepflanzt worden sey. Vielleicht schrieb der Autor:

ἐγὼ δὲ καρυξῶ Δικαιόπολιν, ὅ τα
Δικαιόπολις ἦ λῇς —;"

Reisig. in diariis Ienensibus a. 1817. Nr. 224. p. 404.

757. λῇς. Verbum Doricum λῶ contractum ex λάω, et significat θέλω. *Bergl.*

758. (750.) ἥκομες. Pro ἥκομεν. *Bergl.* ἀγοραασοῦντες ἵκομες. ἀγοράσοντες ἥκομες vulgo. Vide ad v. 820. *Elmsl.*

759. (751.) διαπεινᾶμες αἰεὶ ποττὸ πῦρ. Non iniucunda lectu sunt quae de loco hoc notavit vir non minore eruditione quam elegantia ingenii praeditus Dan. Heinsius Lection. Theocrit. cap. XII. Antiqui, inquit, εὐωχοῦντες, et genio suo dedita opera indulgentes, tria ad voti consummationem requirebant, ignem, potum, tibiam. Ex his Comicus deprompsit urbanissimum scomma in Megarenses; cuius generis ea sunt, quae in veteri comoedia παρὰ προσδοκίαν ἢ ὑπόνοιαν di-

---

n) Pro κηρύξω, a κηρύσσω. h. l. pro καλῶ. *Bergl.*

cuntur: in quibus aliud poetae praeter id, quod exspectabatur, efferunt. Locus est in Ἀχαρνεῦσι· Δ. πῶς ἔχετε; Μ. διαπεινᾶμες αἰεὶ ποττὸ πῦρ. Perfundit eos aceto Attico, et eorum egestatem. Exspectarat enim auditor, ut responderet, διαπίνομες αἰεὶ ποττὸ πῦρ: ille respondet, διαπεινᾶμες. Ille rursus pergit ad tertium: Δ. ἀλλ' ἡδὺ νὴ τὸν Δί' ἦν αὐλὸς παρῇ. Non aliter quam si dictum fuisset διαπίνομεν: adiungitque tertiam voluptatis partem, tibiam, post ignem et potum: in quo scommate summus est lepor. Tria haec studiose observat noster Lycidas: primo, πὰρ πυρὶ κεκλιμένος: secundo, καὶ πίομαι μαλακῶς: tertio, αὐλησεύντι δέ μοι. Pauperculi ex his tribus solum ignem sibi reliquum habebant, tanquam ceterorum solatium; quem etiam Megarensibus relinquit Comicus. Et Tibullus:

Me mea paupertas vitae traducat inerti,
dum meus assiduo luceat igne focus.

Nam, ut veteres ad Aristophanem notarunt, τὸ πῦρ εὐωχίας σημαντικόν. Haec Heinsius. *Kust.* διαπεινᾶμες αἰεὶ ποττό. Pro διαπεινῶμεν πρὸς τό. De fame Megarensium supra 534. ἐντεῦθεν οἱ Μεγαρεῖς ὅτε δὴ ἐπείνων βάδην. In Pace 482. de iisdem: ὑπὸ τοῦ λιμοῦ νὴ Δί' ἐξολωλότες. *Bergl.* αἰεί. Obliteratum a librariis idiotismum revocare debebam, αἰές. Sic Lys. 1267. φιλία δ' αἰὲς εὔπορος εἴη. *Brunck.* ἀεὶ Invernizius et Suidas in διαπεινῶμεν et διαπίνωμεν. αἰὲς Brunckius in annotationibus. *Elmsl.*

760. ἀλλ' ἡδύ. Quomodo iucundum est esurire? Nimirum illud antecedens διαπεινᾶμες ποττὸ πῦρ Atticus ita acceperat, ac si dixisset Megarensis: διαπίνομεν πρὸς τὸ πῦρ, perpotamus ad ignem. [Eadem monet *Hotib.*] Hoc iam dicit iucundum esse, si etiam adsit tibiae cantus. Virg. Ecl. V.

Et multo in primis hilarans convivia Baccho,
ante focum, si frigus erit; si messis, in umbra.
Vina novum fundam calathis Ariusia nectar:
cantabunt mihi Damoetas et Lyctius Aegon.

Bergl.

761. (753.) οἱ Μεγαρῆς. Sic recte B. Vulgo Μεγαρεῖς. *Brunck.* Pro corrupta scriptura οἷα δὴ quid re-

stituendum sit, equidem nondum video. *Elmsl.* Verba *οἷα δὴ* fortasse *θαυμαστικῶς* accipienda sunt, subaudito *πράττομεν*. Ita in principio fabulae, *ὅσα δὴ δέδηγμαι*. Male vertit Brunckius, *Rogas? Elmsl.* in Auctario.

762. *o*) (754.) Sic in impressis legebatur hic versus:

ἀλλὰ γὰρ ὅκα μέν γα τηνόθεν ἐμπορευόμαν.

In B. superne inter *μὲν* et *γα* repositum *ἐγών*. In A. C. non comparent voces *ἀλλὰ γάρ*. Prior habet, *ὅκα μὲν ἐγὼν τηνόθεν ἐμπορευόμαν:* alter vocem etiam *ἐγὼν* omittit. Ex his variis lectionibus sinceram venustamque erui:

ὅκα μὲν ἐγώνγα τηνόθεν ἐπορευόμαν.

Brunck. Retentum forte quis malit *ἐμπορευόμαν*, quod mea quidem causa reponat, cui magis id probabitur. Equidem Atticis proprium esse arbitror illius compositi usum simplicis vice. Supra v. 480. Dicaeopolis Euripidem irridens ait: *ὦ θύμ', ἄνευ σκάνδικος ἐμπορευτέα*. Apud Sophoclem plus semel occurrit *ἔμπορος* pro *ὁδοιπόρος*, ut Oed. Col. 25.

πᾶς γάρ τις ἡῦδα τοῦτον ἡμῖν ἐμπόρων.

Sic illis *ἐμπορεύεσθαι* idem est quod *πορεύεσθαι*. Sed in Megarensis sermone minus id placet, ne augmenti omissionem memorem, quod tamen haud iniuria requiri potest. *Brunck.* in Supplem. *ὅκα μὲν ἐγὼν τηνῶθεν ἐμπορευόμαν. ἀλλὰ γὰρ ὅκα μέν γα τηνόθεν ἐμπορευόμαν* vulgo. Verba *ἀλλὰ γὰρ* non agnoscunt A. C. Rav. Deinde pro *ὅκα μέν γα, ὅκα μὲν ἐγὼν* habet A. *ὅκα μὲν* C. *ὅκα μὲν ἐγὼ* Rav. *ὅκα μέν γα* retinet B. *ἐγὼν* inter *μὲν* et *γα* superne scripto. Omnes *τηνόθεν* (*τηνῶθεν p*) Rav.) *ἐμπορευόμαν* habent. Versum ita repraesentat Brunckius: *ὅκα μὲν ἐγὼν γα τηνόθεν ἐπορευόμαν*. Sed vocis hyperdisyllabae penultima dactylum aut tribrachyn inchoare nequit, mo-

---

o) *ὅκα μέν γα τηνόθεν ἐμπορευόμαν*. Pro *ὅτε μέν γε ἐκεῖθεν ἐνεπορευόμην*. Est autem *τηνόθεν* a *τῆνο* i. e. *κεῖνο* et *ἐκεῖνο*· et *τηνόθεν*, ut *οὐρανόθεν*, *Ἰλιόθεν*. *Bergl.* Lege vel *ἄλλα γ'* vel *ἀλλ' ὅκκα*. *Bentl.*

p) Legitur *τηνῶθεν* apud Theocritum III. 10. *Elmsl.* in Auct.

nente Dawesio p. 211. et ἐμπορεύονται habet Epicharmus apud Athen. p. 91. C. Quod autem ad ἀλλὰ γὰρ attinet, eadem fere diversitas conspicitur in Eq. 1196. ubi vulgo legitur: ἀλλὰ γὰρ ἐκεῖνοί γ' ὡς ἔμ' ἔρχονται. τίνες; Pro verbis ἀλλὰ γὰρ ἐκεῖνοί γ', liber Ravennas ἐκεῖνοι γαρ habet, ubi aliquid deesse pro ea qua erat rei metricae peritia vidit Invernizius. Reponendum, una litterula addita: ἐκεινοιὶ γὰρ ὡς ἔμ' ἔρχονται. τίνες; *Elmsl.*

763. (755.) ἄνδρες πρόβουλοι. In Lysistr. 470. πρόβουλε τῆσδε γῆς· ubi vide notam. *Bergl.* Malim τῶνδρες vel τᾶνδρες. Hoc est in Lys. 1260. illud fuisse videtur in eiusdem fabulae v. 1099. *Elmsl.* ἔπρασσον. ἔπραττον vulgo. In v. 763. omnes ἐξορύσσετε habent. *Elmsl.* τῇ πόλει. Saltem oportuisset τᾷ. *Brunck.* τᾷ πόλει. τῇ πόλει vulgo ante Brunckium. Malim τὰν πόλιν. *Elmsl.* Noster Eq. 351. τί δαὶ σὺ πίνων τὴν πόλιν πεποίηκας, ὥστε νυνὶ, et reliqua. Eccl. 560. οὐ γὰρ ἔτι τοῖς τολμῶσιν αὐτὴν αἰσχρὰ δρᾶν. Sermo est de civitate. *Elmsl.* in Auctario.

764. κἀκισθ' ἀπολοίμεθα. Pro σωθῶμεν, ut ait Schol. παρ' ὑπόνοιαν, ex inopinato; consules et antistites salutem reipublicae, non perniciem procurare debent. *Bergl.*

765. (757.) ἀπαλλάξεσθε πραγμάτων. Quia mors est finis molestiarum et miseriarum. *Bergl.* σά μάν; Sic divisim in membr. et in margine cod. B. cuius in contextu est τί μάν. In C. σὰ μέν. Auctor Etymol. M. p. 157. l. 48. σὰ, ὅ ἐστι Μεγαρικὸν, δηλοῦν τὸ τινά. Vulgo coniunctim σαμάν; Schol. σαμὰν δὲ, ἀντὶ τοῦ τί μήν; τί γὰρ ἄλλο καταλείπεται ἢ τοῦτο *q*); *Brunck.* Recte interpretantur grammatici: τί μήν; πῶς γὰρ οὔ. *Elmsl.*

766. τί δ' ἄλλο; Hoc videtur dicere Dicaeopolis: *Sed quid aliud dicam, aut ex te quaeram?* Deinde idem quaerit de pretio tritici. *Bergl.* τί δ' ἄλλο Μεγαροῖ; πῶς ὁ σῖτος ὤνιος; Omnia haec in A. B. Dicaeo-

q) Etym. M. et Schol. citaverat *Bergl.* Cf. Schaefer. ad Sophocl. Trachinn. v. 390.

polidi tributa. In impressis *τί δ' ἄλλο* Megarensi continuatur. *Brunck.* quem secutus est *Elmsl.* qui monet iam Scaligerum hoc vidisse.

Μεγαροῖ cum *τί δ' ἄλλο* coniungit Brunckius. Noster Eq. 480. *πῶς r) οὖν ὁ τυρὸς ἐν Βοιωτοῖς ὤνιος; Elmsl.* qui sublatum post *Μεγ.* signum interrogandi collocavit post *ἄλλο.*

767. (759.) *παρ' ἁμί. παρ' ἁμὲ s)* vulgo, accusativus pro dativo. *Elmsl. παρ' ἁμὲ* diserte agnoscit Gregorius p. 110. [237.] ubi tamen insigniter variant codices. Alexidi tribuitur *παρ' ἡμᾶς οἰκεῖ* a grammatico apud Montifalconium Biblioth. Coislin. p. 483. [Bekker. Anecd. I. 111, 13.] ubi subauditum videtur *ἐλθών.* In Pac. 261. plerique libri habent, *οὔκουν παρ' Ἀθηναίους μεταθρέξει ταχύ.* Ut constaret versus, *σὺ μεταθρέξει* de suo dedit Brunckius. *παρ' Ἀθηναίων μεταθρέξει* habent B. Rav. ut Vesp. 680. *μὰ Δί', ἀλλὰ παρ' Εὐχαρίδου καὐτὸς τρεῖς γ' ἀγλῖθας μετέπεμψα.* In Pace scribendum videtur, *παρ' Ἀθηναίοισι* subaudito *ὄντα. Elmsl.* in Auctario.

πολυτίματος, ᾥπερ τοὶ θεοί. Dii nempe *πολυτίμητοι* apud Graecos vulgo appellari solebant: ut apud nostrum *πολυτίμητος Ζεύς* in Av. 668. *πολυτίμητοι Νεφέλαι* in Nubib. 268. *πολυτίμητος Ἡρακλῆς* infra in hac fabula 807. ut alia loca silentio praeteream. Hinc ergo ioci occasio patescit. *Kust.* Deorum alias epitheton est; in Vesp. 995. *ὦ πολυτίμητοι θεοὶ ξύγγνωτέ μοι.* Hic infra 807. *ὦ πολυτίμητ' Ἡράκλεις* et alibi. Confundit dissimilia: nam dii ita dicuntur ab *honore*, res venales a *pretio:* utrumque autem significat vox *τιμή. Bergl.*

768. (760.) *ἅλας οὖν φέρεις.* Ad haec ita commentatur Scholiastes: *ἐν Νησαίᾳ τῆς Μεγαρίδος ἅλες πήγνυνται. ἦν δὲ ὁ τόπος ὑπήκοος τῶν Ἀθηναίων.* Male hic Scholiastes. Nam eo tempore nondum erat Nisaea

---

r) Vid. de hoc usu John Nic. Dawes in Porsoni Tracts and misc. criticisms ed. Kidd. p. 153.

s) *παρ' ἁμέ.* Pro *παρ' ἡμῖν.* — *ᾥπερ τοὶ*, pro *ἥπερ*, i. e. *ὥσπερ, οἱ. Bergl.*

sub Atheniensium potestate, quae octavo tantum anno belli Peloponnesiaci sub eorum imperium venit, ut narrat Thucydides l. IV. [c. 69.] Multo melius alius Scholiastes, qui veriorem reddit causam, *διὰ τὸ θαλαττοκρατεῖν τοὺς Ἀθηναίους ἔφη, ὑμὲς αὐτῶν ἄρχετε.* Ad quod addo, quod, quamvis Athenienses nondum Nisaeam haberent, tamen non erat liberum Megarensibus salium negotium, eo quod Minoam insulae Nisaeae vicinam, et portui imminentem tenebant praesidio, ut ait idem Thucydides l. III. [c. 51.] *Palmer.*

769. *ὦν. ὦν* cum spiritu leni. *Reisk.* *τῶν* ex cod. Rav. dedit *Elmsl.*

770. (762.) *ἐσβάλητε,* Sic tres codd. Vulgo *ἐσβαλεῖτε. Brunck.* *ὅκκ' ἐσβαλεῖτε t*) edd. cui scripturae accedit *οὐκ εἰσβαλεῖται* apud Suidam in *εἰσβαλεῖται. ὅκκ' ἐσβάλητε* A. B. C. Rav. Brunckius, accedente Gregorio de Dialectis p. 112. [244.] Recte sane: tantum enim interest inter *ὅκα* et *ὅκκα,* quantum inter *ὅτε* et *ὅταν. Elmsl.* Plutarchus in Pericle [c. 30.] p. 168. E. de psephismate Megarensi: *τοὺς δὲ στρατηγοὺς, ὅταν ὀμνύωσι τὸν πατρικὸν ὅρκον, ἐπομνύειν ὅτι καὶ δὶς ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὴν Μεγαρικὴν ἐμβαλοῦσι. Elmsl.*

τὼς ἀρωραῖοι μύες. Locum hunc citat Corinthus de dial. Dorica [p. 244.], ut probet Dorienses *τὼς* dixisse pro *ὡς ν*). *Kust.* Pro *ὡς ἀρουραῖοι.* Synesius epist. 105. circa finem: *δίκην ἀρουραίου μυὸς ἐνεδεδύκει τῇ πέτρᾳ. Bergl.*

771. (763.) *πάσσακι.* Pro *πασσάλῳ· πάσσαξ* deminutivum. *Bergl.* Hesychius: *πασσακίῳ* (sic)· *πασσάλῳ x*). *Elmsl.*

772. (764.) *χοίρους y*) — *μυστικάς.* Vide nos paulo ante ad 747. *Kust.* Supra 747. *χοίρων μυστηρικῶν.* Ini-

---

t) Pro *ὅταν ἐσβάλητε.* Est autem integrum *ὅκκε,* pro *ὅκα κε* significat autem *ὅκα,* et est idem quod *ὅτε.* supra 754. *κε* autem et *κεν* pro *ἄν* apud poetas saepissime occurrit. *Bergl.*

v) Cf. Hermann. de emend. rat. Gr. Gr. p. 113 sq.

x) Vide de h. l. Bast. ad Gregor. p. 244.

y) Elmsleius edidit *χοίρως.* Voluerat hoc *Bentl.*

tiandi mysteriis porcum sacrificabant; in Pace 373. *ἐς χοιρίδιόν μοι νῦν δάνεισον τρεῖς δραχμάς· δεῖ γὰρ μυηθῆναί με.* Ubi Scholia: *ὅτι τοῖς μυουμένοις ἐστὶν ἔθος χοιρίδιον θύειν ἐξ ἀνάγκης.* *Bergl.*

774. (766.) *ἄντεινον, αἰ λῇς z).* Et hunc locum adducit Corinthus de dial. Dorica [p. 252.], ut doceat *λῇς* Dorice dici pro *θέλεις.* *Kuster.*

ὡς παχεῖα καὶ καλά. Sic A. C. [et Elmsl.] recte, ut etiam Corinthus de Dial. Dorica hunc versum citat §. LXIII. ubi acute observabat Koenius singularem numerum praeferendum esse, quum e v. seq. et 769. manifestum sit Megarensem alteram filiam post alteram Dicaeopolidi ostendere. In impressis est *ὡς παχεῖαι καὶ καλαί.* *Brunck.*

775. *χοῖρος.* Ludunt in ambiguitate huius vocis; quae non tantum *porcum* significat, sed et *τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον.* *Bergl.*

776. *a) ποδαπὴδ' ἠστὶ χοῖρος* edd. ante Kusterum. *ποδαπὴ δ' ἐστὶ χοῖρος* Kusterus et Brunckius. *ποδαπὴ χοῖρος ἥδε* [quod Elmsl. recepit] Rav. *Elmsl.*

778. (770.) *θᾶσθε τόνδε· τᾶς ἀπιστίας. θᾶσθε b) τοῦδε τὰς ἀπιστίας* vulgo, in qua scriptura nemo est cui non displiceat *τὰς ἀπιστίας* in numero multitudinis. Haec ad Chorum vel ad spectatores conversus ait Megarensis. Post *τόνδε* subauditur *τὸν χοῖρον* obsceno sensu, qui lusus verborum saepius in hoc diverbio adhibetur. Deinde verba *τᾶς ἀπιστίας* usurpantur *σχετλιαστικῶς*, ut *τῶν ἀλαζονευμάτων* superius v. 87. *τῆς ἀνοίας* Eq. 350. *τῆς μωρίας* Nub. 818. Eccl. 787. *Elmsl.*

779. *c)* (771.) Perpetuus est in hoc diverbio lusus ex ambiguitate nominis *χοῖρος*, quod *porcum* significat, et *pudendum muliebre.* Posteriore significatu occurrit apud Comicum saepe, ut Thesm. 289.

---

z) Pro *ἀνάτεινον, εἰ θέλεις.* *Bergl.*

a) Lege vel *ποδαπὴ δὴ 'στι* vel *ποδάπ' ἥδ' ἐστί.* *Bentl.*

b) Pro *θεᾶσθε* et *θεάσασθαι.* *Bergl.*

c) *οὐ φατὶ — ἦμεν.* Pro *οὔ φησιν — εἶναι.* *Bergl.*

538. Conc. 724. alibi. Eadem ambiguitas in latina versione servari poterat. Testis est Varro, cuius adponam locum e L. II. de Re Rust. p. 73. edit. H. Stephani. „Ab suillo enim genere pecoris immolandi initium primum sumtum videtur: cuius vestigia, quod initiis Cereris porci immolantur, et quod initiis Pacis foedus cum feritur, porcus occiditur; et quod nuptiarum initio antiqui reges ac sublimes viri in Hetruria in coniunctione nuptiali, nova nupta et novus maritus primum porcum immolant. Prisci quoque Latini et etiam Graeci in Italia idem factitasse videntur. Nam et nostrae mulieres, maxime nutrices, naturam, qua feminae sunt, in virginibus appellant *porcum*, et graece *χοῖρον*: significantes esse dignum insigni nuptiarum.“ *Brunck.*

780. (772.) *αἰ λῆς, περίδου νῦν μοι περὶ θυμιτιδᾶν ἁλῶν.* Syllaba in versu redundat. Quare pro *θυμιτιδᾶν* scribo *θυμιτῶν*, auctoritate ipsius Aristophanis, qui infra in hac fabula v. 1098. ait: *ἅλας θυμίτας οἶσε, παῖ, καὶ κρόμμυα.* *Ἅλες θυμῖται* autem erant salia cum thymo trita, ut Scholiastes explicat. De salibus autem, quae *θυμιτίδες* dicerentur, altum est apud veteres silentium. Sed hanc de proposito loco Aristophanis coniecturam iam protulimus ad Suidam v. *θυμιτίδων ἁλῶν*, ubi locus hic Comici citatur. *Kust.* Facit huius versus mentionem Scholiastes ad Eq. 788. *Bergl.* *περὶ θυμιτᾶν ἁλῶν.* Sic optime Kusterus in notis: hancque lectionem in textum recepit Berglerus *d*) optimo iure. Antea legebatur *θυμιτιδᾶν*, pessumdato metro. In codd. est *θυματιδᾶν*. Emendationem confirmat ipse Comicus infra 1099.

ἅλας θυμίτας οἶσε, παῖ, καὶ κρόμμυα.

A *θύμος* fit *θυμίτης*, secunda longa. Sincera forma apud Suidam prostat, ubi male proposita vox ex allato exemplo emendari debebat. Sic enim apud eum, manifesta menda, legitur: *θυμιτίδων ἁλῶν. οἷον μετὰ θύμου τετριμμένων. Ἀριστοφάνης· περίδου μοι περὶ θυ-*

---

d) *θυμιτᾶν.* Dorice pro *θυμιτῶν*, a *θυμίτης*. Infra 1098. *ἅλας θυμίτας.* Ante legebatur *θυμιτιδῶν*· sed, praeeunte Cl. Kustero, delevi duas litteras. *Bergl.*

μίτων ἁλῶν. Brunck. *περίδου μοι περὶ θυμιτῶν ἁλῶν* Suidas in *θυμιτίδων ἁλῶν.* *περίδου μοι περὶ θυμητίδων ἁλῶν* idem in *περίδου.* *περὶ θυμητίδαν ἁλῶν* ceteris omissis Rav. *θυμίτας ἅλας* habet noster inferius v. 1039. unde hunc versum emendarunt Kusterus et Brunckius. *νῦν*, quod bis omittit Suidas [probante *Bentl.* qui in reliquis vulgatam sequebatur], defenditur ex Nub. 644. *περίδου νῦν ἐμοί.* In Eq. 791. legitur: *ἐθέλω περὶ τῆς κεφαλῆς περιδόσθαι. Elmsl.*

782. (774.) *ναὶ τὸν Διοκλέα.* Per Dioclem heroem iurabant Megarenses, cuius in honorem festum agebant, *τὰ Διόκλεια.* Huius meminit Theocritus in fine Idyll. XII. *Brunck.*

783. (775.) *τὺ δὲ e)* — Vulgo *σὺ δέ.* Mox altero abhinc versu Kusterus edidit *φώνει δὴ τὺ* — ubi codd. et primariae editt. habent *δὴ σύ.* — *ἦμεναι.* In tribus codd. scriptum *εἶμεναι*, quod ob illorum consensum recipi debebat. *εἶμεν, ἦμεν, εἶμεναι, ἦμεναι*, formae sunt infinitivi communis *εἶναι*, quibus promiscue utuntur Dorici poetae. *Brunck.* *εἶμεναι* Gregorius p. 103. [227.] *Elmsl.* qui *ἦμεναι* retinuit.

784. *φθεγγομένας* secundus casus est Doricus singularis, non, quod Interpres putavit, quartus pluralis. *Koen.* ad Gregor. p. 228.

785. (777.) *χοιρίον.* Perperam vulgo, pessumdato metro, *χοιρίδιον.* Diminutivum *χοιρίον* exstat supra 740. 747. et obsceno sensu Vesp. 1353. Emendationem praeceperat Orvillius ad Charit. p. 239. [p. 344. ed. Lips.] *Brunck.* *χοιρίον*, cod. Rav. confirmatum et iam a *Bentl.* repositum, recepit *Elmsl.*

786. (778.) *οὐ χρῆσθα σιγᾶς.* Euripides in Hippolyto 911. *σιγᾶς· σιωπῆς δ' οὐδὲν ἔργον ἐν κακοῖς. Bergl.* *σιγᾶς.* Editori nescio cui debetur Dorica forma non male, ut videtur, reposita. Tres codd. et primariae editt. habent *σιγῆς.* Sed neutrum sincerum est, nec *σιγᾶς*, nec *σιγῆς.* Quin postremum hoc, quod habent libri omnes veteres, ad genuinam scripturam propius

---

e) Sic Elmsleius quoque.

propius accedit, quam repraesentat Corinthus de Dial. Dor. §. XLI. [p. 228.] *οὐ χρῆσθα σιγῆν.* Infinitivus Doricus *σιγῆν*, non ita frequenter obvius, librarios fefellit. Eadem forma est in Lys. v. 171. *πλαδδιῆν.* 1077. *ὁρῆν.* et in hac ipsa fabula v. 754. *πεινῆν. Brunck.* *σιγῆν* recepit *Elmsl.* qui adnotat *σιγᾶς* habere Schol. quod placuerat *Bentleio.*

ἀπολουμένα. ἀπολούμενα vulgo ante Kusterum. *Elmsl.*

787. (779.) *πάλιν τύ γ' ἀποισῶ f). πάλιν τ' ἀποισῶ* bene Rav. Vulgatam habet Gregorius p. 106. [231.] *Elmsl. ναὶ μὰ τὸν Ἑρμᾶν.* Malim *ναὶ τὸν Ἑρμᾶν*, ut v. 742. *Elmsl.* in Auctario. *οἴκαδις.* Supra 742. *Bergl.*

788. *νῦν γε χοῖρος φαίνεται.* Ex voce demum puellarum cognoscit eas esse porcas; in Vespis 570. *εἰ δ' αὖ τοῖς χοιριδίοις χαίρω θυγατρὸς φωνῇ με πιθέσθαι. Bergl.*

789. (782.) *κύσθος* idem significat quo *χοῖρος.* Sed hoc, ut e Varronis modo citatis verbis colligi potest, proprie puellarum est: illud autem adultarum feminarum, quas aliquamdiu iam exercuit Veneris palaestra. Idcirco Comicus in Ran. 430. Calliam dicit, non *χοίρου*, sed

κύσθου λεοντῆν ναυμαχεῖν ἐνημμένον.

Hanc tamen differentiam non religiose observant, et alibi promiscue fere adhibentur haec nomina. *Brunck.*

Verba *πεντ' ἐτῶν* [ab Elmsl. cum versu seq. Megarensi tributa] vulgo male Dicaeopolidi continuantur. Vertendum, *intra quinquennium*, ut Vesp. 260. *ἡμερῶν τεττάρων τὸ πλεῖστον*, *quatriduo ad summum:* ubi longe diversa dant interpretes. *Elmsl.*

791. (784.) *αὐτηγί.* Sic tres codd. Vulgo *αὐτηΐ. Brunck. αὐτηΐ* edd. Invernizius. *αὐτηγί* A. B. C. Bruncki us [et Elmsl.]: quae vox reponenda videtur etiam in Av. 821. *ἆρ' ἐστὶν αὐτηγὶ Νεφελοκκυγία.* In Lys. 603. *ταυταγγί*, et in 604. *τουτονγὶ* malim, ubi pro vulgato *τουτονὶ*, quod in metrum peccat, suspectam vocem

---

f) Pro *πάλιν σέ γ' ἀποίσω. Bergl.*

τουτονδὶ invexit Brunckius. *Elmsl.* Eadem pronominis forma nostro restituenda videtur Ran. 1504.

καὶ δὸς τουτὶ Κλεοφῶντι φέρων,
καὶ τουτονγὶ τοῖσι πριστα῀ς,
Μύρμηκί θ' ὁμοῦ καὶ Νικομάχῳ,
τόδε δ' Ἀρχεμόρῳ.

Subaudiuntur ξίφος, βρόχος, et κώνειον. *Elmsl.* in Auctario.

792. κέρκον οὐκ ἔχει. Nempe qualem habet Mnesilochus in Thesm 245. τὴν κερκον φυλάττου. Et Horat. [Serm. I. 2, 45.] *testes caudamque salacem.* Sunt haec spurca. *Bergl.*

793. Versum hunc et duos sequentes citat Athenaeus l. IX. c. IV. p. 374. *Kuster.*

794. ἑξεῖ. Pro ἕξει. κἠρυθράν. Pro κἀρυθράν. i. e. καὶ ἐρυθράν. *Bergl.*

795. (788.) αἰ τράφεν λῆς. Pro εἰ τρέφειν θέλεις. *Bergl.* χοῖρος. χῶρος edd. vett. quae scriptura non temere reiicienda est. χοῖρος, ut vulgo, Athenaeus p. 374. F. In Lys. 599. vulgo legitur, consentiente Ravennate:

σὺ δὲ δὴ τί μαθὼν οὐ ἀποθνήσκεις;
χωρίον ἐστί· σορὸν ὠνήσει·
μελιτοῦτταν ἐγὼ καὶ δὴ μάξω.

Edd. nonnullae in secundo versu καίριόν ἐστι habent, quod ex mera coniectura profectum videtur. Brunckius καίριος ἐσσί γε dedit, quam scripturam defendi posse putat ex Eurip. Hel. 1250. πιστὴ γὰρ ἐσσὶ σῷ πόσει φεύγουσά με: ubi malim, πιστὴ γὰρ εἶ σύ. In Aristophane legendum opinor, χοιρίον ἔσται: quae coniectura lucem accipit ex Pac. 364.

εἰς χοιρίδιόν μοί νυν δάνεισον τρεῖς δραχμάς.
δεῖ γὰρ μυηθῆναί με πρὶν τεθνηκέναι.

Elmsl.

797. (790.) τωυτῶ [Sic *Bentl.*]. Vulgo ταυτοῦ. In A. B. [et Gregor. p. 108. (235.) monente *Elmsl.*] τωυτοῦ. Sincerum et ad dialecti normam exactum est, quod dedimus. *Brunck.*

798. (791.) *κἀναχνοανθῇ g*) *τᾷ τριχί*. Vulgo *κἀναχνοανθῇ γ' ἐν τριχί*. In tribus codd. *κἀναχνοανθῇ τριχί*. Ob oculos habuisse videtur librarius *κἀναχνοανθῇ τῇ τριχί*. Articulum hausit similis sonus praecedentis syllabae. Sed scriptum oportuerat *τᾷ*. *Brunck*. Elmsleius edidit: *κἀναχνωανθῇ τριχί*.

799. (792.) *ἐστι*. *ἔσται* [quod coniecerat *Bentl.*] Rav. sed vulgata exquisitior videtur. Noster Eq. 1359.

οὐκ ἔστιν ὑμῖν τοῖς δικασταῖς ἄλφιτα,
εἰ μὴ καταγνώσεσθε ταύτην τὴν δίκην.

Elmsl. *θύειν*. Observes *θύειν* prima brevi, sed in Megarensis ore. Nam Attici eam syllabam semper *h*) producunt. *Brunck*. Elmsleius dedit *θύεν*.

800. *ἀλλ' οὐχὶ χοῖρος τῇ Ἀφροδίτῃ* [*τἀφροδίτῃ* Elmsl.] *θύεται*. Vide Athaenaeum l. III. c. XV. p. 95. *Kust*.

801. *μόνᾳ γα*. Vulgo *μόνᾳ γε*. In distinctione, quam meliorem reddidimus, nobis consentiunt codd. B. C. *Brunck*. Vulgo: *οὐ χοῖρος; Ἀφροδίτᾳ μόνᾳ γε δ*. Brunckium secutus est *Elmsl*.

803. *i*) (796.) *ἂν τὸν ὀδελόν*. In B. *ἐς τὸν* — *Brunck*. *ἀμπεπαρμένον*. *ἐμπεπαρμένον* vulgo. Vide v. 1007. In Lys. 1096. pro *ἐμβαλώμεθα* recte legendum vidit Brunckius *ἀμβαλώμεθα*. *Elmsl*.

805. (798.) Vulgo sic legitur hic versus, numeris foede corruptis:

ναὶ τὸν Ποτείδαν k) *ἄν, κἄνευ γα τῶ πατρὸς*.

Veram lectionem [ab Elmsl. receptam] exhibet cod. B.

ναὶ τὸν Ποτειδᾶ, κἂν ἄνευ γα τῶ πατρός.

Vulgatum *Ποτείδαν* retineri debuit. In membr. scriptum *καὶ τὸν Ποτεῖδα κἄνευ γα τῶ πατρός*. Sic etiam in

---

g) A verbo *χνοαίνω*, quod est a *χνόος*, contracte *χνοῦς*. In Nub. 974. *τοῖς αἰδοίοισι δρόσος καὶ χνοῦς, ὥσπερ μήλοισιν, ἐπήνθει*. *Bergl*.

h) Quod dicit *semper*, fallitur. V. Maltby ad Morelli Lexic. prosod. p. 460.

i) *ἂν τὸν ὀδελὸν ἐμπεπαρμένον*. Pro *ἀνὰ τὸν ὀβελὸν πεπαρμένον*. Haec allegorice dicuntur; infra 1006. proprie: *φέρε τοὺς ὀβελίσκους ἵν' ἀναπείρω τὰς κίχλας*. *Bergl*.

k) Pro *Ποσειδῶ*. *τῶ* pro *τοῦ*. *Bergl*.

C. nisi quod pro *ποτεῖδα* habet *ποπίδα*. *Brunck.* Lege *κᾆν ἄνις γα:* vid. 854. *Bentl.*

806. (799.) Fo. *ἐσθίουσι*. *Bentl.* *πάνθ' ἃ κᾆν διδῷς*. Vulgo *ἃ καὶ δίδως*. *Brunck.* *πάνθ' ἃ καὶ δίδως* vulgo, consentiente Rav. *πάνθ' ἃ κᾆν διδῷς* Brunckius. Scripturam quam dedi [*πάνθ' ἃ κα διδῷς*] habuisse videtur Schol. qui interpretatur: *ἅτινα ἂν παραβάλῃς*. Producitur *κα* superius v. 735. et saepissime apud Theocritum. Vide Idyll. I. 4. 5. 8. III. 27. V. 21. VIII. 68. Ita, sed ex emendatione, Epicharmus apud Athen. p. 236. A. *καΐκά τις ἀντίον τι λῇ τήνῳ λέγειν*. Idem paullo inferius: *ἃς κά μ' ἄκρατος οἶνος ἀμφέπῃ φρένας*. In Eq. 201. cod. Ravennas habet: *αἴκα μὴ πωλεῖν ἀλλᾶντας (μᾶλλον) ἕλωνται*. *Elmsl.*

807. *ἐρώτη*. Glossa in membr. *ἐρώτησον*. Forma imperativi Dorica verborum in *αω*. Vide ad Lys. 990. *Brunck.* Pro *χοῖρε, χοῖρε*, malim *χοιρίον*. *Elmsl.*

808. *l*) (801.) Vox *κοῖ* triplicata est in codd. omnibus, ut metrum flagitat. Geminant eam tantum impressi. In istis *τρώγοις ἂν ἐρεβίνθους*; nequitia est, et iocus facetus ex ambiguitate nominis *ἐρέβινθος*, quod *penem* etiam significat, qua potestate occurrit Ran. 545. *Brunck.*

809. (802.) *δὲ* Suid. in *φίβαλις*. *Bentl.* *φιβάλεως*. Caricarum, sive ficuum, quae *φιβάλεις* dicebantur a loco ita appellato, obiter mentio fit apud Athen. l. III. p. 77. A. Vide etiam Hesychium v. *φιβαλέα*. *Kuster.* Videantur Lexicographi Graeci. Praecipue Athenaeus III. p. 75. *Bergl.*

810. *m*) (803.) Sic vulgo legitur hic versus:

τί δαὶ σῦκα τρώγοις αὐτὸς ἄν; — κοῖ, κοῖ.

Pessumdatum est metrum, et sententia ineptissima. Prius vidit Kusterus, alterum ne subodoratus quidem

---

l) Fo. *ἐκών· κοῖ κοῖ.* vel *τρώγοις ἐρεβίνθους αὐτὸς ἂν κοῖ.* *Bentl.*

m) Ald. *δὲ*: mox fo. *αὐτόθ'*. *Bentl.* qui totum versum uncis circumdedit, quia, ut animadvertit editor adnotationem, Suidas in *φίβαλις* praecedentem et seq. versum citans, hunc omisit.

est. Sic enim ille: *Metri tenorem interpellat vocula δαί; qua deleta et versus recte se habebit, nec sensui quidquam decedet.* Immo, o bone, sensus nullus erit nisi insulsissimus. Nam primo quidem nulla *ficuum* mentio hic fieri potest. Iam significaverat puella se *caricas* lubentissime comesuram. Cur nam quaereret Dicaeopolis, num *ficus* etiam comederet? Fac tamen eum ita rogasse: postquam rursus puella significavit, se *ficus* etiam comesuram, qui dicere possit ille? *ὡς ὀξὺ πρὸς τὰς ἰσχάδας κεκράγατον.* Nonne est istuc absurdum? Postea vellem mihi dici, utra puella hoc rogetur. Eane, quae praecedenti versu iam responderat? Si una et eadem semper rogatur et respondet, cur mox *κεκράγατον* dicit Dicaeopolis, quum debuisset *κέκραγε?* Denique quorsum refertur, et quid sibi vult *αὐτός*? Soloecum est: debuisset enim esse *αὐτά*. Non animadvertit Kusterus Dicaeopolidem nomen *χοῖρος*, quo ille *porcellam* intelligit, semper feminino genere efferre: itidemque Megarensem, nisi tribus in locis, ubi manifesto *cunnum* intelligit; nempe v. 771. 773. et 792. Quid multa? locus depravatissimus est. Puellam alteram post alteram percontatur Dicaeopolis. Postquam prior ad quaestionem illam *τί δαί; φιβάλεως ἰσχάδας τρώγοις ἄν;* respondit, alteram puellam, quam editores nondum distinxerant, rogat:

τί δαὶ σύ; καὶ τρώγοις ἂν αὐτάς;

Quae postquam etiam comedendarum illarum cupiditatem significavit, jure et ex rei veritate Dicaeopolis ait:

ὡς ὀξὺ πρὸς τὰς ἰσχάδας κεκράγατον.

Vere *πρὸς τὰς ἰσχάδας*, quarum proxime praecessit mentio; vere *κεκράγατον*, quia clamaverat utraque puella. Venustatem huius loci codd. ope restitui, quorum sigillatim scripturam exhibebo:

A. *τί δαὶ σῦκα τρώγοις ἂν αὐτός;*
B. *τί δαὶ σὺ κατρώγοις αὐτὸς ἄν;*
C. *τί δαὶ σὺ κατατρώγοις ἂν αὐτός;*

Si in vulgata lectione praeter versus labem nihil offenderet, quam facile esset, mutato *δαὶ* in *δέ*, quorum alterum in alterius locum saepe illatum videtur, metrum resarcire!

τί δὲ σῦκα τρώγοις αὐτὸς ἄν; — κοΐ, κοΐ.
Quae medicina Kusteriana longe esset melior. Hisque iam scriptis, demum animadverto sic excusum esse in primariis editt. duabus, quas sequuntur utraque Veneta, Basileensis prior et Parisina. *τί δαὶ* e Fracini editione in Frobenianam migravit, et inde in alias. Sed absurdum hoc esse, satis, opinor, ad liquidum perduxi. *αὐτὰς* scriptum oportuit: nempe *τὰς φιβάλεως ἰσχάδας*, et in puellae responsione priori loco *κοΐ*, *μονοσυλλάβως*, non *κοΐ*. *Brunck.* *τί δὲ σῦκα τρώγοις αὐτὸς ἄν* edd. vett. pleraeque. *τί δαὶ σῦκα τρώγοις αὐτὸς ἄν* edd. 1525. 1547. 1607. et sequentes ante Brunckium. Cod. Ravennatis scripturam male expressit Invernizius. Omnes *κοΐ* bis habent. Brunckius dedit: *τί δαὶ σύ; καὶ τρώγοις ἂν αὐτάς*, priore *κοΐ* in unam syllabam contracto, quod minime ferri potest. Itaque, deleto altero pronomine, tertium *κοΐ* de meo invexi. Haec ad alteram puellam conversus dicit Dicaeopolis, ut monuit Brunckius. Verba *τὶ δαὶ σὺ* eodem sensu usurpantur in Av. 136. Lys. 156. Similia sunt *τί δαὶ σὺ φῄς* Av. 1615. 1676. *τί δαὶ λέγεις σύ* Ran. 1454. *Elmsl.* qui edidit: *ΔΙ. τί δαὶ σύ; τρώγοις ἄν; ΚΟ. κοΐ, κοΐ, κοΐ.*

811. (804.) *ὡς ὀξὺ πρὸς τὰς ἰσχάδας κεκράγατον.* Haec secum mirabundus ait Dicaeopolis. Male vulgo, tanquam si puellas alloqueretur, *κεκράγατε*. *Brunck.* *κεκράγατε*, quod habent Rav. et Suidas v. *φίβαλις*, revocavit *Elmsl.*

812. *αὗτις*. *Reisk.* Non intelligo.

813. *τρώξονται*. *τρύξονται* Rav. quod ad *γρύξονται* alludere videtur. Vulgatam habet Suidas in ipsa voce. *Elmsl.*

814. *ὦ πολυτίμηθ' Ἡράκλεις*. In Thesm. 601. *ὦ πολυτιμήτω θεώ*. Vide paulo ante. *Bergl.*

815. (808.) *Τραγασαῖα*. Ad hunc locum procul dubio respexit Stephanus Byzantinus v. *Τραγασαί*, ubi ait: *ὁ οἰκήτωρ Τραγασαῖος, ὡς Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσιν*. Sciendum autem est, Aristophanem *χοιρίδια* illa non serio vocare *Τραγασαῖα*, quasi nimirum eius essent regionis et patriae, sed alludere ad verbum *τρώγειν*, *edere*, unde aor. 2. *ἔτραγον*, ut significaret, porcellos illos

esse valde voraces. In lingua Latina iocus ille exprimi non potest. Non minus lepide hac ipsa voce, quamvis alio sensu, Comicus noster ludit infra 853. ubi dicit, *πατρὸς τραγασαίου ὄζων*, i. e. *hircum olens*. *Kust.* Tragasae est nomen urbis; *τραγεῖν vorare*; quia vero bene vorarent porcelli, dicit eos esse ex illa urbe propter similitudinem vocum. Vide infra 853. *Bergl.* Allusio ad verbum *τραγεῖν*. Tres codd. sine elisione *χοιρία*; *ὡς* — *Brunck.* De Tragasis consulendus Steph. Byz. qui ad hunc versum et 853. respexit. In hoc loco ludit poeta *παρὰ τὸ τραγεῖν*, in altero, *παρὰ τὸν τράγον*. Hoc monuit Kusterus. *Elmsl.*

817. (810.) *τάνδε μίαν ἀνειλόμαν*, quippe qui fame urgebatur: vel latet hic obscenior aliquis iocus. In tribus codd. neglecto dorismo, *ἀνειλόμην*. *Brunck.* Initio versus Elmsl. edidit: *ἐγὼν γὰρ αὐτᾶν*.

819. (812.) *πρίωμαί σοι*. Ita v. 815. *ὠνήσομαί σοι*. Pac. 1261. *τούτῳ γ' ἐγὼ τὰ δόρατα ταῦτ' ὠνήσομαι*. Ran. 1229. *ἐγὼ πρίωμαι τῷδ'; Elmsl.* in Auctario.

820. (813.) Recte Schol. *ἀστείως δὲ ὁ Μεγαρεὺς ἅμα καὶ περιπαθῶς ταῦτα παρὰ τοῦ Δικαιοπόλιδος ζητεῖ, ἃ πρότερον οἱ Μεγαρεῖς ἄλλοις παρεῖχον*. Vide v. 761. 762. *Elmsl.*

τὸ μὲν ἕτερον — τὸ δ' ἄτερον. Sic quidem libri omnes, sed male. *ἄτερος* Atticis idem est quod *ὁ ἕτερος*, quod exemplis ostendi in nota ad Vesp. 841. At Doriensibus *ἄτερος* simpliciter est *ἕτερος*. Formam hanc illustrat Koenius ad Corinthium de Dial. Dor. §. CXVII. Nullus video cur dorismus in duorum continuorum versuum altero servatus fuerit, in altero neglectus, nisi quod sic imperitis librariis libuerit. Scribi debuit:

τὸ μὲν ἄτερον τούτων, σκορόδων τροπαλλίδος·
τὸ δ' ἄτερον —

Brunck. *ἄτερον*. *ἕτερον* vulgo ante Brunckium, consentiente Suida in *πόσου πρίωμαι*, qui proximo versu *ἄτερον* habet, ut omnes libri. *Elmsl.* *τοῦτο*. *τούτων* vulgo, consentiente Suida in *πόσου πρίωμαι*. Noster superius v. 117. *τὸν ἕτερον τουτονὶ* habet. *Elmsl.* Scribendum, *τὸ μὲν ἄτερον τουτί*. *Elmsl.* in Auctario.

τροπαλίδος. τροπαλλίδος vulgo. τροφαλλίδος Suidas in πόσου πρίωμαι. τροπηλίδος idem in τροπηλὶς n), qui ex ordine litterarum τροπιλὶς legisse videtur. Mendose Hesychius: τριοπηλίς· δέσμη σκορόδων. et inferius: τριτοπηλίς· σκορόδων δέσμη· ἀπὸ τοῦ πεπιλῆσθαι καὶ συνεστράφθαι. Alii grammatici τροπηλὶς habent, quod verum videtur, et in Doricum τροπαλὶς mutandum est. *Elmsl.*

822. (815.) Verba ταῦτα δή o) pessime vertit Brunckius: *haec quidem prospere cesserunt.* Subauditur ὁράσω, ut in Vesp. 851. Eodem sensu usurpatur ταῦτά νυν Vesp. 1008. et ταῦτα nude Eq. 111. Vesp. 142. Pac. 275. *Elmsl.* Eadem loca attulit *John Seager* in Classical Iournal Nr. IV. p. 717 sq.

823. (816.) Ἑρμᾶ ᾽μπολαῖς. Sic excudi debuit. Vulgo mendosissime Ἑρμ᾽ ἐμπολαῖς p). Vocativi Ἑρμῆ, vel Dorice Ἑρμᾶ, ultima elidi non potest. ἕρμ᾽ valet ἕρμα, ἕρματος, quod quid sit si nescias, consule lexica, et videbis quam ab hoc loco sit alienum. In B. scriptum Ἑρμῆ ᾽μπολαῖς. *Brunck.* Ἑρμ᾽ ἐμπολαῖς vulgo, consentiente Schol. diserte. Ἑρμῆ ᾽μπολαῖς B. Ἑρμᾶ ᾽μπολαῖς Scaliger, Kusterus et Brunckius. *Elmsl.*

824. ἀποδόσθαι. Ellipsis verbi γένοιτο, inquit Schol. Extrema miseria hominis, qui optime secum putat actum, licet vilissimo pretio vendiderit filias: quin et coniugem et matrem ita cupit vendere. *Bergl.* ἐμαυτῶ. [Sic *Bentl.*] Male vulgo ἐμαυτοῦ. *Brunck.*

825. Intervenit sycophanta. Sumit autem poeta occasionem perstringendi Athenienses, quia multos patiantur esse in civitate sycophantas, ut etiam infra 908. *Bergl.* ὦ ᾽νθρωπε ex cod. Rav. recepit *Elmsl.*

---

n) Hunc locum indicaverat *Kuster.*

o) ταῦτα δή. Est mirantis, ut in Av. 802. ταυτὶ τοιαυτί. *Bergl.*

p) Quando duae vocales duarum vocum, quarum altera ob versum est elidenda, concurrunt, brevis semper cedit longae: ut ποῦ ᾽στι, pro ποῦ ἐστι: ὦ ᾽γαθὲ, pro ὦ ἀγαθέ: τῇ ᾽γορᾷ, pro τῇ ἀγορᾷ, et sexcenta alia. Quare et hic non Ἑρμ᾽ ἐμπολαῖς scribendum est, sed Ἑρμᾶ ᾽μπολαῖς. *Kuster.*

826. (819.) *τοίννυν ἐγώ.* Vulgo *τοίνυν γ' ἐγώ.* Insertam particulam nesciunt A. C. *Brunck.*

827. (820.) *ἵκει.* Sic A. C. vulgo *ἥκει. Brunck. ἧκει* B. edd. Invernizius. *ἵκει* A. C. Brunckius [et Elmsl.], quod vulgo legitur in Lys. 87. Superius v. 742. omnes *ἵξετ'* habent. In v. 750. et Lys. 1077. vulgo legitur *ἥκομες. Elmsl.* Reisig. I. p. 279. comparatis similibus locis, interpungit *τοῦτ' ἐκεῖν'· ἵκει πάλιν,* —

828. *ἄμμιν* ed. 1515. Malim *ἁμίν γ'. Elmsl.*

829. (822.) *σάκον.* Vulgo *σάκκος* dicitur, per duplex *κ.* Attici vero, si magistris Graecis credendum, per unum *κ* scribunt *σάκος.* Phrynichus p. 42. *σάκκος, Δωριεῖς διὰ τῶν δύο κκ. Ἀττικοὶ δὲ δι' ἑνός.* Thomas Magister [p. 789.]: *σάκος Ἀττικοί, δι' ἑνὸς κ. Ἕλληνες δὲ διὰ δύο. Kust.*

830. (823.) *φαντάζομαι q).* Pro *συκοφαντοῦμαι. Bergl. φαντάζομαι ὑπό του.* Id est, *ὑπό τινος, a nescio quo.* In A. C. posita Dicaeopolidis persona ante *τίς ὁ φαίνων.* In B. *ὑπὸ τοῦ,* ut in impressis, Dicaeopolidi tributa fuere primum, sed postea ad aliorum instar emendata fuit personarum notatio. *Brunck.* Brunckii personarum distinctionem et scripturam exhibuit Invern.; Elmsleius revocavit vulgatam: *ΜΕ. Δ. Δ. φαντάζομαι. ΔΙ. ὑπὸ τοῦ; τίς ὁ φ.* etc. Eandem probaverat *Bentl.*

831. (824.) *οἱ δ' ἀγορανόμοι.* Male hic in edd. Aldina, Iuntina, et nupera praemissum MEG. *r)* recte autem edd. Farrei et Brub. quas hic sequimur. *Bergl. ὦ ἀγορανόμοι.* In B. *ὦ ἀγορανόμοι,* sine elisione. In duobus aliis *ἐστιν; ἀγορανόμος,* vel *ἀγορανόμοι.* Vulgo *οἱ δ' ἀγορανόμοι.* Recte autem in A. B. ista aedilium compellatio Dicaeopolidi continuatur. In C. vox uni-

---

q) Hesychius: *φαντάζομαι· συκοφαντοῦμαι. Elmsl.* Valckenarius in epist. ad Roever. p. LXXVI. (Opusc. T. I. p. 391. ed. Erfurdt.) scribebat *φαντάδδομαι.*

r) Delenda hic persona Megarensis, et sequente versu persona Dicaeopolidis. Huius enim unius sunt omnia. *δ'* post *οἱ* insertum est tantum evitandi concursus vocalium causa, et nihil significat. *Reisk.*

ca ἀγορανόμοι Megarensi tributa. Similis est in personarum distinctione editionum variatio. *Brunck.* Dicitur ἃ 'γορανόμοι [nam sic Elmsl. edidit], ut οἱ τοξόζαι superius v. 54. *Elmsl.* Leg. οἱ 'γορανόμοι. vid. 723. et 967. *Bentl.*

833. (826.) τί δὴ μαθών *s*). Sic saltem edere debebant: nam pravum est, quod vulgo legitur τιὴ μαθών *t*). Sed alius hic est librariorum error. Scriptum oportuit τί δὴ παθών — In hac formula μαθών, prorsus e Comici textu expulsum velim *v*). — φαίνεις ἄνευ θρυαλλίδος *x*). Iocus latine exprimi non potest, qui consistit in ambiguitate verbi φαίνειν, *deferre*, et *lucere*. *Brunck.* τιὴ μαθών vulgo, consentiente Rav. τιὴ παθών Scaliger. τί δὴ παθών Brunckius in annotationibus, quod verum videtur. Noster inferius v. 912. τί δαὶ κακὸν παθών. Vide etiam Nub. 540. 402. 1506. Vesp. 251. Pac. 701. Lys. 599. Plut. 908. *Elmsl.* qui edidit: τί δαὶ παθὼν —

835. (828.) εἰ μὴ 'τέρωσε. Sic scriptum in tribus codd. Mallem fere εἰ μή γ' ἑτέρωσε. *Brunck.* εἰ μὴ ἑτέρωσε. εἰ μὴ 'τέρωσε vulgo. εἰ μήτ' ἑτέρωσε Rav. εἰ μή γ' ἑτέρωσε Brunckius in annotationibus. Sententiam meam de hac re quam potero brevissime exponam. Quoties μὴ a voce excipitur cuius prima littera post quamvis fere longam vocalem elidi potest, apostrophum elisionis notam adhibendam censeo. Itaque malim μὴ 'γὼ quam μὴ ἐγὼ repraesentare, similique ratione, μὴ 'στὶ, μὴ 'χω, μὴ 'γραφον, μὴ 'ν, μὴ 'ξ, μὴ 'πί. Reliquas voces plene scripserim: ut μὴ ἀλλὰ, μὴ αὐτὸν, μὴ ἔλθοι, μὴ εὕρω, μὴ ἡμεῖς, μὴ οὐ, in quibus non elisionem sed crasin fieri existimo. Idem de ἤ ante vocalem statuendum est. Ceterum fallitur Brunckius, qui in Ran. 64. ἤ ἕτερα pro quatuor syllabis exhibet. Edd. ἤ 'τέρα habent, unde scribendum ἤ ἑτέρᾳ φράσω,

---

s) Vide Hermann. ad Viger. p. 760.

t) Vide ad Vespas 251. *Bergl.*

v) Hoc quidem festinantius. V. Wolf. ad Demosth. Leptin. p. 348.

x) Infra 917. ἔπειτα φαίνεις δῆτα διὰ θρυαλλίδος; utrobique miscet inter se diversas significationes verbi φαίνειν. *Bergl.*

Adverbium ἑτέρᾳ legitur etiam in Nub. 813. Pac. 1245. *Elmsl.* Adde Eq. 55. οὐ προσβιβάζεις μ' ἀλλ' ἑτέρᾳ πῃ σκεπτέον. Ita scribendus est iste versiculus. Adverbium θἀτέρᾳ, quod vulgo legitur apud Soph. Trach. 272. nostro restituendum est Vesp. 497. Eccl. 498. *Elmsl.* in Auctario.

τρέχων. ἰὼν vulgo. τρέχων Rav. Noster Av. 991. οὐκ οὖν ἑτέρωσε χρησμολογήσεις ἐκτρέχων. *Elmsl.*

837. (830.) ἀπέδου τὰ χοιρία. τὰ χοιρίδι' ὑπέδου vulgo. Nunquam senarium claudit vox trisyllaba quae duas priores corripit, nisi praecedat monosyllaba: ut ἐν ἀγορᾷ superius v. 533. Eq. 1245. 1373. ὁ βασιλεὺς inferius v. 1224. ὁ Παφλαγὼν Eq. 136. 1392. τὸ θύριον Thesm. 27. 28. δὺ' ὀβολὼ Ran. 141. τὰ τεμάχη 517. τίν' ἔχετον 1422. τὸ παράπαν Plut. 351. τὸν ἕτερον 597. τὰ μεγάλα 845. Plura exempla apud nostrum non offendi. Quod ad hunc locum attinet, scripsit poeta χοιρία, quod imperiti librarii in χοιρίδια mutarunt, ut in v. 777. factum est. Deinde mutatus est ordo verborum, ut versus numeris suis restitueretur. *Elmsl.*

839. (830.) πολλά γ' et ἀλλὰ μὲν vulgo. γ' omittit Rav. et μὶν pro μὲν habet. ἀλλὰ μὴν Schol. *Elmsl.* qui edidit: κ. χ. πόλλ'. ΜΕ. ἀλλ. ἁμὶν οὐκ ἐ.

840. (833.) πολυπραγμοσύνης γ) νυν z). Male vulgo νῦν. Hic particula illa valet οὖν. Concisa formula est, quam sic supplere possis: πολυπραγμοσύνης οὖν ἕνεκεν εἰρήσθω. *Brunck.* — Et versum quoque lepidissimae fabulae 833. tentabo, ad quem videndus Muretus (a) V. L. XII, 4.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

καὶ χαῖρε πόλλ'.

ΜΕΓΑΡΙΚΟΣ.

ἀλλ' ἁμὶν οὐκ ἐπιχώριον.

γ) Subauditur ἕνεκα, ut monet Scholiastes. Dicit autem: quoniam te minus opportune salutavi, velim ut ad me revertatur salus. De ἐς κεφαλὴν vide ad Plutum 526. *Bergl.*

z) Fo. οὖν. *Bentl.*

a) Hunc citaverat *Kusterus.*

ΔΙΚ.

πολυπραγμοσύνης νῦν εἰς κεφαλὴν τρέποιτό μοι.

Brunckius et Elmsleius *νυν* scripserunt, quod sententiam nullo modo iuvat, quae est valde impedita. Scripserim, mutata duntaxat interpunctione:

πολυπραγμοσύνης. νῦν εἰς κεφαλὴν τρέποιτό μοι!

DIC. *Vive valeque multum!* MEG. *Sed valere apud nos moris non est.* DIC. *Oh loquendi intemperantiam! In meum iam vertat caput formula inauspicatior!* Nihil expeditius; facetius nihil. *Fr. Boissonade* in Wolfii Analectis III. p. 81. Sic tacite iam Heindorfius ad Platonis Protag. p. 575. interpunxerat. Vulgatum defendit Reisigius I. p. 267. πολυπραγμοσύνης enim si ab reliquis secernatur, articulum non recte abesse.

841. πειρῆσθε. I. e. *tentate.* Frischlinus male *solicitamini.* *Kust.* πειρῆσθι κἄνις. Pro πειρᾶσθε κἄνευ. i. e. καὶ ἄνευ. Supra 797. Megaricus iste utebatur particula ἄνευ ex communi dialecto. *Bergl.* κἄνις. καὶ ἄνις. Hoc autem ex dialecto est pro ἄνευ. *Brunck.*

842. (835.) Typothetae corrige errorem [ἀλίταν]: παίειν ἐφ' ἁλὶ τὰν μάδδαν *b*). Vide ad Eq. 707. Schol. ἐσθίειν μετὰ τῶν ἁλῶν τὸν ἄρτον, διὰ τὸ ἀπορεῖν προσφαγίου. Ut ἐρείδειν, quo utitur noster Pac. 25. ita παίειν significat συντόνως ἐσθίειν: et generatim adhibetur hoc verbum ἐπὶ πᾶν ὁτιοῦν συντόνως τις ποιεῖ, ut observat Schol. ad Chori verba supra 686. ἐς τάχος παίει. *Brunck.* Hesychius: παίει· τύπτει, πλήττει, κρούει, δέρει· ἢ ἐσθίει. Postremo sensu latet hoc verbum in Epicharmi fragmento apud Athen. p. 236. A. οὐ λῶντι παίων, ἀλλὰ μαστιγῶντι με. Cognatum est verbum Ionicum πατέομαι, ab Herodoto aliisque usurpatum, cuius futurum πάσομαι et aoristus ἐπασάμην nonnunquam apud Atticos scriptores inveniuntur. *Elmsl.*

μάδδαν. Perite et optimo iure Doricam formam μάδδαν e v. 732. ubi eam exhibent libri omnes scripti

---

b) Scholia: ἐσθίειν — προσφαγίου. De παίειν Hesychius: παίει — ἐσθίει. affine est πάσασθαι. Praepositionem ἐπὶ recte exponit Scholiastes per μετά. Comicus in Pluto 628. μεμιστυλημένοι — ἐπ' ὀλιγίστοις ἁλφίτοις. *Bergl.*

et impressi, huc revocavit editor e recentioribus nescio quis. Male in codd. et in primariis editt. habetur μάζαν, quod Transsilvanus fungus reposuit, hac confirmatum nota. *Ita omnes Edd. pristinae, non μάδδαν, quod quidem Doricum est; sed nihil temere mutandum.* Cur vero, o dulcissime, editiones veteres non adis, nisi ut pravas ex iis lectiones revoces: eisque non uteris, ubi earum ope menda sustolli poterat? Nihil adnotasti ad v. 803. cuius tamen e *Farreana* tua metrum saltem redintegrare poteras. μάζαν certo certius est hic Comicum non reliquisse: errore librariorum invectum fuit. *Brunck.* τὰν μάζαν vulgo ante Portum. Vide v. 732. *Elmsl.*

843. Chorus felicem praedicat Dicaeopolidem, et obiter quosdam traducit. *Bergl.* ὦ ἄνθρωπος, et v. seq. ὦ ἀνὴρ vulgo carent articulo. *Brunck.* Ὦ ἄνθρωπος. ἄνθρωπος vulgo sine articulo ante Brunckium. *Elmsl.*

844. ὦ ἀνήρ. ἀνὴρ vulgo sine articulo ante Brunckium. *Elmsl.*

849. (842.) ὑποψωνῶν. Schol. προστιθεὶς τῇ ὀψωνίᾳ. εἰσὶ γὰρ πολλοὶ διὰ μικρᾶς προσθήκης ὠνούμενοι. *Brunck.* πημανεῖται c). πημανεῖ Suidas in ipsa voce. Futurum πημανούμενος passivo sensu usurpatur in Soph. Ai. 1155. neque πημαίνομαι active sumptum memini legisse, praeterquam in hoc nostri loco, quem sanum esse minime crediderim. Non male legeretur πημανεῖ τις. *Elmsl.*

850. d) (843.) ἐξομόρξεται. Euripides in Bacchis 344. μηδ' ἐξομόρξῃ μωρίαν τὴν σὴν ἐμοί. *neque exterges in me stultitiam tuam.* Synesius epist. 44. in fine: εἰ θιγγάνων ἡμῶν, ἐναπομόρξῃ τὴν προστροπήν· *nam contactu tuo affricabis nobis piaculum*, sive: *maculabis nos scelere.* Idem autem est ἐξομόργνυσθαι quod ἐκμάσσειν. Euripides in Hercule F. 1399. ἀλλ' αἷμα μὴ

---

c) Suidas legit πημανεῖ h. v. Sed minus recte; est enim versus iambicus octonarius catalecticus, uti et versus sequens. *Kuster.*

d) Ad h. v. in *Bentleii* notis legitur „*an νεικῶν.*" Non intelligo.

σοῖς ἐξομόρξωμαι πέπλοις. deinde alter: ἔκμασσε· φείδου μηδέν. *Bergl.* ἐξομόρξεται τὴν εὐρυπρωκτίαν σοι. Schol. ἐναποψήσεται, ἐναπομάξει. ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀνέξῃ τῆς κιναιδείας Πρέπιδος. Perperam in membr. pro σοι scriptum σου. Euripides Bac. 540.

μηδ' ἐξομόρξῃ μῶρίαν τὴν σὴν ἐμοί.

Brunck. ἐναπομόρξεται [ab Elmsl. receptum] Suidas in ipsa voce, probante Kustero *f*), quam scripturam confirmant Scholiastae verba: ἐναποψήσεται, ἐναπομάξεται. Eurip. Bacch. 541. a Brunckio laudatus: μηδ' ἐξομόρξει μῶρίαν τὴν σὴν ἐμοί. *Elmsl.*

Πρέπις. Scholia: ὡς καταπύγων δὲ κωμῳδεῖται ὁ Πρέπις. *Bergl.* Πρέμις bis Suidas in ἐναπομόρξεται. *Elmsl.*

851. ὠστιεῖ Κλεωνύμῳ. Supra 24. ὠστιοῦνται ἀλλήλοις. Cleonymum autem iam notat tanquam helluonem, qui saepe in forum veniat obsonatum. Vide ad Equites 1289. *Bergl.*

852. χλαῖναν — φανήν. In Eccles. 348. σισύρα φανή. *Bergl.* δίει. I. e. *pertransibis*, forum scilicet, vel urbem. Est enim 2 pers. sing. praes. indicativi, non, ut Frischlinus putavit, imperativi. Verbum autem εἶμι, *eo*, *vado*, et omnia inde composita in praesenti etiam significationem futuri habent: qua de re vide quae notavimus supra ad Plut. v. 70. *Kuster.*

853. (846.) Ὑπέρβολος. Hunc tanquam litigiosum nunc notat. Crebra eius mentio. *Bergl.* ξυντυχών σ' Ὑπέρβολος. ξυντυχὼν Ὑπέρβολος vulgo. Pronomen agnoscunt Rav. Suidas in Ὑπέρβολον. *Elmsl.*

855. οὐδ' ἐντυχών. ὁ δ' ἐντυχὼν vitio typographi ed. 1498. unde ὁ δ' ἐντυχὼν edd. 1515. 1540. 1547. 1584. *Elmsl.*

856. (849.) Κρατῖνος ἀεὶ κεκαρμένος. Malim Κρατῖνος αὖ κεκαρμένος *g*). Vide v. 854. [861.] κεκαρμένον

---

f) ἐξομόρξεται. Suidas melius ἐναπομόρξεται, hac v. Sensum autem huius loci, quia obscoenus est, non putamus pluribus esse explicandum. *Kust.*

g) Emendatio in promptu est,

edd. vett. praeter 1525. quae *κεκραμένον* habet. *κεκαρμένος* edd. recentiores et Suidas in *μοιχός*. *Elmsl.*

κεκαρμένος μοιχὸν μιᾷ μαχαίρᾳ. Locum hunc egregrie illustrat Hesychius [etiam a *Bergl.* citatus] v. *μιᾷ μαχαίρᾳ*, ubi inquit: *μιᾷ μαχαίρᾳ* (sic enim apud eum legendum esse pro *μιαιμάχαιραι* iam alii etiam monuerunt) *τὴν λεγομένην κῆπον κουρὰν μιᾷ μαχαίρᾳ ἐκείροντο.* Idem v. *κῆπος: κῆπος· εἶδος κουρᾶς παρὰ Πέρσαις, ἣν οἱ θρυπτόμενοι ἐκείροντο ὡς ἐπίπαν ἐν μιᾷ μαχαίρᾳ.* Pollux II. 32. *ἔλεγον δέ τι οἱ κωμῳδοὶ καὶ κείρεσθαι μιᾷ μαχαίρᾳ* (sic enim in MSS. legi docti ad illum locum commentatores monuerunt: quae lectio vulgatae *διπλῇ μαχαίρᾳ* utique praeferenda est) *ἐπὶ τῶν καλλωπιζομένων. τὴν δὲ μάχαιραν ταύτην καὶ ψαλίδα κεκλήκασιν.* Idem X. 140. *καὶ ψαλὶς δὲ, τῶν κουρέων σκευῶν, ἣν καὶ μίαν μάχαιραν καλοῦσι.* Fuit ergo *μία μάχαιρα* instrumentum quoddam tonsorium (secundum Pollucem *forfex*), quo homines molles et formae studiosi tondebantur. *Kust.* Schol. [citatus a *Bergl.*] *μοιχὸς, εἶδος καὶ ὄνομα κουρᾶς ἁπρεποῦς κιναιδώδους.* Eadem forte, vel adfinis tonsura erat, quam *κῆπον* appellabant. Hesychius: *κῆπος, εἶδος κουρᾶς, ἣν οἱ θρυπτόμενοι ἐκείροντο, ὡς ἐπίπαν ἐν μιᾷ μαχαίρᾳ.* Idem: *μιᾷ μαχαίρᾳ. τὴν λεγομένην κῆπον κουρὰν μιᾷ μαχαίρᾳ ἐκείροντο.* Photii Lex. [c. 198.] Ms. ab Hesychii interprete citatum: *μίαν μαχαίραν, τὴν ψαλίδα. Ἀριστοφάνης.* Cratinus autem, de quo hic agitur, diversus fuit a Comico poeta. *Brunck.* Hesychius: *μιᾷ — ἐκείροντο.* Adeundi Hesychii interpretes et Pollux II. 32. X. 140. *Elmsl.*

857. (850.) *ὁ περιπόνηρος Ἀρτέμων h). οὐδ' ὁ πε-*

Κρατῖνος ἀποκεκαρμένος — —:
ut in Thesm. v. 838. *σκάφιον ἀποκεκαρμένην:* Avibus v. 806. *σκάφιον ἀποτετιλμένῳ. Reisig.* I. p. 46. Forte legend. *ἀνακεκαρμένος. Bentl.*

h) Scholia: *ὡσεὶ ἔλεγεν· ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων· ἀπὸ παροιμίας, ἧς μέμνηται καὶ Ἀνακρέων, ταχθείσης ἐπὶ καλοῦ καὶ ἁρπαζομένου πρὸς πάντων παιδός· παρ' ὑπόνοιαν — δηλῶσαι.* Locum Anacreontis de proverbio illo non adducit Schol.; sed ille exstat apud Athenaeum XII. p. 531. ubi aliter exponitur vox *περιφόρητος*· nempe ita dictum esse Artemonem, quia molliter viveret, et in lectica circum-

φιπόνηρος Ἀρτέμων *i*) vulgo, dactylo ante anapaestum posito, quod vidit Hermannus [de metris] p. 155. *οὐδ' ὥσπερ ὁ πονηρὸς Ἀρτέμων* Suidas in ὄζων [a *Kust.* indicatus], quod eodem redit. Bentleii emendationem confirmant Scholiastae verba: *παρ' ὑπόνοιαν δὲ ἔφη τὸ Ἀρτέμων· οὐ γὰρ τοῦτον ἀλλὰ τὸν Κρατῖνον βούλεται δηλώσειν.* Hesychius: *περιπόνηρος Ἀρτέμων· παρὰ τὴν παροιμίαν τὴν Περιφόρητος Ἀρτέμων. εἰσὶ δὲ Ἀρτέμωνες δύο.* Athenaeus p. 553. E. *Χαμαιλέων δ' ὁ Ποντικὸς, ἐν τῷ περὶ Ἀνακρέοντος, προθεὶς τὸ, Ξανθῇ δ' Εὐρυπύλῃ μέλει ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων, τὴν προσηγορίαν ταύτην λαβεῖν τὸν Ἀρτέμωνα, διὰ τὸ τρυφερῶς βιοῦντα περιφέρεσθαι, ἐπὶ κλίνης· καὶ γὰρ Ἀνακρέων k) αὐτὸν ἐκ πενίας εἰς τρυφὴν ὁρμῆσαί φησιν, ἐν τούτοις·*

πρὶν μὲν ἔχων βερβέριον καλύμμαι' ἐσφηκωμένα,
καὶ ξυλίνους ἀστραγάλους ἐν ὠσὶ, καὶ ψιλὸν περὶ

---

portaretur. Eiusdem Anacreontis de Artemone ibi leguntur haec verba: *ἀρτοπώλῃσι — Ἀρτέμων.* Quae verba credo simul in animo habuisse Comicum, et sic pro *περιφόρητος* dixisse *περιπόνηρος. Bergl.*

i) Artemo, Aristidis aequalis, machinator fuit peritissimus, et ad novas in suo genere res inveniendas callidissimus: qui, quum claudus esset, ubicunque eius indigebant opera, advehebatur: unde factum est, ut, quorum artes, cuicuimodi essent, multis et magnis in rebus expeterentur, omninoque, qui facultate aliqua excellerent, aut quorum naturam quam plurimi admirarentur, Graeco verbo *περιφόρητοι* dicerentur, et tanquam proverbii loco haberetur illud *περιφόρητος Ἀρτέμων:* nam pueri quoque formosi, quorum multos traheret cupido, isto sunt nomine appellati. Atque ad id proverbium alludens Comicus, altero vocabulo paullum immutato, sed simili sono dicit *περιπόνηρος Ἀρτέμων.* germanum ad Artemonem spectare haec non possunt: at propter copulam *οὐδέ* aliquis praeter Cratinum signetur, necesse est. Ita versus existit,

ὁ περιπόνηρος Ἀρτέμων,

concinno metro, perspicuo sensu. Cratino haec attribuuntur cum reliquis, *ὁ ταχὺς ἄγαν τὴν μουσικὴν, ὄζων κακὸν τῶν μασχάλων,* quae egregie isti homini conveniunt. Fidem rei facit Scholiastae quoque annotatio, *παρ' ὑπόνοιαν — δηλώσειν. Reisig.* I. p. 47. Eandem emendationem fecit Porsonus apud Gaisford. ad Hephaestion. p. 245.

k) Fr. 27. p. 357. ed. Fisch. Conf. Hermanni Epitom. doctr. metr. p. 161.

πλευρῇσι *** βοὸς,
νεόπλυτον εἵλυμα κακῆς ἀσπίδος, ἀρτοπώλισι
καθελοπόρνοισιν ὁμιλέων, ὁ πονηρὸς Ἀρτεμων,
κίβδηλον εὑρίσκων βίον,
πολλὰ μὲν ἐν δουρὶ τιθεὶς αὐχένα, πολλὰ δ' ἐν τροχῷ,
πολλὰ δὲ νῶτα σκυτίνῃ μάστιγι θωμιχθεὶς, κύμην
πώγωνά τ' ἐκτετιλμένος·
νῦν δ' ἐπιβαίνει σατινέων, χρύσεα φορέων κα-
θέρματα,
παῖς Κύκης, καὶ σκιαδίσκην ἐλεφαντίνην φορέει
γυναιξὶν αὔτως ***

In Anacreontis versibus, quae probabiliter emendare non potui, intacta reliqui. Meminerint tirones in vocibus *νεόπλυτον*, *ὁμιλέων*, *σατινέων*, *χρύσεα*, *φορέων*, *φορέει*, crasin adhiberi. De hoc Artemone et altero iuniore, qui Periclis aetate vixit, consulendus Plutarchus in Pericle [c. 27.] p. 167. B. *Elmsl.* Nescio an ex eodem Anacreontis carmine desumtus sit versus quem conservavit Ammonius in *γῆμαι: καὶ θαλαμοις, ἐν ᾧ κεῖνος οὐκ ἔγημεν, ἀλλ' ἐγήματο.* Argumentum plane simile est, nec diversum metrum, modo legas, *καὶ θάλαμ', ἐν τῷ.* Sed huiusmodi emendationes periculo non carent. *Elmsl.* in Auctario.

858. *ὁ ταχὺς l*) *ἄγαν τὴν μουσικήν.* Graecitatis adprime gnarus Berglerus vertit *extemporaneus poeta;* melius opinor quam Brunckius, Frischlinum sequutus, *expeditus arte musica.* *Locella* ad Xenoph. Ephes. p. 126.

859. *ὄζων καὶ* bis Suidas in *ὄζων*. *Elmsl.*

860. (855.) *πατρὸς τραγασαίου m*). Ludit in vocibus *τράγος*, hircus, et *Τράγασαι* quod est nomen proprium urbis. Vide et supra 808. Vult autem eum *τραγομάσχαλον* dicere, quae vox exstat in Pace 815.

---

l) Fo. *παχύς. Bentl.*

m) *Τραγασαῖος* proprie notat eum, qui Tragasis, oppido Atticae, natus erat. At hic Comicus per *πατρὸς Τραγασαίου* nihil aliud intelligit, quam *hircum*, respiciens nimirum ad vocem *τράγος*. Tales autem ioci ancipitis sensus apud Comicum nostrum frequentes sunt. *Kust.*

Bergl. Allusio ad *τράγον, hircum.* Perperam in A. C. *ὄζων κακῶν. Brunck.*

862. *Παύσων.* Vide ad Plutum 602. *Bergl.*

863. (855.) *Λυσίστρατος.* In Vespis 793. et ad Equites 1064. *Χολαργεὺς* autem a pago Attico. *Bergl.* *Λυσίστρατός τ' ἐν τῇ γορᾷ.* Sic B. C. [et Bentl] nisi quod *τἀγορᾷ*, ut semper, habent. Vulgo omisso articulo, et claudo versu, *Λυσίστρατός τ' ἐν ἀγορᾷ.* Populus Atticae, *Χόλαργος*, de quo vide Meursium. *Brunck.* *Λυσίστρατός τ' ἀγορᾷ* edd. 1540. 1586. *Elmsl.* qui dedit *ἐν τἀγορᾷ.* Sic etiam Reisig. I. p. 56. Schol. ad Vesp. 872. citat: *Λυσίστρατός ἐστιν ἐν ἀγορᾷ —*

864. *περιαλουργός n).* Scholiastes monet esse metaphoram a tinctura purpurae. Est autem *ἁλουργές, τὸ πορφυροῦν. Bergl.*

866. (858.) Verba *πλεῖν o) ἢ τριάκονθ' ἡμέρας* eodem sensu comparent in Eccl. 808. Liceat mihi obiter monere, pro menstruo temporis intervallo libentius dixisse Atticos *τριάκοντα ἡμέρας* quam *μῆνα*, ut Galli hodierni pro *une semaine, deux semaines*, usurpant, *huit jours, quinze jours.* Sic *σπονδὰς τριακονθημέρους* dicebant, non *μηνιαίους. Elmsl.*

868. (860.) *ἵττω Ἡρακλῆς.* De hac Thebanorum iurandi formula praeclara legas a Valckenario collata ad Euripidis Phoen. 1671. *Brunck.* in Supplem. Infra 911. *ἵττω Ζεύς·* ubi vide notam. Ceterum in dimensione versus *ω* et *η* hic pro una syllaba habenda, ut alii monuerunt *p).* Venit autem Boeotus Thebanus,

---

n) Citat Suidas v. *περιαλουργός.* Male autem Frischlinus vertit: *mala profunde cogitans.* Rectius vetus Scholiastes metaphoram dicit esse sumptam a veste purpureo colore tincta, quae *ἁλουργὶς* a Graecis dicitur: ut sensus sit: *malis quasi tinctus*, vel *immerus. Kust.*

o) *πλεῖν.* Pro *πλέον* Attice. Est autem hyperbole comica hic; quasi dicat, eum plus quam semper esurire: mensis enim non nisi triginta dies habebat apud Atticos. *Bergl.*

p) Metri gratia *τὸ ω* in voce *ἵττω* cum sequenti *η* in unam syllabam coalescit: qua de re lectorem etiam monuit Bisetus. Ceterum verba illa *ἔκαμον γε τἀν τύλαν* male vertit Frischlinus, *callum peperit mihi hic labor.* Sensus enim

qui etiam Dorice loquitur. *Bergl.* In unam syllabam coalescunt ω η. Sic etiam η ω in hoc Aeschyli versu, Prom. 654.

μή μου προκήδου μᾶσσον ἢ ὡς ἐμοὶ γλυκύ.

Brunck.

τὰν τύλαν. Infra 953. *ὑπόκυπτε τὰν τύλαν. Bergl. τὸν τύλον* diserte Schol. qui tamen *τραχήλου τύλαν* ex Teleclide allegat. Scholiasten describit Suidas in *τύλα*, qui *τὰν τύλαν*, ut vulgo, in hoc versu repraesentat, quod in v. 954. habent omnes libri ex necessitate. Pollux VII. 153. *τύλη δ' ἐκαλεῖτο, ἡ ἐπὶ τοῖς τραχήλοις αὐτῶν ὑπὸ τῶν ἀχθῶν γινομένη τριβή.* Utramque formam hoc sensu agnoscit Hesychius. Masculinum *τύλος*, *clavus ligneus*, superius legitur v. 555. *Elmsl.*

869. Qui hic est Ismenias, inferius v. 954. Ismenichus vocatur *Elmsl.*

870. *Θείβαθεν.* Pro *Θήβηθεν* i. e. *ἐκ Θήβης. ὑμὲς* pro *ὑμεῖς. Bergl.*

871. (863.) *ὀστίνοις.* Subintelligendum est *αὐλοῖς*, ut recte monet Scholiastes [cuius verba apposuit *Bergl.*]. Olim enim tibiae ex hinnulorum ossibus confici solebant; ut praeter Scholiasten testatur Hesychius v. *κάκτος*, Plutarch. T. II. p. 150. et 1104. D. Athenaeus l. V. p. 182. E. et alii. Videndum autem annon hic potius scribendum sit *ὀστείνοις* q), ut apud Polluc. X. 153. qui ad locum hunc Aristophanis respexisse videtur. Est enim ab *ὀστέον, οῦν.* Apud Platonem etiam in Timaeo p. 544. G. et 545. F. ed. Laemar. legitur *ὀστείνην*, non *ὀστίνην.* Suidas tamen in collectaneis suis, locum hunc citans, cum vulgatis codicibus Aristophanis etiam legit *ὀστίνοις. Kuster.*

φυσῆτε. φυσᾶντε Suidas in *πρωκτὸς*, qui vulgatam habet in *ὀστίνοις. Elmsl.*

---

est, *humerus mihi dolet*, ob gravitatem scilicet oneris. Sic infra 953. *ὑπόκυπτε τὰν τύλαν, submitte humerum*, ubi vide Schol. *Kust.*

q) Fallitur. Antiatticista Bekkeri I. p. 110, 27. *ὄστινα: τὰ ὀστέϊνα. Ἀριστοφάνης.*

τὸν πρωκτὸν κυνός. Habebant tibias utriculares ex pelle canina. Sed alludit ad proverbium ἐς κυνὸς πυγὴν ὁρᾶν, quod occurrit in Ecclesiaz. 255. ut monet Scholiastes. *Bergl.* Cum verbis τὸν πρωκτὸν κυνὸς incipit sermo Dicaeopolidis. *Reisk.*

872. (864.) παῦ' ἐς πόρακας legitur etiam in Av. 889. *Elmsl.*

οἱ σφῆκες οὐκ ἀπὸ τῶν θυρῶν. In Equit. 723. οἴκ ἄπιτ' ἀπὸ τῆς θύρας; in Vespis 454. παῖε, παῖ, ὦ Ξανθία, τοὺς σφῆκας ἀπὸ τῆς οἰκίας. Hic supra 825. τοὺς συκοφάντας οὐ θύραζ' ἐξείρξετε; Euripides in Oreste 170. οὐκ ἀφ' ἡμῶν; οὐκ ἀπ' οἴκων πάλιν ἀνὰ σὸν πόδα εἰλίξεις; *Bergl.*

873. προσέπταν vulgo. προσέπταν θ' recte Invernizius. *Elmsl.*

874. (866.) Χαιριδεῖς r). In sing. Χαιριδεύς, a Χαῖρις. Qui fuit malus tibicen: in Avibus vocat eum πόρακα ἐμπεφορβιωμένον, v. 859. 862. Vide hic supra v. 16. *Bergl.* Χαιριδῆς [ut etiam Elmsl.], Attica forma a Χαιριδεύς. Male vulgo Χαιριδεῖς. Chaeridis, pravi tibicinis Thebani, discipuli, cuius meminit v. 16. *Brunck.*

βομβαύλιοι. Ex voce βομβυλιὸς, quod est genus apiculae a *bombo* dictae, in Vesp. 107. fecit βόμβαύλιος, additâ litera α, alludens ad vocem αὐλὸς, ut ait Scholiastes; vocem βόμβος autem de sono tibiae usurpavit in Thesmoph. 1187. *Bergl.* Hesychius: βομβαύλιος· ὁ αὐλητὴς· ἀπὸ τοῦ βομβεῖν. *Elmsl.*

875. (867.) νεὶ τὸν Ἰόλαον. Boeoticae dialecti idiotismum servarunt membran. in quibus scriptum νεῖ τὸν — Vulgo νή. Boeotii η in ει vertebant. Sic Θεῖβαι pro Θῆβαι. Dialectorum discrimina parum curabant librarii, quod observavimus supra ad v. 835. Paullo supra pro Θείβαθεν, scriptum est in B. Θήβαθεν, et mox Θήβαθι. Eustathius ad Odyss. p. 1442. lin. 49. δι' ἔθους Βοιωτοῖς μηδέποτε τῷ η χρῆ-

r) Quasi dicas *pulli Chaeridis*, i. e. mali tibicines. Chaeris enim erat malus tibicen. *Kuster.*

σθαι ἐπὶ τῆς οἰκείας δυνάμεως, ἀλλ' ἑκάστοτε εἰς ει δίφθογγον μεταπιθέναι. *Brunck.* ἐπιχαρίτως γ' ἂν — Vulgo prava collocatione, ἐπιχαρίτως ἄν γ' — In tribus codicibus particula ἂν omissa. Subauditur ἀπόλοιντο, repetendum a proximo participio ἀπολούμενοι. *Brunck.* ἐπιχαρίτως s) ἄν γ' edd. ἐπιχαρίτως γ' ἄν Brunckius. ἐπιχαρίτως γ' A. B. C. Rav. Dictum videtur ἐπιχαρίττως [ut Elmsl. edidit] pro ἐπιχαρίστως, ut ἴττω pro ἴστω. Vide v. 884. *Elmsl.*

876. (868.) φυσᾶντες. In membr. φυσῶντες, neglecto dialecti idiotismo, quem duo alii iuxta impressos exhibent. *Brunck.*

877. (869.) τἄνθεια. Sic optime B. [et Elms.] In A. C. τἄνθεα, omissa in omnibus copula, quam inepte praepositam exhibent impressi. *Brunck.*

τᾶς γλάχωνος. Scholia: ἐβάσταζε γὰρ φορτίον τῆς γλάχωνος. *Bergl.*

ἀπέκειξαν t). Huc respexit Hesychius, apud quem male scriptum ἀπέκειξαν, ἀποπεσεῖν φυσῶντες ἐποίησαν. Simmias Rhodius in Ovo:

τὸ μὲν θεῶν ἐριβόας Ἑρμᾶς ἔκιξε κᾶρυξ.

Brunck. ἀπέκειξαν [quod Elmsl. recepit] edd. 1607. 1625. 1670. quibuscum facit Hesychius a Brunckio indicatus: ἀπέκειξαν — ἐποίησαν. *Elmsl.*

χαμαί. In membr. γαμούς. Forte est e dialecto χαμοῦς, adverbium genitivi forma, a χαμὼ *humus*: χαμοῦς *humi*. Hoc alii viderint. *Brunck.*

878. (870.) τῶν ἐγὼ φέρω. Articulus praepositivus τῶν hic positus pro ὧν, quod exemplum obmoveri non debet iis quae dixi ad Conc. 275. Est enim hoc in Boeotii ore. *Brunck.* Malim τῶν ἰὼ φέρω. *Elmsl.*

879. (871.) ὀρταλίχων. Gallos gallinaceos ita vocant Boeotii, ut ait Scholiastes. Apud Athenaeum exstat Strattidis locus de Thebanorum lingua, l. XIV.

---

s) Scholia: κεχαρισμένως καὶ κεχαριτωμένως ἡμῖν ἀπόλοιντ' ἄν. *Bergl.*

t) De hac voce vide Bisetum. *Kuster.*

p. 621. ubi inter alia dicitur eos nominare *τὸν ἀλεκτρυόνα, ὀρτάλιχον*. Occurrit apud Aeschylum in Agam. v. 54. *Bergl.*

τετραπτερυλλίδων ν). Id est *locustarum*; quae sic dictae fuerunt a quatuor alis, quibus instructae erant. Iis autem Graecos olim vesci solitos fuisse, ex hoc loco Aristophanis constat. Sed de esu locustarum, apud varias gentes olim recepto, plura collegit vir immensae doctrinae Sam. Bochartus Hierozoic. part. II. l. IV. c. 7. ubi et loci huius mentionem fecit. *Kust.* *ὀρτάλιχοι* et *τετραπτερυλλίδες* manifesto sunt aves et quadrupedes. Gallos gallinaceos et locustas vel cicadas hic intelligi falso existimant interpretes. *Elmsl.*

880. (872.) *κολλικοφάγε Βοιωτίδιον. κόλλιξ* erat genus panis rotundi, apud Boeotos olim usitati *x)*; unde *κολλικοφάγοι* hic a Comico dicuntur *y)*. Galenus in Glossar. Hippocrat. [p. 504. ed. Franz.] *κόλλικας τοὺς τροχίσκους. καὶ τὸ ἐν Ἀχαρνεῦσι, κολλικοφάγε Βοιώτιε, ἐπὶ τῶν σμικρῶν ἀρτίσκων εἴρηται.* Citant praeterea locum hunc Comici nostri Athen. III. c. 28. p. 112. et Stephanus Byzantius v. *Βοιωτία*: ille quidem vocis *κολλικοφάγος* gratia; hic vero propter vocem *Βοιωτίδιον*. *Kuster.* Erotianus [p. 202.]: *κόλλικες· ἀρτίσκων εἶδος, ὡς πλακούντων, ὧν καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ἀχαρνεῦσι μέμνηται, λέγων· ὦ χαῖρε κολλικοφάγε. τινὲς δὲ τὰ ἰτρία ἐνόμισαν.* Hunc versum allegant Athenaeus p. 112. F. et Stephanus Byzantinus in *Βοιωτία*. Observatu dignum est *κολλικοφάγε Βοιωτίδιον*, ut *τέκνον φίλε*. *Elmsl.*

881. (875.) *ὅσ' ἔστ' ἂν ἀγαθά.* Ἀγαθὰ apud Graecos interdum pro apparatu lautiorum ciborum accipitur, ut hoc loco. Athen. l. I. p. 12. A. *τράπεζαι κατηρεφεῖς παντοίων ἀγαθῶν, κατὰ Ἀνακρέοντα.* Sic infra in Vesp. 1295. *εὐθὺς γὰρ ὡς ἐνέπλητο πολλῶν κἀγαθῶν.* I. e. *simul ac lautiore cibo et potu sese impleverat.* Et in Eccles. 853.

ν) Ita vocant locustas *παρὰ τὸ δ' ἔχειν πτερά*, ut inquit Scholiastes. *Bergl.*

x) Vide editores Gregorii Cor. p. 550.

y) Boeotii, et inter eos Thebani, voraces. Athenaeus X. p. 417. Collicem vocabant panis quoddam genus. *Bergl.*

ὡς αἱ τράπεζαί γ' εἰσὶν ἐπινενασμέναι
ἀγαθῶν ἁπάντων.

Nam mensae repletae sunt lautissimis quibusque cibis. Et v. 1132. *καὶ τἄλλ' ἀγαθά. Et reliqua lautiorum ciborum genera.* Pari sensu vox *bona* apud Latinos interdum accipitur: ut apud Plaut. act. II. sc. VIII. v. 34. *ut mihi bona multa faciam.* Id est, genio indulgebo, et cuticulam curabo. Idem significat *res bonae* apud Cornel. Nep. in Agesilao cap. ult. et *suaves res* apud Horat. l. II. Sat. VIII. v. 92. *Kust. ὅσ' ἐστὶν ἀγαθά.* Sic membr. [et Elmsl.] Duo alii, ut vulgo, *ὅσ' ἔστ' ἂν ἀγαθὰ*, quod non minus bonum est. Vide ad Pl. 885. Eq. 1131. Si e librorum numero aestimanda sit lectio, haec utique retinenda erat. Alteram ut faciliorem praetuli. Vulgata forte doctior videbitur, quam ut librariis tribui debuerit. *Brunck. ὅσ' ἔστ' ἂν* B. C. edd. soloece *z*). *ὅσ' ἐστὶν* A. Rav. Brunckius. Verum non abest suspicio a poetae manu profectum esse: *ὅσ' ἔστ' ἀγάθ' ἔν γε Βοιωτοῖς ἁπλῶς.* Non bene desideratur praepositio. *Elmsl.*

882. (874.) *γλαχώ.* Malim *γλάχω a*) penacute, ut talis sit accusativus quales sunt *εἰκῶ, βελτίω. Elmsl.*

ψιάθως. ψιάθους vulgo ante Brunckium. *Elmsl.* Doricas formas v. 882. 883. reposuerat *Bentl.*

883. (875.) Citat hunc locum Athenaeus l. IX. *c.* 12. p. 395. *b*). Similis locus est infra in Pace 1003. *καὶ Βοιωτῶν γε φέροντας ἰδεῖν χῆνας, νήττας, φάττας, τροχίλους. Kuster.*

κολοιὼς, τροχίλως, κολύμβως. Doricam formam reposui, quam in istis nominibus obliteraverant stolidi

---

z) Idem iudicaverat Porson. Adversar. p. 225. (197. ed. Lips.) Defendi posse putat Hermannus ad Vigerum p. 819.

a) Cf. Buttmanni Gr. Gr. T. I. p. 214.

b) Athenaei verba sunt: *ἐν δ' Ἀχαρνεῦσι καὶ ὡς πλεοναζόντων αὐτῶν (τῶν ἀτταγῶν) ἐν Μεγαρικῇ (μνημονεύει).* Sic Casaubonus Not. T. V. p. 136. Athenaeum memoriae errore scripsisse censet, quum vellet *Βοιωτικῇ*. Sed Megarensi haec etiam a Schol. ad v. 882. tribui monuit Gallicus Athenaei interpres, Villebrune. Scilicet in mente habuerunt Grammatici quae v. 737 sqq. acta sunt.

librarii, licet eam mox servarint in ἐχίνως, αἰελούρως. *Brunck.* κολιοὺς, τροχίλους, κολύμβους vulgo ante Brunckium, consentiente Athenaeo p. 395. F. Hesychius: κόλυμβοι· αἱ κολυμβάδες τὰ ὄρνεα, ἢ ζωύφια ἐν κολυμβήθραις. *Elmsl.*

884. ὥσπερεὶ χειμὼν ἄρα ὀρνιθίας. Confer Schol. infra ad Pac. 1003. *Kuster.*

885. (877.) ὀρνιθίας. Ἄνεμος ὀνιθίας ventus aliquis dicitur. Schol. *Bergl.* Suidas: ὀρνιθίας χειμὼν παρὰ Ἀριστοφάνει. ὁ σφοδρὸς χειμὼν, ἐν ᾧ καὶ τὰ ὄρνεα διαφθείρεται. καὶ ἄνεμος ὀρνιθίας, ὁ αὐτὸς, ἤτοι ψυχρὸς, ὁ ἐπὶ γῆν τὰ ὄρνεα στρωννὺς ὑπὸ τῆς ψυχρᾶς πνοῆς. *Brunck.* Cf. Phrynichum Bekkeri I. p. 55.

886. φέρω χᾶνας. Paulo ante ad v. 875. *Bergl.*

887. (879.) Vulgo sic legitur hic versus:

σκάλωπας, ἐχίνως, αἰλούρως, πυκτίδας.

Quibus verbis nullam inesse iambici metri formam Kusterus quidem animadvertit, sed nullibi se turpius, quam hic, dedit. En eius notam: *Metrum manifesto luxatum est, quod integritati suae restituetur, si transpositis duabus illis vocibus* ἐχίνως et αἰλούρως *versus hic ita legatur:*

σκάλωπας, αἰλούρως, ἐχίνως, πυκτίδας.

Ceterum ad hunc locum videtur respexisse Etymologus v. σκάλοψ, *ubi scribitur* σκάλοπας *per* ο: *sed quam lectionem ratio versus hic non patitur.* Itane, o bone? at vero patiturne ratio linguae, ut σκάλωπας scribatur per ω? Recte Etymologus: σκάλοψ, ὁ σπάλαξ λέγεται παρ' Ἀττικοῖς· καὶ λέγει Νικοκλῆς σκάλοπας, ὡς παρ' Ἀριστοφάνει. Suidas itidem: σκάλοπας, μύας τινὰς, οὓς φαμὲν ἀσπάλακας. Hesychius: σκάλοψ, ἀσπάλαξ; ζῶον γεωρύχον, τυφλόν. Nullibi exstat σκάλωπας, nisi in mendosa Aristophanis editione, quam alias res plerumque agens, et nulla adhibita crisi expressisti. Potius quam coniiciendo te cruciares, quidni primarias illas consulebas editiones, quarum ad fidem tuam te recensuisse iactitas? Septem primae sinceram lectionem exhibent:

σκάλοπας, ἐχίνως, αἰελούρως, πυκτίδας.

Eadem est signate exarata in tribus codd. nisi quod A. C. habent πικτίδας. Primus in hunc versum mendam

intulit Frobenius, *αἰελούρως* in *αἴλουρος* mutando: alii deinceps corruptelam tetriorem fecere. Quid vero de Bergleri stoliditate dicas, qui sicco pede hunc locum transgressus est? Satis diligenter Kusteri textum ad Farrei editionem contulisse videtur, nec eum latuit diversa huius versus scriptura. Sed quid prosunt libri veteres, scripti, impressi, nisi quis sciat eis uti? Nonne de his etiam vere dici potest, quod Terentius de Fortunae bonis?

Atque haec perinde sunt ut illius animus, qui
ea possidet.

Vide omnino Piersonum ad Moeridis observationem: *αἰέλουρος, Ἀττικῶς· αἴλουρος, Ἑλληνικῶς.* Quod in egregia nota ait eruditus Batavus, magnam esse in nostro versu lectionum diversitatem, *αἰλούρως, αἰαλούρως, αἰελούρως*, id e Dawesio tanquam verum imprudens adsumsit. Ostendi unanimem esse veterum librorum consensum: nec pro variis lectionibus obtrudi debent typographorum errores. In Aldina scholiorum editione *σκάλοπας* recte excusum, cuius vice Fracinus *σκάλωπας* dedit, licet in textu *σκάλοπας* exhibuisset. Est hoc etiam nihil aliud, quam typographica menda, quae per alias scholiorum editiones propagata fuit, demumque corrumpendo textui ansam dedit. *Brunck.* *σκάλωπας* vitio typographi edd. 1525. 1547. in schol. tantum, unde in contextum receperunt Portus et sequentes ante Brunckium. Hesychius: *σκάλοψ· σκαλοπέτα, ἀσπάλαξ, ζῷον γεωρύχον τυφλόν. Elmsl.*

αἰλούρως edd. 1547. 1607. Kusterus. *αἰαλούρως* edd. 1625. 1670. De hac voce consulendus Piersonus ad Moerin. p. 36. *Elmsl.*

πικτίδας A. C. De hoc animale altum apud grammaticos est silentium. *Elmsl.*

888. (880.) *ἐνύδρως.* Male vulgo *ἐνύδρους. Brunck.* *ἰκτίδας, ἐνύδριας.* *ἰκτίδας ἐνύδρους* vulgo. *ἰκτῖδας ἐνύδρως* Brunckius. Festive vertit Frischlinus: *pluvìales ictidas.* *ἰκτίδας, ἐνύδρεις* optime Scaliger. Metri gratia dedi *ἐνύδριας*, quae forma *Βοιωτιάζοντι* accommodatior est. Est autem *ἔννδρις*, sive *ἐννδρὶς* (accentus enim incertus est) Latinis *Lutra*, nostratibus *an Otter.* Hesychius: *ἔννδρος* (sic)· *ζῷον ποτάμιον ἀμφί-*

βιον ὅμοιον κάστορι. Ad hanc pertinere videntur Scholiastae verba a Suida descripta: *ἴκτιδας* (sic)· *εἶδος ζῴου, ὡς οἱ κάστορες· ἢ ἔννυδρον· ἔστι δὲ ἰχθυοφάγον.* Legerim: *ἔστι δὲ ἔννυδρον καὶ ἰχθυοφάγον. Ἰκτὶς* autem, sive *ἴκτις*, mustelae genus est. *Viverram* vocant interpretes. *Elmsl.*

ἐγχέλεις. Malim *ἐγχέλεας*, ut *ἐνύδριας. Elmsl.*

Κωπαΐδας. A lacu Boeotiae. Erant autem in pretio illae anguillae. *Bergl.*

891. (883.) Parodia versus Aeschyli in *Armorum Iudicio*, quem profert Scholiastes:

δέσποινα πεντήκοντα Νηρήδων χορῶν.

Brunck.

πρέσβειρα. Hesychius: *πρέσβειρα· προτιμητή, ἀρχηγέτις.* Vide Lys. 86. *Elmsl.*

Κωπαΐδων κορᾶν. Anguillas lacus Copaidis Aristophanes hic lepide vocat *κόρας Κωπαΐδας*: eodem scilicet sensu, quo Eubulus apud Athen. l. VII. c. 13. p. 300. easdem appellat *παρθένους Βοιωτίας Κωπαΐδος, virgines Boeotiae Copaidis.* Huc etiam spectat, quod apua Phalerica ab eodem Eubulo apud Athen. l. III. p. 108. B. dicatur *Φαληρὶς κόρη.* Vide etiam Schol. infra ad Pacem v. 1005. ubi locus hic Aristophanis citatur. *Kust.* Facete de anguillis quasi de Nereidibus loquitur, quae erant quinquaginta: et alludit ad locum aliquem Aeschyli, cuius meminit Scholiastes. Euripides in Iphig. Taur. 427. *ὅπου πεντήκοντα κορᾶν τῶν Νηρήδων χοροί.* ubi vide notulam Cl. Barnesii. Euripides in Andromacha 1267. *λαβοῦσα πεντήκοντα Νηρήδων χορόν.* Sic etiam in Lysistr. 703. de anguilla loquitur quasi de puella: *ἑταῖραν ἐκάλεσ' ἐκ γειτόνων παῖδα χρηστὴν καμπτὴν ἐκ Βοιωτῶν ἔγχελυν. Bergl.*

Κωπάδων. Κωπαΐδων vulgo, et *Κωπαΐδ'* inferius v. 962. In huiusmodi vocibus vel produci debet vocalis ante *ι*, vel crasis adhiberi. Noster Pac. 1005. *καὶ Κωπάδων ἐλθεῖν σπυρίδας.* Apud Sophoclem. Trach. 74. 237. 401. pro *Εὐβοΐδα, Εὐβοΐς*, reponi debet *Εὐβῴδα, Εὐβωΐς* c). Geminatum *ἰῶτα* nunquam usur-

c) Cf. Elmsl. ad Eurip. Heraclid. v. 84.

pant Attici, nisi utrumque extra diphthongum sit, ut in *Διὶ, περίιθι. Elmsl.*

892. *d*) (884.) *ἔκβαθι τᾷδε, — τῷδε* vulgo, ad *τῷ ξένῳ* relatum, accedente Invernizio. *τῶνδε A. τῶδε* (*τῶ σπυριδίω* scilicet) Brunckius. Dedi *τᾷδε* Doricum pro *δεῦρο*. Sappho: *ἀλλὰ τῦδ' ἔλθ', αἴποκα κἀτέρωτα. Elmsl.*

κἠπιχαρίττα e). Plene *καὶ ἐπιχαρίττα*. Auctor Etymol. M. p. 367. l. 19. *ἐπιχαρίττα, ἀντὶ τοῦ ἐπιχαρίζου, Βοιωτικῶς, παρὰ Ἀριστοφάνει*. Imperativus verbi *ἐπιχαρίττομαι* Doriensibus est *ἐπιχαρίττω*. *ω* in *α* mutatur, quod Aeoliis solemne est, *ἐπιχαρίττα*. Sic supra 888. *φυσᾶντες* pro *φυσῶντες*, et apud Theocritum *ἐπάξα*, pro *ἐπάξω*.

χἁ σύριγξ εὐρῶτι παλύνεται, ἄν ποκ' ἐπάξα.

Mox v. 913. *ἤρα*, pro *ἤρω*. In membr. aliter scriptum et distinctum: *ἔκβαθι τῶνδε. κἠπιχαρίττα* — quod vero proximum est. Scripserat Comicus, *ἔκβαθι τῶδε*. Scilicet *σπυριδίου. δεικτικῶς*. Vel *ἔκβαθι τᾶσδε*, nempe *σπυρίδος*. In Pac. 1005.

καὶ Κωπαΐδων ἐλθεῖν σπυρίδας.

Sed verum est prius *τῶδε* in genitivo. *Brunck. κἠπιχάριττα* antepenacute vulgo ante Brunckium. Verbum esse videtur, neque tamen Etymologo assentiri possum, qui pro *κἀπιχαρίζου* dictum putat. *Elmsl.* Corruptissimum illud *κἠπιχάριττα* sic forte restituetur:

ἔκβαθι τῷδε, κἦτι χαρίττευ τῷ ξένῳ.

κἦτι pro *καὶ ἔτι*, ut *κἦφα* Doricum, pro *καὶ ἔφη*, *κἠκ* pro *καὶ ἐκ*, monente Corintho. *χαρίττευ* itidem ex dia-

---

d) De particula *τυΐδε* egregie meritus est laudatissimus Valcken. l. c. [in epistola ad Roever.] p. 32. Haec restituenda videtur Aristophani in Acharn. vs. 884. ubi ex sua dialecto Boeotus: *πρόσβαιρα πεντήκοντα Κωπαΐδων κορᾶν, ἔκβαθι τῷδε κἠπιχαρίττευ τῷ ξένῳ*. Si *τῷδε τῷ ξένῳ* iungi voluisset Comicus, quod facit in versione *huic hospiti* Interpres, alia collocatione usus fuisset: nunc scripserim *ἔκβαθι τυΐδε, exi huc;* nisi simplicius legendum videatur *ἔκβαθι τῶδε*, eadem sententia; videlicet Dorice pro *ὧδε. Koen.* ad Gregor. Cor. p. 396.

e) Scholia: *ἀντὶ τοῦ ἐπιχαρίτως ἔκβηθι τῷ ξένῳ*. Sed videtur verbum esse debere propter *καί. Bergl.*

lecto, vice communis χαρίζου. χαρίζεσθαι, ut notum, puella dicitur, quae amatori *sui facit copiam:* hoc ille satis ridicule ad anguillam esui praeparandam comedendamque transtulit, dum in oratione pergit figurata. *E. H. van Eldik.* in Suspic. specim. p. 19. Bene doctiss. Eldikius mutat verbi terminationem κηπιχαρίττεν τῷ ξ. i. e. καὶ ἐπιχαρίζου. Nihil praeterea mutandum. *Koen.* ad Gregor. Cor. p. 202. Fo. κηπιχάριτα. vid. 867. [875.] *Bentl.*

894. τρυγῳδικοῖς. Perperam in membr. τραγῳδικοῖς. *Brunck.*

895. (887.) *Μορύχῳ f).* Ex hoc loco male intellecto, tragicum poetam fuisse Morychum temere statuit Scholiastes: quasi dixisset comicus: φίλη μὲν κωμῳδοῖς, φίλη δὲ τραγῳδοῖς. Praeter nostrum Vesp. 506. 1142. Pac. 1008. audiendus de eo Plato comicus εἰρωνευόμενος apud Schol. ad Nub. 109.

ὦ θεῖε Μόρυχε, νῦν γὰρ εὐδαίμων ἔφυς,
καὶ Γλαυκέτης ἡ ψῆττα, καὶ Λεωγόρας,
οἳ ζῆτε τερπνὸν οὐδὲν ἐνθυμούμενοι.

Quod tradit Schol. ad v. 61. huius fabulae, eum ex numero legatorum ad regem Persarum fuisse, quos deridet poeta, unde hauserit plane nescio. *Elmsl.*

Athenaeus p. 297. D. φησὶ γοῦν Ἀγαθαρχίδης ἐν ἕκτῃ Εὐρωπιακῶν, τὰς ὑπερφυεῖς τῶν Κωπαΐδων ἐγχέλεων, ἱερεῖον τρόπον στεφανοῦντας καὶ κατευχομένους, οὖλας τὲ ἐπιβάλλοντας, θύειν τοῖς θεοῖς τοὺς Βοιωτοὺς καὶ πρὸς τὸν ξένον τὸν διαποροῦντα τὸ τοῦ ἔθους (γένους vulgo) παράδοξον, καὶ πυνθανόμενον, ἓν μόνον εἰδέναι φῆσαι τὸν Βοιωτὸν, φάσκειν τε ὅτι δεῖ τηρεῖν τὰ προγονικὰ νόμιμα, καὶ ὅτι μὴ καθήκει τοῖς ἄλλοις ὑπὲρ αὐτῶν ἀπολογίζεσθαι. *Elmsl.*

896. (888.) Adducitur hic locus a Polluce X. 94. et quidem vocis ῥιπὶς gratia. Ceterum quam ἐσχάραν hic vocat Aristophanes, Latini appellant *focum* vel

---

f) Poeta tragicus, ut ait Scholiastes, et notatur tanquam helluo: in Pace 1009. ὀψωνοῦντας τυρβάζεσθαι Μορύχῳ, Τελέᾳ, Γλαυκέτῃ, ἄλλοις τένθαις πολλοῖς. *Bergl.* V. Ruhnken. ad Timaeum p. 183.

foculum. Vide Casaub. ad Athen. l. I. cap. 6. *Kust.* Vocem ὀπίδα hinc allegat Pollux X. 94. Usurpatur etiam v. 670. *Elmsl.*

897. (889.) τὴν ἀρίστην. Confer Lys. 700. ubi anguillam Copaidem mulier παῖδα χρηστὴν κἀγαπητὴν appellat. Hunc versum citat Athenaeus p. 299. B. [a Kust. indicatus] ubi pro ἀρίστην habet κρατίστην, et sic ex eo Eustathius p. 1240. l. 19. [et Grammaticus Hermanni p. 521.]. *Brunck.*

898. (890.) ἥκουσαν ἔκτῳ μόλις ἔτει ποθουμένην. Rursus his versibus Aristophanes indicat, quo tempore prodierit drama Ἀχαρνῆς. Nam Copais lacus, unde anguillae laudatae afferebantur Athenas, erat in Boeotia. Boeoti vero cum Peloponnesiis coniurati bellum gerebant cum Atheniensibus. Ideo non viderant Copaidas anguillas Athenienses a sex annis, interrupto inter eos et Boeotos commercio. Nam bellum iam in sextum usque annum Euthydemo Archonte duraverat, ut dictum est [supra p. 2.]. *Palmer.* Sexto anno belli Peloponnesiaci; supra 265. ἕκτῳ δ' ἔτει προσεῖπον. *Bergl.*

899. *g*) (891.) ὦ τεν' vitium typographicum ed. Aldinae plerasque veteres invasit. Recte scriptum in edd. 1538. 1600. *Elmsl.*

901. (893.) μηδὲ γὰρ θανών ποτε σοῦ χωρὶς εἴην. Sunt verba ex Euripidis Alcest. 367. Ceterum merito aliquis ad Dicaeopolidem haec optantem dicat cum Philetaero comico: οὐ γὰρ θανών γε δήπουθ' ἕγκελυν φάγοις. apud Athenaeum VI. p. 280. *Bergl.* Parodia ex Euripidis Alcestide ubi v. 374. Admetus uxori haec ait:

μηδὲ γὰρ θανών ποτε
σοῦ χωρὶς εἴην, τῆς μόνης πιστῆς ἐμοί.

Brunck.

ἐντετευτλανωμένης *h*). Athenaeus p. 500. B. ὅτι δ' ἥσθιον τὰς ἐγχέλεις καὶ μετὰ τεύτλων ἐντυλίξαντες, πολὺ

---

g) ὦ τέκν'. Ita ed. Farrei. Aldina, Iuntina et nupera ὦ τέν' vitiose. Brubachii ὦ τᾶν. *Bergl.* ὦ τὰν probabat *Reisk.*

h) Graeci olim anguillas betae foliis involvere solebant, quod

μὲν ἐστι καὶ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις κωμικοῖς. Horum χρήσεις aliquot profert, inter quas haec est Eubuli in Ione: αἵ τε λιμνοσώματοι Βοιώτιαι παρῆσαν ἐγχέλεις θεαὶ, τεῦτλ' ἀμπεχόμεναι. *Brunck.*

903. (895.) πεῖ γενήσεται; Sic scribendum e dialecto. πεῖ pro πῇ, ut supra v. 867. νεὶ pro νή. In membr. scriptum παῖ. *Brunck.* πᾷ. πᾶ vulgo. παῖ A. Rav. quod Invernizius pro vocativo, *puer*, accipit. πεῖ perperam Brunckius. *Elmsl.*

906. (898.) ἰώνγα. Vulgo ἰώγα. In membr. ἰώγε. Boeoticum est ἰώνγα. Corinna Boeotia in fragmento quod exhibent Excerpta Vossiana ex Apollonii Dyscoli Grammatica [p. 325. ed. Bekker.]: μέμφομαι δὲ καὶ λιγουρὰν Μυρτίδα ἰώνγα, ὅτι βάνα φοῦσα ἔβα Πινδάροιο ποτ' ἔριν. *Brunck.* Hesychius: ἰώγα· ἔγωγε· Βοιωτοί. *Elmsl.* qui ἰώγα revocavit.

907. (899.) ἐνθένδ' ἐκεῖσ'. Sic bene distinctae voces in C. Male vulgo ἐνθένδε κεῖσ'. — ἄξεις ἰών. Sic duo codd. ut impressi. At in B. diversa lectio est haud invenusta. Atheniensis sermo desinit in ἄξεις. Tum Boeotius infit: ἰώ; ὅτιγ' ἔστ' Ἀθάναις — *Brunck.* Codicis B. scripturam recepit Elmsleius, qui monet utramque lectionem a Scholiasta memorari.

908. (900.) Ἀθάνασ'. Ἀθάναις vulgo, ubi praepositio minus recte omittitur. Vestigia verae scripturae servat Schol. qui Ἀθάνας habet. *Elmsl.*

ἐν Βοιωτοῖσι vulgo ante Kusterum. *Elmsl.*

909. ἀφύας Φαληρικάς. Matron apud Athen. l. IV. c. 5. p. 135. A. in descriptione lautioris coenae mentionem etiam facit Φαληρικῆς ἀφύης. *Kust.*

911. (903.) παρ' ἁμί. παρ' ἁμῖν vulgo. *Elmsl.* μὴ ᾽στὶ Vat. Kusterus i) [Bentleius] et Brunckius. Verbum substantivum vulgo desideratur. *Elmsl.*

ἐντευτλανοῦν Aristophanes hic vocat. Athenaeus l. VII. c. 13. p. 300. ὅτι — κωμικοῖς. Affert deinde exempla quaedam ex veteribus comicis petita, quae lector apud ipsum legat. *Kust.* Anguillae coquebantur cum betis. Vide ad Pacem 1014. *Bergl.*

i) Versus hic antea uno pede brevior erat; quippe qui in prioribus editt. sic legitur: ἀλλ' ὅτι παρ' ἁμῖν μή, τᾶδε etc. Quare ex cod. MS. Palatino, qui nunc est in bibliotheca Vaticana, defectum hunc merito supplevimus. *Kuster.*

912. *k*) Noster Vesp. 856. *κάλλιστα τοίνυν· πάντα γὰρ πάρεστι νῷν. Elmsl.* qui versum sic distinxit: *ἐγῶδα τοίνυν· συκ.* etc.

913. (905.) *νὴ τὼ σιώ.* Pro *νὴ τὼ θεώ.* Iurat per Amphionem et Zethum tanquam Thebanus. Cum Lacon aliquis aut Lacaena iurat *ναὶ τὼ σιώ*, ut in Pace 214. et in Lysistr. 86. intelligit Castorem et Pollucem. Atticae foeminae si iurent *μὰ τὼ θεώ*, ut in Eccles. 155. intelligitur Ceres et Proserpina. *Bergl. νεὶ τὼ σιώ.* Hoc rursus e membr. in quibus *νεῖ.* Vulgo *νή. Brunck.*

915. (907.) *ἅπερ l*). Ita recte Aldina et Farrei. Nupera *ἄπερ. Bergl.*

πίθακον ἁλιτρίας πολλᾶς πλέων. In Ecclesiaz. 1067. *πίθηκος ἀνάπλεως ψιμμυθίου.* Sophocles in Aiace 1116. *ἄνδρ' ὄπωπα μωρίας πλέων.* Idem in Electra 609. *ἀναιδείας πλέαν.* Aeschylus Prometh. 42. *θράσους πλέως. Bergl.*

ἁλιτρίας πολλὰς vulgo ante Brunckium *m*). Nescio an huc respexerit Hesychius inter *ἀλᾶτο* et *ἀλαυρίδας: ἁλατρίας· ἁμαρτωλίας. Elmsl.*

πλέον Brunckius. *πλέων* pro participio accepisse videntur librarii. Recte interpretatur Frischlinus *n*). *Elmsl.* qui *πλέων* revocavit.

916. (908.) *Νίκαρχος φανῶν.* Scholia: *ὁ Νίκαρχος κωμῳδεῖται ὡς συκοφάντης. φανῶν δὲ ἀντὶ τοῦ κατηγορήσων. Bergl.*

---

k) *συκοφάντην ἔξαγε.* Frischlinus: *age, sycophantam expecta.* Pessime *ἔξαγε* hic vertit *expecta*, quod significat *tecum educ*, vel *asporta. Kuster.*

l) Pro *ἥπερ*, i. e. *ὥσπερ* ut supra 759. ubi editio Farrei *ἅπερ.* hic autem eadem illa *ἄπερ·* in Lysistr. vero v. 84. eadem haec part. *ἀπερ.* Et ibid. v. 1267. *αἴπερ* ed. Far. aliae *αἴπερ.* Sed in Lysistr. aliter scribendum. *Bergl.*

m) *πολλᾶς* iam in Bergleri editione legitur et voluerat etiam *Bentl.*

n) Vertit: *multis referta flagitiis et fraudibus.* Brunckius: *tanquam simium flagitiis multis plenum.*

917. *μικκός γα.* Pro *μικρός γε. Bergl.* *ἀλλ' ἅπαν κακόν* o). *ἀλλὰ πᾶν κακὸν* Suidas in *μικρός. Bentl.*

918. (910.) *τῶδ' ἐμοῦς.* Vulgo *τῶδ' ἐμά*, quod valet *mei mea*, et insulsum est. *τουῦδε* adhibetur *δεικτικῶς* pro huius hominis, id est, *mei.* Si pronomen addatur, personale esse debet, non possessivum. *ἐμοῦς* ex dialecto est, quod quum quid esset librarii ignorarent, imperite mutarunt in *ἐμά.* Paulo plus sapere sibi visus est librarius cod. C. qui scripsit *τώδ' ἐμά.* Ad quaestionem *τίνος ἐστὶ τὰ φορτία;* respondere debuit, *τουῦδε, ὃν ὁρᾷς, ἐμοῦ.* Vel concise et ex usu suo loquendi *τῶδ' ἐμοῦς:* quo refertur id quod proximo versu regerit Sycophanta *ἐγὼ τοίνυν ὁδί.* Sic enim scriptum est in tribus codd. Vulgo *τοίνυν γ' ὁδί. Brunck.* *τῶδ' ἐμά.* *τῷδ' ἐμὰ* edd. *τῶδ' ἐμὰ* A. B. Kusterus. *τώδ' ἐμὰ* C. *τῶδ' ἐμοῦς* Brunckius. Sic *ἥδ' ἐγὼ* Lys. 94. Nullus dubito quin sub *ἐμὰ* lateat Dorica forma genitivi *ἐμοῦ*, tam in hoc versu quam in 775. Donec vero res ad liquidum perducta sit, nolim receptam scripturam cum Brunckio mutare. Magnum corruptelae locum dederunt pronominum formae Doricae. In Lys. 998. ante Brunckium legebatur: *ἀπὸ Πᾶνος. οὐκ' ἀλλ' ἀρχὰ μὲν οἰῶ Λαμπιτώ.* Is *ἀλλ'* eiiecit, et *οἰῶ* mutavit in *οἷα, sola.* Ni magnopere fallor, scribendum: *οὐκ' ἀλλ' ἄρχειν οἷο Λαμπιτώ.* et v. sequente, *ἔπειτα τἄλλαι.* Vide eiusdem fabulae v. 81. 156. 1256. *Elmsl.*

919. (911.) *Θείβαθεν.* Sic etiam hic in membr. recte scriptum. Supra 862. [quem locum *Bergl.* affert] dant *Θείαθεν*, ut C. qui hic habet *Θήβαθεν*, ut B. Mira in observandis dialectorum proprietatibus librariorum negligentia. *Brunck.*

ἴττω Ζεύς. Pro *ἴστω Ζεύς. Sciat hoc Iupiter*, vel *Iovem testor.* Erat nimirum formula haec iurisiurandi apud Boeotos olim usitata: ut patet etiam ex Platone in Phaedone p. 377. C. ed. Laemar. ubi de Cebete, qui erat Thebanus, atque adeo Boeotus, ait: *καὶ ὁ Κέβης — εἰπών.* Idem epist. VII. ad Dionis propin-

o) Cf. Valckenar. ad Theocrit. Adon. p. 416.

quos, p. 720. D. eiusdem edit. ἴττω — Θηβαῖος. Utrumque locum Ficinus male intellexit. *Kust.* Communi autem dialecto ἴστω· Sophocles in Trachin. 403. et Euripides in Iphig. Taur. 1077. ἴστω μέγας Ζεύς. Sophocles in Antig. 190. ἴστω Ζεὺς ὁ πάνθ' ὁρῶν ἀεί. Idem in Oedipo Col. 514. θεὸς ἴστω. Est autem iurantis. *Bergl.* ἴττω Ζεὺς vulgo. ἴττω Δεὺς [quod Elmsl. recepit] scholiorum ed. Aldina. Hesychius: Δεύς· Ζεύς. Plato Phaedone p. 47. C. [p. 25. ed. Heindorf.] καὶ ὁ Κέβης, ἡρέμα ἐπιγελάσας, ἴττω Ζεύς, ἔφη, τῇ αὐτοῦ φωνῇ εἰπών. Idem epist. p. 1290. C. ἴττω Ζεύς, φησὶν ὁ Θηβαῖος. Haec loca indicavit Kusterus. τοίνυν γ' ὁδὶ edd. τοίνυν ὁδὶ A. B. C. Brunckius. *Elmsl.*

920. (912.) τί δαὶ p) κακὸν παθών. Sic excudi debuit, ut in apographo scripseram, quod male expressit typotheta [qui καὶ dedit]. *Brunck.* Parum dubito quin scripserit poeta: φαίνω πολέμια ταυταγί. τί δαὶ παθών. Valde interpolatorem sapit istud κακόν. *Elmsl.*

921. q) (913.) πόλεμον ἤρα. Sic perspicue membran. et haec est genuina lectio. Vulgo ἤρω. Vide not. ad v. 884. *Brunck.* ἤρα. ἤρω edd. vett. ἤρω recentiores. ἤρα A. Brunckius. Dorienses scilicet αο in terminationibus verborum in α longum contrahunt: ut διαπεινᾶμες superius v. 751. φυσᾶντες 868. unde pro ἐῶντι malim ἐᾶντι Lys. 1005. *Elmsl.* ὀπτᾶντες habet Epicharmus apud Athen. p. 309. F. ἀσάμενοι Alcaeus p. 430. B. quod male, meo quidem iudicio, in ἀσώμενοι mutatum voluit Bentleius ad Horat. Carm. III. 2. 1. *Elmsl.* in Auctario.

922. (914.) ἀδικειμένος r) pro ἠδικημένος Boeotice dictum statuunt grammatici: quod si verum est, eodem iure pro αὐλῆται v. 862. et γενήσεται v. 895. scribendum erit αὐλεῖται et γενέσεται. Aliquanto numerosius esset ἀδικείμενος prima brevi, pro ἀδικούμενος,

---

p) Vereor ne scribendum sit τί δέ. *Hermann.* ad Viger. p. 848. Occupavit *Bentl.*

q) ὀρναπτίοισι. Scholia: ἀντὶ τοῦ ὀρνέοις. ὡς ἐπὶ ἐθνῶν δὲ λέγει. ἤρω autem aor. 1. med. ab αἴρομαι. *Bergl.*

r) Pro ἠδικημένος. medium η in ει ut in Θείβαθεν. *Bergl.*

si modo constaret eam participii formam in huiusmodi verbis a Boeotis usurpatam esse. Non longe dissimilia sunt *δινῆντες* (fortasse *δίνηντες*) quod habet Sappho apud Dionysium Halic. de Comp. Verb. p. 177. et *φορήμεθα* in Alcaei fragmento apud Heraclidem Ponticum in Opusc. Mythol. Galei p. 413. *Elmsl.*

923. *φάσω* edd. vett. *Elmsl.*

924. *s*) (916.) *πολεμίων εἰσάγεις.* Particulam *γε* inserunt A. B. [Rav. et recepit *Elmsl.*] *Brunck.*

θρυαλλίδα. θρυαλλίδας vulgo. *θρυαλλίδα* Suidas in *θρυάλλις. Elmsl.*

925. *t*) (917.) *δῆτα διὰ θρυαλλίδας.* In A. C. media praepositio omissa est cum versus labe. Eam exhibet B. Sitne a Comici manu, an ab aliquo librario inserta fuerit fulciendo versui, non decernam. Profecto plus salis haberet hic locus, si legeretur:

ἔπειτα φαίνεις δῆτα τὰς θρυαλλίδας;

Sic, ut solet, luderet in ambiguitate verbi *φαίνειν*, qui iocus latine non potest exprimi. *Itane vero φαίνεις ellychnia, quorum ipsorum τὸ φαίνειν proprium est?* *τὰς* excidere potuit propter affinitatem praecedentis syllabae. *Brunck. διὰ θρυαλλίδος* Bentleius. Versus in Rav. desideratur. *τὰς θρυαλλίδας* coniicit Brunckius, unde feci *καὶ θρυαλλίδα. Elmsl.*

926. (918.) *αὕτη γὰρ ἐμπρήσειεν ἂν τὸ νεώριον.* Huc respexit Alciphron in epist. Bacchidis ad Myrrinam p. 571. ed. Genev. in fol. *ὄψει σεαυτὴν ἢ τὰ νεώρια ἐμπεπρηκυῖαν, ἢ τοὺς νόμους καταλύουσαν. Kust.* Euripides in Inone: *μικροῦ γὰρ ἐκ λαμπτῆρος Ἰδαῖον λέπας πρήσειεν ἄν τις. Bergl.*

927. Malim, deleta Nicarchi persona: *νεώριον θρυαλλίς; οἴμοι, τίνι τρόπῳ;* Superius v. 590. *οἴμοι* in *οἶμαι* mutarunt librarii. *Οἴμοι* hic indignantis est, ut in Eq. 183. *οἴμοι, τί ποτ' ἔσθ', ὅτι σαυτὸν οὐ φῂς ἄξιον; Elmsl.*

---

s) V. Boeckh. Staatsh. der Athener T. I. p. 59.

t) *φαίνεις διὰ τὰς θρυαλλίδας.* Duplex sensus, qui uterque hic locum habet; *luces accensis ellychniis.* et: *ostendis* i. e. *defers me propter ellychnia*, quae importavi. *Bergl.*

928. (920.) *εἰς τίφην ν*). *ἐς σίλφην* ex glossemate Suidas in *θρυαλλὶς*, qui vulgatam habet in *νεώρια*. Phrynichus p. 132. *σίλφην, καὶ τοῦτο διεφθαρμένον· τίλφην* (l. *τίφην*) *γὰρ οἱ παλαιοὶ λέγουσι. Elmsl.* Cum haec scriberem, nondum Suidae verba animadverteram: *σίλφη· ὄνομα ζωυφίου· καὶ σίλφας λέγουσιν εἴδη ἀκαρίων.* Quo auctore haec dixerit grammaticus nondum mihi compertum est. Si vera sunt, *τίφην* apud nostrum pro navicula accipiendam censeo. *Elmsl.* in Auctario.

Sensus huius loci latuit interpretes, qui *τίφην* male pro animalculo quodam accipiunt. Est autem *τίφη* frumenti genus, in palustribus, ut opinor, locis habitans, qualis est Boeotia: *τῖφος* enim palus est. An diversum fuerit ab eo quod hodie oryza dicitur, viderint huius rei peritiores. Quod autem dicit Nicarchus, hoc fere videtur: periculum esse ne *ἐλλύχνιον* accensum per cavum et fistulosum *τίφης* culmum spiritu oris in navale propellat Boeotus. Similia ex Anna Comnena Alex. p. 383. protulit Gibbonus LII. 20. *τοῦτο μετὰ θείου τριβόμενον, ἐμβάλλεται εἰς αὐλίσκου κάλαμον, καὶ ἐμφυσᾶται παρὰ τοῦ παίζοντος λαβρῷ καὶ συνεχεῖ πνεύματι. Elmsl.*

930. (922.) *δι' ὑδροῤῥόας.* Sic more antiquo scriptum in B. Vulgo *ὑδροῤῥόας.* Geminatio illa literae *ῥ*, quae hodie in vocibus compositis ubique fere obtinet, recentioris aevi commentum est. Veteres literam illam in scriptura non geminabant; sed pro duplici habebatur, asperiusque pronuntiabatur, sicubi praecedens vocalis producenda esset. *Brunck. ὑδρορῥοῆς. ὑδροῤῥόας* vulgo, consentiente Suida in *θρυαλλίς.* Scripturam mutavi hic et inferius v. 1186. ex analogia compositorum *διαῤῥοὴ, ἐκροὴ, ἐπιῤῥοή. Elmsl.*

βορέαν ἐπιτηρήσας. Ventus iuvat incendium. Thu-

---

v) Citat Suidas v. *νεώριον.* Locum autem hunc cum verteret Frischlinus, aliud egisse videtur. Neque enim *τίφην* hic significat *frumentum*, sed animalculum quoddam volucre, e scarabaeorum genere, ut explicat Scholiastes, et ex eo Suidas, neque *ἅψας* hic notat *apprehensum*, sed *postquam* accendit, vel *accensum. Kuster.*

cydides l. II. de obsidione Plataearum: *πρότερον δὲ πυρὶ ἔδοξεν αὐτοῖς πειρᾶσαι εἰ δύναιντο, πνεύματος γενομένου, ἐπιφλέξαι τὴν πόλιν.* *Bergl.*

932. (924.) *σελαγοῖντ' ἂν εὐθύς.* Certissima est eademque elegantissima Piersoni emendatio, quem vide ad Moeridem p. 266. Vulgo *σελαγοῖντ' ἂν αἱ νῆϋς.* Ionicum *νῆϋς* in Attico sermone locum non habet. *ναῦς* plurale adhibent Attici solummodo in accusativo: pluralis nominativus est *νῆες*, quem etiamsi metrum admisisset, non tamen repetiisset Comicus. Quanta enim, quaeso, esset ista sermonis invenustas? *εἴπερ ἅπαξ λάβοιτο τῶν νεῶν τὸ πῦρ, σελαγοῖντ' ἂν αἱ νῆες.* Saltem dixisset *σελαγοῖντ' ἂν αὗται.* Depravatum est *ΑΙΝΗΤΣ* ex *ΕΤΘΥΣ*, quod adverbium in textu olim fuisse, liquido ostendit veteris Grammatici interpretatio. *ἐὰν ἅψηται, φησὶ, μόνον,* *ΕΤΘΥΣ καίονται — ΣΕΛΑΓΟΙΝΤ' ΑΝ. αἱ νῆες* [*ναῦς* Elmsl.] *δηλονότι.* Quis animum inducat, postrema illa verba supplendae sententiae additurum eum fuisse, si legisset in textu *σελαγοῖντ' ἂν αἱ νῆϋς*? *Brunck.* Piersonum cum Brunckio secutus est *Elmsl.*

934. *μαρτύρομαι.* Quia quum postrema verba diceret, percussit eum Dicaeopolis. *Brunck.*

935. (927.) *ἐνδήσας.* *δήσας* Suidas in *φορυτός.* *Elmsl.*

φέρῃ. Sic in B. ex emendatione vulgato *φέρω* superscripta [et coniecerat *Reisk.*]: recte. Non enim Dicaeopolis, sed Boeotius sycophantam in humeros sublaturus erat. Priora autem verba *δός μοι φορυτὸν*, ad famulum quempiam in scena adstantem dicit. Observandum tamen in B. praefixam fuisse huic versui personam Boeotii, cui si cum sequente tribuatur, bene se habebit *φορῶ.* Sed quae mox Chorus ait suadent, ut bini illi versus Dicaeopolidi continuentur, ut et quae dicit ipse Dicaeopolis infra v. 952. Et hoc agnovisse videtur illius codicis librarius: nam duplici litura personam induxit: quamque versui 929. praeposuerat personam *Δικ.* mutavit in *Χορ.* prioris scripturae vestigiis etiamnum exstantibus. *Brunck.* *ἐνδήσας φέρω.* *φέρῃ* B. pro varia lectione Brunckius.

Alii, servato φέρω, quod agnoscunt Rav. et Suidas in φορυτὸς, hunc versum et sequentem Boeoto tribuunt. Verum si haec de Boeoto accipiantur, legendum erit ἐνδησάμενος, ut superius v. 905. Mihi quidem nondum liquet. Fortasse scripsit poeta: ἐνδήσω φέρειν. *Elmsl.* Mihi haec adhibenda videtur correctio:

δός μοι φορυτὸν, ἵν' αὐτὸν ἐνδήσας στέγω.

Reisig. I. p. 15.

Me quidem non solum participium φορούμενος, quod hic aptius etiam, quam φερόμενος est, sed φέρω quoque, quod quamvis ineptum, tamen et plerique omnes et optimi codices habent, movet, ut maiorem quandam hic latere corruptelam suspicer. Accedit ad haec alia dubitatio, quam metra obiiciunt. Nam si hoc in versu trimetri desinunt, poterit quidem ex sequentibus versibus stropha atque antistropha confici, sed non sine lacuna tamen. Metrico scholiastae quidem in hoc carmine nullam fidem habendam esse res ipsa docet. Quin manifestum est, grammaticos quaedam hic mutasse, vana de metris opinione deceptos, ut [v. 956.] κρέμαιτό γε, ubi cod. Rav. recte γε omittit. Quod nisi me mea suspicio fallit, graviora etiam conati sunt in his versibus, de quibus nostra exorta est disputatio. In quibus feliciter accidit, quod, quum καταγῇ nescirent media longa esse, φορούμενος servarunt. Itaque vide, ne v. 927 — 936. [935 — 944. ed. Invern.] stropha, 937 — 946. [945 — 957.]. antistropha, inde autem epodus sit. Sic nec lacuna opus erit, et personae sibi respondebunt, nisi si quid Boeotius iste turbare videbitur, de qua re tamen adhuc anquirendum est. Sed si haec recte conieci, difficultatem obiiciunt verba ἐνδήσας φέρῃ, quae, ne quid de sensu dicam, faciunt, ut hiatus sit in systemate. Neque enim videtur dubitari posse, quin, qui mox e scholiastae sententia trimetri subiectis tetrametris sunt, systemata potius catalectica, ut in iis, quae deinde sequuntur, haberi debeant. Ad quorum exemplum hi quoque duo versus conformandi sunt. Iam nec φέρω probari potest, quia Thebanus iste ferre sycophantam debet, ut recte observavit Brunckius: neque vero ἐνδήσας φέρῃ, quod hic ex uno codice reposuit, difficultate vacabit, quum non Thebanus, sed

Dicaeopolis colligare debeat sycophantam: unde chorus statim, ἔνδησον. Et sic infra ipse Dicaeopolis. Has dubitationes omnes removeris, si scripseris ἐνδήσω φέρων. Vide igitur ne totum systema sic scribendum sit:

δός μοι φορυτόν, ἵν' αὐτὸν ἐν-
δήσω φέρων, ὥσπερ κέραμον,
ἵν' ὅδε γε μὴ
φορούμενος καταγῇ.

Trimetros ut efficerent grammatici, et ordinem verborum mutarunt, et ὅδε γε abiecerunt, nisi aliud quid hic scriptum fuit. Quamquam nihil equidem invenio, quod hic aptius esse dicam, praesertim si illa v. 909. respicias, μικκός γα μᾶκος οὗτος. *Hermannus* apud Erfurdtium in horreo Regiomont. III. p. 432 sq. Sed postea mutata sententia, φερόμενος cum Brunckio probans in Elem. doctr. metr. p. 138., de totius carminis dispositione ibid. p. 101. haec scripsit: Plerumque comici his [iambicorum dimetrorum] systematis paria antisystemata opponunt, ut in Acharnensibus factum est v. 929 seqq. quorum partem *x*) quum recte descripserit Gaisfordius [ad Hephaest.] p. 245. videntur etiam priora a v. 929. [937. Inv.] usque ad 934. [942.] eodem modo constituenda esse. Est enim totius carminis haec descriptio:

α. α. β. α. | α. α. β. α.

in qua per litteram α systemata iambica, per β. binos catalecticos, qui utrobique inserti sunt, indicavi. Haec *Hermannus*.

Versus 937. — 939. sunt stropha ά.: 940. — 942. antistropha ά.: 943. stropha β'.: 944. antistropha β'. 945. — 948. mesodus: 949. — 952. stropha γ': 953. — 956. antistropha γ'.: nam particula γε de Ravennatis auctoritate expungenda: versus 957. stropha δ'.: 958. antistropha δ'.: 959. — 962. epodus. Schema igitur hoc habeas:

ά. ά. β'. β'. μεσ. γ'. γ'. δ'. δ'. ἐπῳδ.

x) V. 945. — 956. Non aliter haec descripsit Gaisfordius quam in Inv. ed. leguntur, nisi quod, ut per se intelligitur, v. 953. στὴν revocavit.

Reisig. I. 15. Numeros versuum in his accommodavi editioni Invern.

936. *y*). (928.) *ἵνα μὴ καταγῇ φερόμενος.* Sic scriptum oportuit. Male vulgo et pessumdato metro *φορούμενος.* Media in *καταγῇ* longa est. Noster in versu ex incerta comoedia (Fragm. XVI.)

ἵνα μὴ καταγῇς τὸ σκάφιον, πληγεὶς ξύλῳ.

Infra 944. in dimetro iambico:

οὐκ ἂν καταγείη ποτ', εἰ —

Brunck. *φορούμενος* vulgo, quod manifesto librariis debetur, qui nesciebant mediam syllabam in *καταγῇ* longam esse. *φερόμενος* Brunckius. Tribrachyn ante anapaestum in hoc versu animadvertit Hermannus [de metris] p. 159. Rav. et Suidas in *φορυτὸς* omnia habent ut vulgo. *Elmsl.*

957 — 962. Haec antistrophica sunt. Primus antistrophes versus est, 940. [949.] *Elmsl.*

ὦ βέλτιστε. ὦ λῷστε Schol. qui forsan legit: *ἔνδησον οὖν. Elmsl.*

938. (930.) Hic versus et sequens perperam vulgo in unum coniuncti sunt. Sic etiam versus 933. et 934. *Brunck.*

οὕτω δ' ὅπως. οὕτως, ὅπως vulgo, nulla distinctione post *ἐμπολὴν* adhibita. Noster Ran. 905.

ἀλλ' ὡς τάχιστα χρὴ λέγειν· οὕτω δ', ὅπως ἐρεῖτον
ἀστεῖα, καὶ μήτ' εἰκόνας, μήθ' οἷ' ἂν ἄλλος εἴποι.

Ceterum hunc locum allegat Moeris p. 155. ubi nihil inter *ἐμπολὴν* et *ὅπως* habent codd. *Elmsl.* Vulgo legitur in Eccl. 500. *ὅρα δ' ὅπως ὠθήσομαι* (alii *ὠθήσομεν*). Pro *ὅρα* magis placeret *οὕτω.* Vide etiam quae ad v. 127. dixi de Eccl. 82. *Elmsl.* in Auctario.

939. (931.) *μὴ καὶ φέρων κατάξει. ἂν μὴ φέρων κατάξῃ* vulgo. Omittunt *ἂν* omnes Moeridis codices. Deinde alii *μὲν φέρων κατάξῃ* habent, alii *μὲν φέρων κατάξει*, alii *μὴ καὶ φέρων κατάξει*, quod unice verum existimo. *Elmsl.*

---

y) Qui sequentia considerat, *ταυτολογίας* crimen effugere haec non posse confitebitur. Conglutinata sunt ex versibus 913. 939, proindeque transverso calamo signanda. *Hotib.*

941. (932.) Loci huius meminit Pollux VII. 164. eundemque explicat Suidas v. *πυρρῥαγής*; qui quoniam plura habet quam Scholiastes noster, verba eius hic describere non gravabor: *πυρρῥαγής· σαθρὸς, ἄχρηστος. ἀπὸ τοῦ ἐν ταῖς καμίνοις διαῤῥησσομένου κεράμου. πυρρῥαγῆ κεράμια καλεῖται, ὅσα ἐν τῷ πυρὶ ῥήγνυται ἐν τῷ ὀπτᾶσθαι. Κρατῖνος ἐν Ὥραις.*

ἴσως πυρρῥαγὲς καὶ κακῶς ὠπτημένον.

ὁ δὲ κέραμος πυρρῥαγὴς γενόμενος σαθρὸν ἠχεῖ. Haec sunt bonae notae et procul dubio ex vetere aliquo Scholiaste in hunc locum Aristophanis, hodie deperdito, descriptae. Ceterum versus Cratini, cuius metrum laborat, levissima mutatione sic in integrum restitui potest:

ἴσως πυρρῥαγὴς, κακῶς τ' ὠπτημένον.

Kust. *πυρρῥαγές.* In B. *περιῤῥαγές*, quod depravatum est ex *πυριῤῥαγές z*). Vide Pollucem VII. 164. Auctor Etymol. M. p. 697. *πυρρῥαγές· ὁ ἦχος τῶν κεραμικῶν σκευῶν ἐν τῷ πυρὶ κατεαγότων. ἀπὸ τοῦ πῦρ καὶ ῥήγνυμι.* *Brunck.*

945. (935.) *κρατὴρ κακῶν.* Hoc loco ipsum sycophantam vocat *κρατῆρα*, alludens ad etymologiam: est autem a *κεράννυμι*, *misceo*. Aliter Aeschylus in Agam. 1406. *τοσῶνδε κρατῆρ' ἐν δόμοις κακῶν ὅδε πλήσας.* *Bergl.*

τριπτὴρ δικῶν. Schol. *τριπτὴρ δικῶν· δίον εἰπεῖν ἁλῶν.* Legendum *ἐλαῶν* ex Polluce VII. 151. *ὁ δὲ κρατὴρ εἰς ὃν ἀποῤῥεῖ τοῦ ἐλαίου τὸ πιεζόμενον, τριπτήρ.* Similia habet X. 130. *Elmsl.*

946. (963.) *λυχνοῦχος.* Pollux X. 116. *ὁ δὲ νῦν φανὸς, καὶ λυχνοῦχος, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Ἀχαρνεῦσιν ἔφη:* ubi plura de hac voce grammaticus. Consulendus etiam Athenaeus p. 699. F. *a*) ubi quaedam antehac inedita ex cod. Veneto protulit Schweighaeuserus. *Laternam* vertere debuit Brunckius [qui vertit *candelabrum*]. Pherecrates apud Athenaeum:

ἄνυσόν ποτ' ἐξελθών, σκότος γὰρ γίγνεται,

---

z) V. Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 8.

a) Utrumque locum attulit *Kuster*. Scholiastae verba adscripsit *Bergl.*

καὶ τὸν λυχνοῦχον ἔκφερ', ἐνθεὶς τὸν λύχνον.
Alexis ibidem:

ὥστ' ἐξελὼν ἐκ τοῦ λυχνούχου τὸν λύχνον,
μικροῦ κατακαύσας ἔλαθ' ἑαυτόν.

ὑπευθύνοις Pollux loco laudato. *Elmsl.*

948. (959.) τὰ πράγματα dixit παρὰ προσδοκίαν pro τὰ φάρμακα. *Elmsl.*

ἐγκυκᾶσθαι. Respicit ad syllabam initialem vocis κύλιξ in praecedente versu. *Bergl.*

949. (940. Br.) πεποιθοίη. πεποιθείη [non male. *Bergl.*] edd. vett. et Porti, sed πεποιθοίη Schol. in omnibus edd. Similia sunt ἐκπεφευγοίην Soph. Oed. Tyr. 840. προεληλυθοίης Xenoph. Paed. II. 4, 17. Nullus dubito, quin hanc formam semper usurpaverint Attici; Cratinus apud Athen. p. 305. B. τρίγλη δ' εἰ μὲν ἐδηδοκοίη τένθου τινὸς ἀνδρός. Similes versus habet Pherecrates apud Athen. p. 685. A. *Elmsl.*

955. 956. (945.) Hic versus perperam vulgo in duos divisus. Senarium autem istum cum duobus praecedentibus dimetris citatum video a nupero Sophoclis explanatore ad Philoc. 648. ubi solito suo more nugatur. Sic ille: *Cum enim versus omnes sint iambici, necesse est, si vera sit scriptura, aut* κατεαγείη *scribatur, aut* καταγείη *secundam quasi ex crasi producat.* Si καταγείη, o bone, vera *sit* scriptura, minime necesse est, ut κατεαγείη scribatur. Nam ex eo quod καταγείη verum *sit*, necessario consequitur κατεαγείη falsum esse. Hoc primum. Deinde tuum κατεαγείη barbarum est. Audisis Thomam Magistrum. καταγῆναι, καὶ κατεαγέναι, καὶ κατάξαι. οὐ κατεαγῆναι, οὐδὲ κατεάξαι. βάρβαρα γὰρ ἀμφότερα. Nihil verius. Aoristorum verbi ἄγνυμι augmentum η solvitur in εα, quod in solo indicativo locum habere potest. In aliis enim modis, in quibus aoristi non augentur, augmenti, quod nullum est, solutio fieri non potest. Itaque graece dicitur κατεάγην, καταγείην, καταγῶ, καταγῆναι, καταγείς. Barbara sunt κατεαγείην, κατεαγῶ, κατεαγῆναι, κατεαγείς. Sicubi formae illae occurrunt, librariorum imperitiae tribui debent. Miror sane Taylorum, virum eruditum, Thomae oblocutum fuisse ad

Lysiam, p. 157. edit. Reiskii, ubi quae e Comico nostro profert exempla, nihil ad rem faciunt. Nam *καταάγη* in indicativo dici et *κατιάξε*, nec Thomas negat, nec quispiam alius: sed aoristum primum activum, et aoristum secundum passivum non augeri extra indicativum contendit, quod verum est. Ut Thomae fides elevaretur, adferendum erat exemplum aliquod ex Attico poeta, eius decreto contrarium, quod a nemine adhuc factum fuisse existimo. Nam solutae orationis auctores nihil moror, quorum in scriptis tam libere grassati sunt librarii. Iam vero si in optativo *καταγείη* nullum est augmentum, si nulla solutio, qui possit in eo esse *crasis?* Secunda in *καταγείη* ex indole sua longa est, quod ostendi ad versum 928. Sed age, cetera praeclarae illius notae expendamus. *An autem ἀγῇ pro ἐαγῇ dici possit, merito dubitat Cl. Musgrave. Nondum enim exemplum certum reperi. Quanquam in Aeschyli S. Th. ex ἑάλων legitur: ὧν ἁλῷ πόλις, quod analogia ex ἔαγον daret ἀγῇ.* Nescio ubi Musgravius dubitare se professus fuerit, an ex indicativo *ἐάγη*, vel Homerico *ἄγη*, rite deducatur subiunctivus *ἀγῇ*. Quin potius eum crediderim dubitasse, an subiunctivum *ἐαγῇ* graecitas agnoscat, qui sane nullibi reperitur. Ut verbi *ἁλίσκομαι* aoristus in indicativo est *ἑάλων*, in aliis vero modis, amisso augmento, et proinde augmenti solutione, *ἁλοίην: ἁλῶ, ἁλῷς, ἁλῷ: ἁλῶναι, ἁλούς:* non vero *ἑαλοίην, ἑαλῶ, ἑαλῶναι, ἑαλούς:* sic *ἐάγην, ἀγείην, ἀγῶ, ἀγῆναι, ἀγείς.* Haeccine Musgravium ignorasse? Vae tibi, si manes praestantissimi viri laeseris. Mirum sane, subiunctivum *ἁλῷ* apud Aeschylum occurrere! Ecquis vero eo non usus est? Comicus supra 622. *κοὐ μὴ ποθ' ἁλῷ δειλός.* Ran. 594. *ἢν δὲ παραληρῶν ἁλῷς.* Pl. 481. *ἐάν γ' ἁλῷς.* et alibi compluries. Quid autem tibi vis cum tuo semibarbaro sermone? *Quod analogia ex ἔαγον daret ἀγῇ.* Non ita Graecum Professorem loqui decet: non satis accuratum hoc est. Aoristus secundus activus verbi *ἄγνυμι* nullus est. Si esset, ab *ἔαγον* formaretur *ἄγῃ*, ut ab *ἔτυπον, τύπῃ*. Ab aoristo passivo *ἐάγην* formatur *ἀγῇ*, ut ab *ἐτύπην, τυπῇ*. Viden? Professor es linguae graecae, et tibi quaerendus est aliquis, qui te rudimenta linguae illius doceat. *Brunck,*

956. *γε*, cod. Rav. secutus, eiecit *Elmsl.*

958. (947.) Citat Suidas v. *θερίζειν*. *Kust.* *θερίδδειν*. Male vulgo *θερίδδειν b*). Vide supra ad v. 739. *Brunck.* *θερίδδειν* vulgo ante Brunckium. Haec verba non satis intelligo. Grammaticorum interpretationes parum ad rem sunt. *θερίδδειν* pro *εὖ πράττειν* dictum videtur. *Elmsl.*

959. (949.) Verbum *συνθέριζε*, quod metro adversatur, et ex glossemate natum videtur, uncinis inclusi. *Elmsl.*

961. *πρόσβαλλ'* optime Rav. *Elmsl.*

962. *πρὸς πάντα συκοφάντην*. Scholia: *ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν σωρόν*. Loquitur autem quasi de messore qui acervos facit. *Bergl.*

965. (954.) *ὑπόκυπτε τὰν τύλαν*. Procopius epist. 55. *ἀλλ' ὑποκύπτειν δεῖ τὸν αὐχένα καὶ ζυγὸν ἀνάγκης ὑπομένειν ἑκόντας. Τὰν τύλαν* autem i. e. *τὸν τύλον*, *callum*, dixit per metonymiam adiuncti pro subiecto. *Bergl.* Huius versus loco in impressis leguntur haec verba:

ὑπόκυπτε τὰν τύλαν, ὦ Ἰσμήνιχε.

Nescio an ea pro versu habuerint interpretes, quorum altum hic silentium. In B. scriptum:

ἴθι δὴ ὑπόκυπτε τὰν τύλαν, Ἰσμήνιχε.

Pro *δὴ* scriptum oportuit *δῆθ'*, quod reposui. *Brunck.* *ὑπόκυπτε τὰν τύλαν ἰὼν, Ἰσμήνιχε.* Repraesentavi hunc versum ut eum ex Rav. edidit Invernizius. Pro *ἰὼν* vulgo legitur *ὦ*. Longe aliter ex B. Brunckius. Hunc versum *διὰ μέσου* esse facile videbit lector. *Elmsl.* *ἰὼ* coniicit *Bentl.*

966. *c*) Hic versus et tres sequentes vulgo Boeoto continuantur. [Elmsl. omnes Dic. tribuit.] Boeoto v. 955. [966.] Dicaeopolidi sequentes tribuunt B. Brunckius. *Elmsl.*

967. (956.) Hic et duo sequentes versus, qui Boeotio vulgo continuantur, recte in B. Dicaeopolidi

---

b) Pro *θερίζειν*. *Bergl.*

c) Dicaeopolis loquitur. *Reisk.*

tributi sunt. *Brunck.* Revocavi distinctionem post ὅμως, quam agnoscunt tres omnium vetustissimae editiones. Praeter huius fabulae v. 402. 408. ita locutus est noster in Lys. 144. ὅμως γα μάν· δεῖ τᾶς γὰρ εἰράνας μάλ' αὖ: quem versum recte constituit Tyrwhittus in Animadvers. ad Toupium IV. p. 420. Ita Eurip. Hec. 842.

πιθοῦ· παράσχες χεῖρα τῇ πρεσβύτιδι
τιμωρόν· εἰ καὶ μηδέν ἐστιν, ἀλλ' ὅμως.

Elmsl.

968. (957.) κερδάνῃς. κερδάνοις Brunckius, inconsulto lectore. Malim κερδαίνῃς vel κερδήνῃς. *Elmsl.*

970. Venit nuncius sive servus Lamachi ad aliquid petendum. *Bergl.* τί ἐστι; τίς ἐστι vulgo. *Elmsl.* ὅτι; Distinctio post ὅτι, quam in v. 106. restituit Brunckius, hic vulgo desideratur. Idem vitium est in Eq. 742. *Elmsl.* Signum interrogationis post ὅτι poni debere monuerat *Reisk.*

971. (960.) ἐκέλευε. ἐκέλευσε vulgo. Vide v. 962. 1051. 1073. *Elmsl.*

972. εἰς τοὺς χόας *d*). Festum apud Athenienses à poculis dictum. χοᾶς autem cum circumflexu de mensura accipi monet Scholiastes, ut in Nub. 1240. ἓξ χοᾶς χωρήσεται. et in Eccles. 45. οἴνου τρεῖς χοᾶς. *Bergl.*

973. Κωπᾷδ'. Κωπαΐδ' vulgo: de qua scriptura iam dixi ad v. 883. *Elmsl.*

974. ὁ ποῖος. ὁποῖος vulgo coniunctim. ὁ ποῖος divisim scholiorum ed. Aldina et Porsonus ad Phoen. 892. Noster superius v. 418. τὰ ποῖα τρύχη; Nub. 1270. τὰ ποῖα ταῦτα χρήματ'; Simillima de Demosthene habet Timocles apud Athen. p. 224. A. cuius verba ex hoc nostri loco ita fortasse restituenda sunt:

οὐκ οὖν κελεύεις νῦν με πάντα μᾶλλον ἢ
τὰ προσόντα φράζειν; πάνυ γε. δράσω τοῦτό σοι.
καὶ πρῶτα μέντοι παύσεταί σοι Βριάρεως
ὀργιζόμενος. ὁ ποῖος οὗτος Βριάρεως;

d) Buttmannus Gr. Gr. T. I. p. 241. recte scribit χοᾶς.

ὃ τοὺς καταπέλτας τάς τε λόγχας ἐσθίων,
μισῶν λόγους τ' ἄνθρωπος, οὐδὲ πώποτε
ἀνιέτειν εἰπὼν οὐδέν, ἀλλ' Ἄρη βλέπων.

Elmsl.

975. *e*) (964.) Noster Pac. 241. ὁ δεινὸς, ὁ ταλαύρινος, ὁ κατὰ τοῖν σκελοῖν. *Elmsl.* ὅς γε τὴν Γοργόνα Rav. unde legerim, ὅς γε Γοργόνα, sine articulo, ut v. 574. 1181. *Elmsl.*

976. (965.) κραδαίνων τρεῖς κατασκίους λόφους. Aeschylus in Sept. 390. τρεῖς κατασκίους λόφους σείει. utitur et Comicus verbo σείειν in Pac. 1179. τοὺς λόφους σείων. *Bergl.* Aeschylus Theb. 390. de Tydeo:

τοιαῦτ' ἀϋτῶν, τρεῖς κατασκίους λόφους
σείει, κράνους χαίτωμ'· ὑπ' ἀσπίδος δὲ τῷ
χαλκηλάτοι κλάζουσι κώδωνες φόβον.

Elmsl.

977. οὐκ ἄν. In Nub. 108. οὐκ ἂν μὰ τὸν Διόνυσον εἰ δοίης γέ μοι τοὺς φασιανούς. *Bergl.* εἰ δοίη γέ μοι. εἰ δοίη γ' ἐμοὶ Brunckius. *Elmsl.* in Auctario.

978. ταρίχη. ταρίχει. *Reisk.*

979. (968.) ἣν δ' ἀπολιγαίνῃ. Citat Suidas v. ἀπολιγαίνει. *Kust.* Scholia: ἐὰν δὲ θορυβῇ, ἢ ὀξέως βοᾷ· παρὰ τὸ λιγύ. *Bergl.* Hesychius ἀπολιγαίνειν· ἀφηδύνειν, ἀποφθέγγεσθαι· ἢ ὀξέως ἀποτρέχειν. Idem: λιγαίνει· τέρπει, ᾄδει, μαστιγοῖ, κηρύττει, κλαίει· ἢ ὀξέως ἀφορμᾷ. Etymologus: ἀπολιγαίνειν· ἀφηδύνειν, ἢ παραφθέγγεσθαι, ἢ βαζεσθαι. Pro nihili voce βάζεσθαι, βιάζεσθαι praebet lexicon vetus apud H. Stephanum, qui sensus huic loco satis convenit. *Elmsl.*

981. *f*) (970.) ὑπαὶ πτερύγων κιχλᾶν καὶ κοψίχων. Schol. μιμεῖται τὸ μέλος. Verba sunt per parodiam trans-

---

e) ὁ δεινὸς, ὁ ταλαύρινος. In Pac. 241. eadem haec epitheta tribuit personae Belli. Sophocles in Ai. 205. ὁ δεινὸς, ὁ μέγας ὠμοκρατὴς Αἴας. *Bergl.*

f) In Avibus 1426. ὑπαὶ πτερύγων τι προσκαλεῖν σοφώτερον; Pro ὑπό. Utrobique Scholiastes exponit per μετὰ cum. κιχλᾶν. Dorice pro κιχλῶν· ut in Nub. 338. κεστρᾶν τεμάχη μεγαλᾶν ἀγαθᾶν, κρέα τ' ὀρνίθεια κιχηλᾶν. *Bergl.*

lata e noto quopiam cantico. Male Scholiastes ὑπαὶ hic accipit pro μετά. *Brunck.* ὑπαὶ et κιχλᾶν agnoscit Schol. qui haec ex carmine desumpta putat. Legebatur ὑπαὶ πτερύγων etiam in Av. 1426. ubi ὑπὸ ex A. reposuit Brunckius. Grammatici sententiae nonnihil accedit auctoritatis ex Av. 1300.

ἦδον δ' ὑπὸ φιλορνιθίας πάντες μέλη,
ὅπου χελιδὼν ἦν τις ἐμπεποιημένη,
ἢ πηνέλοψ, ἢ χήν τις, ἢ περιστερά,
ἢ πτέρυγες, ἢ πτεροῦ τι καὶ σμικρὸν προσῆν.

Elmsl.

982. Chorus beatum praedicat Dicaeopolidem pacis commodis fruentem, bellumque detestatur. *Bergl.* Chori sermo seu canticum constat XVII. versibus, paeonicis omnibus, praeter ultimum, qui tetrameter est trochaicus. Hic male vulgo medios inter paeonicos locatur, quorum systema claudere debet, ut sequentem Dicaeopolidis ῥῆσιν, itidem e paeonicis versibus constantem, tetrameter trochaicus concludit. *Brunck.*

982. — 1012. *g*) Haec antistrophica esse, unum vero pedem initio antistrophes deesse, primus omnium monuit Hermannus [de metris] p. 364. Quod cum nesciret Brunckius, statim post verba χλιαρὰ κατεσθίειν v. 975. [987.] mutato ordine invexit duos versiculos qui in omnibus libris recte leguntur ante verba ὦ Κύπριδι τῇ καλῇ v. 988. Veterem ordinem ex Rav. restituit Invernizius. *Elmsl.*

εἶδες ὦ, εἶδες ὦ
πᾶσα πόλι, τὸν φρόνιμον ἄνδρα, τὸν ὑπέρσοφον,

---

g) 982—999. Strophica haec esse, intellexit G. Hermannus de Metr. p. 364. Finitur stropha verbo πορίζεται, antistropha verbo προκαλουμένου. Reliqua constituunt epodum. In stropha delendum ἐμπορικὰ, adscriptum id a glossatore, quod versus respuit. *Hotib.* Man muss, wenn man οἷ' ἔχει aufnimmt, ἐμπορικὰ wegstreichen, oder, da diess nicht gut fehlen kann, die Lesart der Aldina, die, richtig erklärt, einen guten Sinn giebt, beybehalten:

— — — — — ἄνδρα, τὸν ὑπέρσοφον,
σπεισάμενον ἐμπορικὰ χρήματα διεμπολᾶν.

Ahlwardt. in diariis Ienensibus a. 1810. nr. 124. p. 391.

οἵ' ἔχει
σπεισάμενος ἐμπορικὰ χρήματα διεμπολᾶν, etc.
Sic haec descripsit Hermannus Elem. doctr. metr. p. 509.

εἶδες ὦ. Verba εἶδες ὦ vulgo bis leguntur. Semel tantum ea habuisse videtur Schol. *h*) qui quinque priores versus huius carminis in monometrum, tetrametrum, monometrum, tetrametrum et tres dimetros dispertit. Pro monometro et tetrametro malui pentametrum exhibere. *Elmsl.*

983. Locum hunc citat Suidas v. ἀνθηρά. *Kust.*

984. (973.) οἵ' ἔχει *i*) σπεισάμενος ἐμπορικὰ χρήματα διεμπολᾶν. Versus est pentameter, et sic scriptus est in B. In duobus aliis, ut in impressis, deest pes primus οἵ' ἔχει: at codd. omnes habent σπεισάμενος, quae scriptura, male duas priores voces abesse, argumento est. Absque iis enim nec sententia nec constructio constat, quae cum iis est elegantissima: εἶδες τὸν ἄνδρα, οἷα σπεισάμενος ἔχει διεμπολᾶν ἐμπορικὰ χρήματα. Vulgo legitur σπεισάμενον. *Brunck.*

98-. (975. Br.) χλιαρὰ prima longa. Vide ad Lys. 386. *Brunck.* Post hunc versum Br. posuit v. 998. 999. ed. Inv. hac nota adscripta: Hic et sequens versus, quos hoc, quo eos exhibui, loco a poeta positos fuisse, orationis series et res ipsa clamat, nescio quo librariorum errore ad finem systematis reiecti fuere, unde non aliter fieri potuit, quin oriretur magna absurditas. Hoc non animadverterunt belli interpretes, quibus ni metrorum confusio, saltem hiatus in sententia luxationem indicare poterat. Ridiculus est Berglerus cum sua parenthesi. Nec solum transpositi fuere hi versus, sed etiam foede corrupti. Sic vulgo leguntur:

τᾷδ' ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἅμα, καὶ μεγάλα γε φρονεῖ·
τοῦ βίου δ' ἐξέβαλε δεῖγμα τὰ πτερὰ πρὸ τῶν θυρῶν.

In B. C. priori versu pro τᾷδ' scriptum est τάδ', quod

---

h) εἶδες ὦ semel Suidas in ἀνθηρά. *Bentl.*

i) Sic iam *Bentl.*

e scholiis Aldinae editionis reposuit Berglerus, non persentiscens, pro ea qua erat rei metricae peritia, versum sic pessumdari, cuius primus pes paeon primus esse debet, vel saltem pes *ἰσόχρονος*. Pro *γε* in B. est *δή*: in C neutra, nec ulla alia exstat particula. At sinceram ex omni parte lectionem exhibent membr. in quibus sic scriptus et interpunctus est versus:

τῷδ' ἐπὶ τὸ δεῖπνον. ἅμα καὶ μεγάλα δὴ φρονεῖ.

In altero versu consentiunt impressis codd. sed sunt omnes mendosi. Versus est pentameter incipiens a cretico, ut v. 973. Excidit pronomen demonstrativum *τάδε*, quod vidisse mediocris laus est; sed certissima est emendatio:

τοῦ βίου δ' ἐξέβαλε δεῖγμα, τάδε τὰ πτερὰ πρὸ τῶν θυρῶν.

Nunc postquam duo illi versus in suam sedem repositi sunt, vide quam apte sententiae cohaereant partes, quam tota venusta sit, quae quam scabra, hiulca, et absurda antea fuerit, si e Graecis non satis percipis, legas modo Bergleri versionem. *Brunck.*

989. (976. Kust.) *οὐδέποτ' ἐγὼ τοῦτον ὑποδέξομαι* Suidas [a Kust. indicatus] in ipsis vocibus. *οὐδέποτ' ἐγὼ τοῦτον εἰσδέξομαι* idem in *παροινος*. *Elmsl.* in Auctario. *πόλεμον*. Tanquam de homine aliquo loquitur de bello. Etiam in Pace 205. fingit personam belli. Ceterum iste versus cum octo sequentibus est parenthesis. *Bergl.*

990. *τὸν Ἁρμόδιον ᾄσεται. Non potabit apud me*, per metonymiam *k*); nam in conviviis inter alia carmina, quae dicebantur scolia, cantabant etiam unum de Harmodio Athenienses; qui magnam laudem erat consecutus, quia tyrannidem Pisistratidarum conatus fuerat destruere cum socio suo Aristogitone. Dicitur autem non tantum *Ἁρμόδιον ᾄδειν*, sed et *Ἁρμοδίου ᾄδειν*· ut in Vesp. 1227. *ᾄδω δὲ πρῶτος Ἁρμοδίου* et *Ἁρμόδιον καλεῖν*. Antiphanes apud Athenaeum XV. p. 692. *Ἁρμόδιος ἐκαλεῖτο, Παιὰν ἤδετο. Bergl.* Allusio ad scolion deperditum. Illud fortasse fuit cuius initium

k) Cf. Toup. epist. de Theocrit. Syracus p. 338. in Wartoni edit.

legitur Vesp. 1226. *οὐδεὶς πώποτ' ἀνὴρ ἐγένετ' Ἀθηναῖος.* Malim *γένετ' ἔν γ' Ἀθήναις. Elmsl.* in Auctario.

991. *ξυγκατακλινείς.* Sic B. [et Elmsl.] cum Attica litera. *Brunck. παροίνιος.* Aut hic *παροινικὸς* legendum est, aut *παροινιώτατος* Vesp. 1500. Vulgatam utriusque loci scripturam agnoscit Suidas in ipsis vocibus. Vocem *παροινικῶς* usurpat Cicero epist. ad Atticum X. 10. *Elmsl.* in Auctario.

992. (979.) *πάντ' ἀγάθ' ἔχοντας l).* De opiparis epulis. Amphis comicus apud Athenaeum III. p. 100. *εἰς τὴν ἑσπέραν χορταζόμενα πᾶσιν ἀγαθοῖς.* Noster in Vesp. 1295. *εὐθὺς γὰρ ὡς ἐνέπλητο πολλῶν κἀγαθῶν, ἐνήλλετ', ἐσκίρτα.* Vide infra ad 1025. *Bergl.*

ἐπικωμάσας. Scholia: *ἀντὶ τοῦ μετὰ φθορᾶς εἰσπεσών.* Alias *κῶμος* i. e. *comessatio* instituitur hilaritatis causa; nunc, quia *ὁ πόλεμος Bellum,* per prosopopoeiam, delectatur malis hominum, dicitur *ἐπικωμάσαι,* cum ingruit. Sic de Marte etiam Euripides in Phoeniss. 746. *κῶμον ἀναυλότατον προχορεύεις. Bergl.*

993. (981.) *κἀνέτρεπε. κἀνέτραπε* vulgo, qui aoristus neque Atticis in usu est, neque huic loco convenit aoristus. *Elmsl.*

994. (984. Br.) *προκαλουμένους.* In A. B. male *προσκαλουμένους.* Peius in C. *προσκαλουμένου,* iuxta vulgatum *προκαλουμένου.* Sincerum est *προκαλουμένους* in accusativo plurali, ut paullo ante *ἔχοντας. ὃς ἐπικωμάσας ἐφ' ἡμᾶς πάντ' ἀγαθὰ ἔχοντας, εἰργάσατο πάντα κακὰ, καὶ προσέτι πολλάκις, προκαλουμένους αὐτὸν, καὶ λέγοντας αὐτῷ ὧδε· Πῖνε — Brunck. προκαλουμένου. προκαλουμένους* perperam Brunckius. Vulgatam tuentur Schol. diserte et Invernizius. *Elmsl.*

996. *ἐν.* Reisig. I. p. 192. et Hermann. Elem. doctr. metr. p. 509. corrigunt *ἔτι.*

---

l) Frischlinus male *optimos.* Significat enim *omnibus bonis affluentes,* vel *opulentos et divites.* Sic paulo ante v. 975. *πάντ' ἀγαθὰ τῷδέ γε πορίζεται. Huic omnia bona affluunt.* Et in Av. 736. *ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν κοπιᾷν. Laborare nimia bonorum abundantia. Kust.*

997. (987.) Duo paeonica systemata sic trochaico tetrametro clauduntur in secunda Vesparum Parabasi, v. 1283. et 1291. *Brunck.* in Supplem. *ἐκ τῶν ἀμπέλων.* Dicendum erat *ἐκ τῶν πίθων, ex doliis*; non *ἐκ τῶν ἀμπέλων, ex vitibus*, inquit Scholiastes. *Bergl.* Dictum est *παρὰ προσδοκίαν*, pro *τῶν ἀμφορέων*. *Elmsl.*

998. *m*) Elmsleius, Brunckium (v. not. ad 987. Inv.) secutus edidit *τῷδ' ἐπὶ τὸ δεῖπνον· ἅμα* etc., lacunae signis initio versus positis.

999. Citat Suidas v. *δεῖγμα*. Solebant autem homines gloriosi, cum domi opipare se exciperent, pennas gallinarum vel aliarum alitum ante fores aedium abiicere, ut praetereuntes ex signo illo coniicerent lautius intus coenari. Sic locus hic Aristophanis intelligendus est. *Kust.* Elmsl. cum Brunckio edidit *τοῦ βίου δ' ἐξέβαλε δεῖγμα τάδε τὰ πτερὰ προ τῶν θυρῶν.*

1000. Verba *ὦ Κύπριδι τῇ καλῇ*, cum reliqua parte huius carminis [quam Elmsl. choro tribuit], vulgo Dicaeopolidi tribuuntur. Fortasse inducebatur muta persona *Διαλλαγή*, *Pax*, quod in Lys. 1114. factum videmus. *Elmsl.*

1002. *Διαλλαγή*. Quasi puellam formosam alloquitur Pacem. Sic in Equit. 1383. *δεῦρ' ἴθ' αἱ σπονδαὶ ταχύ*. *Bergl.*

1005. *ὁ γεγραμμένος*. *In tabula depictus.* Aeschylus in Eumen. 50. *εἶδον ποτ' ἤδη Φινέως γεγραμμένας δεῖπνον φερούσας. Vidi enim pictas aliquando illas* (nempe Gorgonas) *Phinei coenam auferentes.* Dicaeopolis ad notam quandam picturam digitum intendit. Vide ad Plut. 385. *Bergl.*

---

m) *τὰ δ'* [*τᾷδ'* an *δᾷδ'*. *Bentl.*] *ἐπί*. Ita ed. Aldina in scholiis haec excerpit. In contextu habet *τᾷδ'* uti et Iuntina et Farrei. Brubachii autem *τάδε*. Est autem parenthesis ab *αὐτόματα* usque ad *ἀμπέλων*. respondent *τὰ μὲν — τὰ δέ*. *Bergl.* *ὃς δ' ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἐλᾷ, ille vero ad convivium pergit. Reisk.* Deest vocula trochaeum efficiens, fortasse *πάντα*, vel *πολλά*: illud melius, ob v. 976. *αὐτόματα πάντ' ἀγαθὰ τῷδέ γε πορίζεται*, cuius sententiam longiore parenthesi interruptam illa verba, *πάντα τῷδ' ἐπὶ δεῖπνον*, redordiuntur. *Boissonade* in Wolfii Analectis III. p. 80 sq.

1006. ἦ πάνυ. Ita edd. pristinae, non ἦ πάνυ. *Bergl.* ἦ πάνυ [sic iam Kust.]. ἦ πάνυ vulgo, cum interrogatione [ab Elmsl. deleta]. *Elmsl.*

1007. προσβαλεῖν. προσλαβεῖν. *Reisk.*

1008. — 1011. Hos quatuor versus imitatus est Aelianus epistola 4. ἐγὼ γὰρ ἀμπελίδος ὄρχον ἐλάσας, εἶτα μοσχίδια συκιδίων παραφυτεύσας ἁπαλά, καὶ ἐν κύκλῳ περὶ τὸ αὐλίον κατέπηξα ἐλαίας. Loquitur autem Comicus allegorice de coitu, ut monet Scholiastes. Voce ὄρχος, quam bis ponit, alludit ad ὄρχεις. *Bergl.*

1009. μοσχίδια συκίδων. Hesychius: μοσχίδια· μοσχεύματα. et paullo superius: μοσχεύματα· τὰ νεόφυτα. Vocem σύκιδας ex nostri Lemniis allegat Pollux VII. 152. Cum vero in fabularum nominibus saepissime erret, veri simile est eum huc respexisse. φυτευτήρια τῶν σύκων interpretatur. *Elmsl.*

1010. (997. Br.) ἡμερίδος ὄσχον. Inepte vulgo ὄρχον, quum praecesserit ἀμπελίδος ὄρχον ἐλάσαι *n*). Istud ὄρχον in hoc versu nullus agnoscit codex. Omnes habent ἡμερίδος κλάδον, versu iugulato. Glossema nisi deprehendissem, genuinae vocis in sedem invectum, pro librariorum more, stipes fuissem. Coniectura non minus quam in superioribus felici, poetae manum restituo, ἡμερίδος ὄσχον. Emendationem hanc laudabunt alii: immo, ni falsa opinione auguror, eruditi omnes. Est vero aliquis, cui certo scio probatum eam non iri. Nam licet ineptum sit ὄρχος, etiamsi κλάδος metrum perimat, alterutrum retineri debuisse inquiet, quia utrumque nititur veterum librorum fide: meum autem ὄσχος, quod a vulgato unica tantum literula differt, nihil aliud tueri quam sententiae, venustatis et metri rationem, quas res esse nullius momenti. Et ista a stultis Diariorum lectoribus, quorum vilissima est annona, maximo plausu excipientur. *Brunck.*

1011. περὶ τὸ χωρίον ἅπαν ἐλαΐδας ἐν κύκλῳ. Oleae

---

n) Animadverterat hoc *Reisk.* „non video differentiam inter ἀμπελίδος ὄρχον et ἡμερίδος ὄρχον. Poeta v. 994. [1008.] procul dubio aliud scripsit.“

eiusmodi, quae circa agrum in orbem dispositae erant, a Graecis alias vocantur *περίστοιχοι ἐλαῖαι*. Harpocratio: *περίστοιχοι. Δημοσθένης φυτευτήρια ἐλαιῶν περιστοίχων κατέκλασεν. Δίδυμος δέ τι γενος ἐλαιῶν περιστοίχο ς καλεῖ, ἃς Φιλόχορος στοιχάδας προσηγόρευσε. μήποτε δὲ περιστοίχους κέκληκεν ὁ ῥήτωρ, τῶν κύκλῳ περὶ τὸ χωρίον ἐν στοίχῳ πεφυκότων.* Vide ibi magnum Henr. Valesium. *Kust. ἅπαν γ' ἐλᾷδας κύκλῳ. ἅπαν ἐλαΐδας ἐν* o) *κύκλῳ* vulgo. *ἐλαΐδας*, quod metro parum convenit, agnoscit Suidas in ipsa voce. Versus strophicus 984. [996.] constat ex duobus paeonibus primis, totidemque creticis. *Elmsl.* Hermann. Elem. doctr. metr. p. 509. scribit: *καὶ περὶ τὸ χωρίον ἐλᾷδας ἅπαν ἐν κύκλῳ.* Reisig. I. p. 192. *καὶ περὶ τὸ χωρίον ἐλαΐδας ἅπαν κύκλῳ.* — „*ἅπαν* ultimam corripit in versibus dactylicis et anapaesticis, vid. Aristoph. Plut. 493. Eurip. Phoen. 1505. Matth., producit in iambicis et aliis, e. c. Menander apud Athen. 4, 146. F. *ἅπᾶν ἐπιτιθέν. οἱ δὲ τὴν ὀσφῦν ἄκραν.* Vid. Draco p. 24, 20. et 29, 26. p). Corrupta sunt Aristoph. Plut. 962. et Acharn. 998. ubi legendum: *ἢ τῆς ὁδοῦ τὸ πᾶν παρημαρτήκαμεν*, et *καὶ περὶ τὸ χωρίον ἅπᾶν ἐλάδας κύκλῳ.*" *Ahlwardt.* ad Pindarum p. 13.

1012. Citat Suidas v. *ἀλείφας*. *Kuster.*

1013. (999. Kust. 1000. Br.) *λεῳ*. Sic tres codd. et primariae editt. Male Kusterus *λεώς*. *Brunck. λεὼς* Ammonius in *Χόας* [a Kust. indicatus], et Kusterus in contextu, qui in annotationibus recte *λεῳ* dedit, ut in Pac. 551. Av. 448. *Elmsl.*

κατὰ τὰ πάτρια. Scil. *ἔθη*. Thucydides l. II. circa init. *καὶ ἀνεῖπεν ὁ κῆρυξ· εἴ τις βούλεται κατὰ τὰ πάτρια τῶν πάντων Βοιωτῶν ξυμμαχεῖν, τίθεσθαι παρ' αὐτοὺς τὰ ὅπλα.* Ubi scholia ad illud *κατὰ τὰ πάτρια* habent: *ἔθη δηλονότι. Bergl.*

τοὺς χοάς. Mallem *τοὺς χόας*, vel *τοὺς χοᾶς*. *Bergl. τοὺς χόας.* Sic A. B. Vulgo *τὰς χοάς*. *Brunck.* Mascu-

---

o) *ἐν* deleri voluerat *Bentl.*

p) Cf. Buttmanni Gr. Gr. T. I. p. 254.

linum articulum τοὺς ut hic tuentur duo codd. sic infra v. 1068. libri omnes scripti et impressi. Utroque in loco scribendum τοὺς χοᾶς. Procul dubio librarii errore in Ammonio, qui versum hunc citat p. 148. legitur:

ἀκούετε λεὼς κατὰ τὰ πάτρια τῆς χόας.

ubi nescio quam bene Valckenarius emendet τὰς χοᾶς, ex Phavorino notum esse observans, vocem χοεὺς οὐ μόνον ἀρσενικῶς, ἀλλὰ καὶ θηλυκῶς usurpari. Quod si ex unico hoc loco probatur, ruit argumentum: nam codices obnituntur. *Brunck.* in Addendis. τοὺς χόας. τὰς χοὰς C. edd. Suidas in ἀσκὸς Κτησιφῶντος. τῆς χόας Ammonius. τοὺς χόας A. B. Brunckius, quod in Suida habet codex apud H. Stephanum in Thes. Ling. Gr. IV. p. 481. D. Ceterum nugantur grammatici, qui discrimen statuunt inter χόας et χοᾶς. χοεὺς, unde χοῦς contractum volunt, veteribus ignotum erat. Producuntur accusativi χόα et χόας eodem iure quo βασιλέα et βασιλέας. Genitivus χοῶς, ut νεῶς, est apud nostrum in Pac. 537. Thesm. 547. Dativum χοῖ habet Anaxandrides apud Athen. p. 131. B. Plurale χόες, *congii*, usurpatur a Platone Theaet. p. 127. D. Accentum accusativi singularis saepius in hac fabula non monito lectore mutavi. *Elmsl.*

1014. πίνειν. Infinitivus pro imperativo in edictis, ut supra 171. τοὺς Θρᾷκας ἀπιέναι. *Bergl.*

ὑπὸ σάλπιγγος. Theophylactus Simoc. epist. 44. τοῖς ὑπὸ τῆς σάλπιγγος θελγομένην ἠχήμασι. Archilochus: ᾄδων ὑπ' αὐλητῆρος, apud Schol. Comici ad Av. 1426. *Bergl.*

1015. (1002.) Vide Suidam v. ἀσκὸς, ubi loci huius mentio fit. *Kust.* ἀσκόν. Infra 1223. cum Dicaeopolis exhausisset congium, dicit: ἀπόδοτέ μοι τὸν ἀσκόν· deinde mox idem ostendit vacuum congium: ὁρᾶτε τουτονὶ κενόν· mox chorus ad eum: χώρει λαβὼν τὸν ἀσκόν. *Bergl.* Κτησιφῶντος. Scholia: ὡς παχὺς καὶ προγάστωρ Κτησιφῶν κωμῳδεῖται· quasi dicat, *magnum vini utrem accipiet.* Herodotus in Polymnia [c. 26.] pellem Marsyae ἀσκὸν vocat: ἐν τῇ καὶ ὁ τοῦ Σιληνοῦ Μαρσύεω ἀσκὸς ἐν τῇ πόλει ἀνακρέμαται. Vide ad Nubes 1239. *Bergl.* ἀσκὸν Κτησιφῶντος. Facete

pro grandi utre. Erat enim Ctesipho obesus et ventriosus. De bibendi certamine in Choum festo vide Meursium Gr. Fer. in Ἀνθεστήρια. *Brunck.* Hesychius: ἀσκὸν λήψεται· ἀσκὸς νικητήριον ἐτίθετο, καὶ μετὰ σάλπιγγος ἔπινον· νικητήριον· στέφανον. Haec mutila et corrupta sunt. Vocem ἀσκίδιον ex hac fabula allegat Pollux X. 71. et Θάσια ἀμφορείδια X. 72. Illud legitur in Eccl. 306. hoc in Eccl. 1119. Athenaeus p. 437. B. Τίμαιος δὲ φησὶν, ὡς Διονύσιος ὁ τύραννος τῇ τῶν χοῶν ἑορτῇ τῷ πρώτῳ ἐκπιόντι χόα, ἆθλον ἔθηκε στέφανον χρυσοῦν, καὶ ὅτι πρῶτος ἐξέπιε Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος. Plura de hoc certamine habet Athenaeus lectu non indigna. *Elmsl.*

1018. τρέπετε. Scholia: ἀναστρέψατε τὰ ὀπτώμενα κρέα, καὶ ὀπτηθέντα ἐξέλκετε. Horat. [Serm. I. 5, 72.] *macros dum turdos versat in igne. Bergl.*

1019. ταχέως vulgo sequentibus coniungitur. *Elmsl.* qui comma post λαγῷα delevit et posuit post ταχέως.

1020. q) (1007.) ἵν' ἀνάπήξω. ἵν' ἀναπείρω vulgo, consentiente Suida in ἀναπείρατε [quem Kust. indicavit]. Verbum πείρω rarissime ab Atticis poetis usurpatur. διαπείρας habet Eurip. Phoen. 26. ἐμπείρας tragicus incertus Rhes. 514. ἀναπαρῶ Macho apud Athenaeum p. 349. C. qui inter Atticos minime est habendus. Doricum est ἀμπεπαρμένον, quod legitur superius v. 796. In hoc versu ἵνα πήξω laudat Pollux X. 95. unde Bentleius in epistola ad Hemsterhusium p. 303. [43. ed. Lips.] fecit: ἵν' ἀναπήξω. Noster Eccl. 843. λαγῷ' ἀναπηγνύασι. *Elmsl.*

1021. Chorus in hac strophe, et deinde in antistrophe, miratur felicitatem Dicaeopolidis in pace iam degentis. Deinde alii etiam prodeunt, quibus scilicet non est pax; ut contra illorum miseria ostendatur. *Bergl.*

1023. ὦ ἄνθρωπε. ἄνθρωπε vulgo, accedente Suida in ζηλῶ. *Elmsl.*

---

q) Supra 796. ἂν τὸν ὀδελὸν ἐμπεπαρμένον. i. e. ἀνὰ τὸν ὀβελὸν ἐμπεπαρμένον. *Bergl.*

1024. (1011.) *τί δῆτ', ἐπειδὰν* — Ita Nub. 154. *τί δῆτ' ἄν, ἕτερον εἰ πύθοιο Σωκράτους φρόντισμα*; 769. *ἔγωγε. φέρε, τί δῆτ' ἄν, εἰ ταύτην λαβών*, et reliqua. Pac. 859. *τί δῆτ', ἐπειδὰν νυμφίον μ' ὁρᾶτε λαμπρὸν ὄντα*; 863. *οἶμαι. τί δῆθ' ὅταν ξυνὼν τῶν τιτθίων ἔχωμαι r)*; 916. *τί δῆτ', ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου νέου λεπαστήν*; Lys. 599. *τί δῆτ' ἄν, εἰ πύθοιο καὶ τὴν τῶνδ' ὕβριν*; Plura huius ellipseos exempla non habet noster. *Elmsl.*

1025. (1012.) *ὀπτωμένας ἴδητε.* Sic codd. omnes. Perperam vulgo *ἴδητ'*. Versus est dimeter catalect. ut 1010. et sequentium complures. *Brunck.*

1027. *τὸ πῦρ ὑποσκάλευε.* In Pace 439. *σκαλεύοντ' ἄνθρακας. Bergl.*

1029. *δειπνητικῶς.* Anthippus comicus apud Athenaeum IX. p. 404. *ὁ γὰρ τοιοῦτός ἐστιν οὐ δειπνητικός. Bergl.*

1030. (1017.) *αὐτῷ διακονεῖται.* Sic bene A. C. Vulgo *αὐτῷ γε διακονεῖται.* Istud *γε* [iam a Bentl. eiectum] non habet B. in contextu: superne repositum fuit a secunda manu. Abesse debet. Est enim hic quoque versus dimeter catalect. In *διακονεῖται* secunda longa est, cuius rei ignoratio sciolum impulit ut *γε* inferciret. Vide not. ad Pl. 1170. *Brunck.* Media forma *διακονεῖσθαι, ministerium sibi praestare*, legitur etiam Soph. Phil. 287. *Elmsl.*

1032. (1019.) *κατὰ σεαυτόν νυν τρέπου s).* Est hic versus iisdem verbis in Nub. 1265. Ultimam eius partem male Berglerus vertit: *Ad te ipsum convertere iam.* Plautus Rud. IV. 3. 88. *Tu abi tacitus tuam viam, κατὰ σεαυτὸν τρέπου. Brunck.* Monet Kusterus hunc versum etiam in Nub. 1263. occurrere. Sensus

---

r) Utrumque locum attulerat *Bergl.*

s) Erat formula veteribus usitata, qua significabant, se omen aliquod oblatum non accipere, sed respuere et aversari: cuius generis formula erat etiam illa *ἐς τὴν κεφαλήν σοι*; de qua diximus alibi [ad Plutum 526. *Bergl.*]. Vide etiam supra Nub. 1266. ubi haec ipsa formula *κατὰ σεαυτὸν νῦν τρέπου* etiam occurrit. *Kuster.*

non valde dissimilis est in Av. 12. *οἴμοι. σὺ μὲν, ὦ τᾶν, τὴν ὁδὸν ταύτην ἴθι. Elmsl.*

1034. Ridicule ex pace medicamen et liquorem quendam facit. *Bergl.* *κεἰς πέντ' ἔτη. κἂν πέντ' ἔτη t)* vulgo, quod habuisse videtur Schol. qui sic interpretatur: *ἀντὶ τοῦ, εἰς πέντ' ἔτη. κἀς πέντ' ἔτη* Scaliger. *Elmsl.*

1035. *τί ἔπαθες. τί δ' ἔπαθες* Kusterus et Brunckius. *Elmsl.* in Auctario.

ἐπετρίβην. Sic rescripsi pro *ἐπιτρίβειν*, quod priores editt. nullo sensu habent. Emendationem meam postea confirmavit collatio MS. Palatini, qui sic habet. *Kust.* *ἐπετρίβειν* edd. vett. pleraeque. *ἐπιτρίβειν* edd. 1525. 1547. 1607. 1625. 1670. *Elmsl.*

1036. (1023.) Citat Stephanus Byzantinus v. *Φυλή. Kust.* *πόθεν; — ἀπὸ Φυλῆς v*). Sic tres codd. In impressis *πόθεν γ';* Male sedulus nescio quis particulam infersit, hoc fulcro metrum indigere ratus. Prima in *Φυλῆ* longa est. Pl. 1146.

μὴ μνησικακήσῃς, εἰ σὺ Φυλὴν κατέλαβες.

Est autem *Φυλὴ* pagus Atticae, de quo vide Meursium. *Brunck.*

1037. Loci huius mentionem facit Suidas v. *ἀμπεχόμενος. Kuster.*

1038. (1025.) *ὥπερ μ' ἐτρεφέτην*, scilicet *τὼ βόε*, quos memoravit v. 1022. Sic recte scriptum in B. C. [et coniiecerant *Bentl. Reisk.*]. Inepte vulgo *ὥσπερ*. In membr. *ὥσπερ μ' ἐτραφέτην x*). Facete autem *ἐν πᾶσι βολίτοις* pro *ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς. Brunck.*

1039. *ἐν πᾶσι βολίτοις.* Pro *ἐν πάσῃ τρυφῇ, ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς*, inquit Scholiastes. In Vesp. 707. *ἔζων ἐν πᾶσι λαγῴοις, καὶ στεφάνοισιν παντοδαποῖσιν, καὶ πύῳ καὶ πυαρίτῃ.* Ubi etiam scholia: *ἐν ἀγαθοῖς πᾶσι. τοῦτο*

---

t) *κἀν πέντετες. Bentl.*

v) Pagus Atticus *Φυλή*. unde mox *Φυλάσιον* se vocat iste rusticus. Meminit huius pagi Comicus in Pluto 1147. *Bergl.*

x) Forma Atticis inusitata. *Elmsl.*

γὰρ δηλοῖ τὸ ἐν πᾶσι λαγῴοις, ἀντὶ τοῦ ἐν τρυφῇ. De πάντα ἀγαθὰ vide supra ad 979. *Bergl.* Hesychius: βολίτοις· βολβίτοις. Vel huc respexit, vel ad Eq. 658. Alludit poeta ad usitatissimum illud ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς. *Elmsl.*

1041. ἀλλ' εἴτι κήδει Δερκέτου. In Nub. 106. ἀλλ' εἴ τι κήδει τῶν πατρῴων ἀλφίτων. Est autem Attice κήδει pro κήδῃ· Sophocles in Oedipo tyr. 1080. εἴπερ τι τοῦ σαυτοῦ βίου κήδῃ. Ceterum Dercetes vocabatur ille rusticus qui hoc loquitur. *Bergl.*

1043. (1029.) οὐ δημοσιεύων. Quia sibi soli pacem procuraverat; supra v. 130. ἐμοὶ σὺ — σπονδὰς ποίησαι πρὸς Λακεδαιμονίους μόνῳ. *Bergl.* Plato Gorgia p. 351. E. κἂν εἰ ἐπιχειρήσαντες δημοσιεύειν, παρεκαλοῦμεν ἀλλήλους, ὡς ἱκανοὶ ἰατροὶ ὄντες. Paullo inferius apud Platonem τῷ δημοσιεύειν opponitur ἰδιωτεύειν, *medicinam privatim exercere. Elmsl.* Cf. Schneider. ad Xenophont. Memorab. IV. 2, 5.

1045. (1031.) κλαῖε. Ad Atticismi normam et ex Comici usu excudi debuit κλᾶε [quod Elmsl. edidit]. *Brunck.* in Supplem. πρὸς τοὺς Πιττάλου γ). Huc respexit Etymologus v. Πίτταλος, ubi ait: Πίτταλος, ὄνομα ἰατροῦ παρὰ Ἀριστοφάνει. Suidas tamen eundem Σπίτταλον vocat: qui et hunc ipsum locum Comici adducit v. Σπίτταλος; ubi eum vide. Confer etiam Comicum nostrum infra in hac fabula v. 1220. *Kust.* Lege τοῦ Πιττάλου. Vid. 1220. et Vesp. 1423. Suid. τοῦ Σπιττάλου in Σπίτταλος. *Bentl.* Supple οἴκους, vel μαθητάς. Pittalus autem ille medicinam Athenis faciebat. *Brunck.*

1046. (1033. Br.) Versum hunc et sequentem adducit Pollux X. 168. idque vocis καλαμίσκος gratia. *Kust.* σὺ δ' ἀλλά. Ita noster superius v. 191. σὺ δ' ἀλλὰ τασδὶ τὰς δεκέτεις γεῦσαι λαβών. Lys. 904. σὺ δ' ἀλλὰ

γ) Scholia latine conversa: *Iste Pittalus erat medicus apud Athenienses: deficit autem vox* μαθητὰς i. e. *discipulos. Ceterum hoc dicit, quia ille dicebat: inunge mihi oculos,* (quod medicorum est.) *Quasi dicat: abi, et inungere apud Pittalum.* Vide infra v. 1220. *Bergl.*

κατακλίνηθι μετ' ἐμοῦ διὰ χρόνου. Pac. 660. ἢ δ' ἀλλὰ πρὸς σὲ μικρὸν εἰπάτω μόνον. Adde Nub. 1364. 1369. Antiphanes apud Athen. p. 446. C. σὺ δ' ἀλλὰ πῖθι. τοῦτο μέν σοι πείσομαι. *Elmsl.*

1047. (1034.) ἐνστάλαξον. ἔνσταξον Suidas in Σπίτταλος, qua voce usus est noster in Vesp. 702. Vulgatam habet Pollux X. 168. *Elmsl.*

1048. οὐδ' ἂν στριβιλιγξ z). Id est οὐδὲ ῥανίδα, οὐδὲ ἐλάχιστον μέρος σοι δοίην ἄν. *Brunck.*

1049. βοιδίοιν. βοΐδιοιν vulgo. Consulendus Piersonus ad Moerin p. 276. *Elmsl.*

1050. ἀνεύρηκεν. Vulgo corruptis numeris ἀνεύρηκε. *Brunck.*

1052. (1039.) Hinc manifestum est veteres dixisse οὐδ' ἑνὶ divisim, ut monuit Porsonus in praefat. ad Hecub. p. XXXIV. *Elmsl.* Cf. Hermanni Elem. doctr. metr. p. 101.

1053. (1040.) κατάχει σὺ — Sic tres codd. et veteres editt. Kusterus nescio unde, sed male, κατάχεε. Illud etiam e Farreana revocare poterat Berglerus. *Brunck.*

1054. τὰς σηπίας στάθευε. In Eccles. 126. σηπίαις ἐσταθευμέναις. *Bergl.*

1055. (1041.) ὀρθιασμάτων. Scholia: ἀνατάσεως ῥημάτων· τῶν μετὰ βοῆς κόμπων· ἢ τῶν μελῶν· παρόσον ὄρνιθος νόμος κιθαρῳδικός. Aeschylus in Choeph. 269. κἀξορθιάζων πολλά. ubi scholia: ἀνατεταμένως βοῶν. *alte intenta voce clamans.* Occurrit apud eundem aliquoties verbum ὀρθιάζειν. *Bergl.*

1056. ταγχέλεια. Scholia: λείπει τὰ κρέα. *Bergl.*

1057. Haec vulgo male distinguuntur. Vertendum: *me quidem fame enecabis, vicinos vero tuos nidore et clamore. Elmsl.* qui comma, post γείτονας deletum, posuit post λιμῷ με.

---

z) Scholia: ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ῥανίδα. στοῖβος δὲ καλεῖται ἡ λεπτὴ καὶ ὀξεῖα βοή· λίγγξ δὲ ἡ ἐλαχίστη βοή. Vide ad Plutum v. 18. *Bergl.*

1058. (1045.) *κνίσῃ. κνίσσῃ* vulgo. De scriptura huius vocis certant grammatici. Si *κνίσσα* dixissent veteres, in *κνίττα* mutassent Attici. *Elmsl.*

1059. *λάσκων.* Scholia: *φωνῶν, βοῶν, vociferans, clamans.* Aeschylus in Agam. 605. *ὀλολυγμὸν ἄλλος ἄλλοθεν κατὰ πτόλιν ἔλασκον. Bergl.*

1062. (1049. Br.) Vulgo sic legitur hic versus:

ἔπεμψε τίς σοι νυμφίος ταυτὶ κρέα.

Articulum abesse non patitur Atticismi indoles. Proinde melior est ad loquendi normam lectio codd. A. B. *ταυτὶ τὰ κρέα.* Sed peccat illa in metrum, quod sartum tectum foret, si legeretur *ταῦτα τὰ κρέα.* Sed scaber sic esset versus, cuius molliores et poeta dignos numeros reddas, si singulas voces in suam sedem reponas:

ἔπεμψέ τις σοι τὰ κρέα ταῦτα νυμφίος.

Brunck. Brunckius, cum censeret articulum non recte abesse posse, versum ex ingenio ita refinxit: *ἔπεμψέ τις σοι τὰ κρέα ταῦτα νυμφίος.* Nec male, modo *ταυτὶ* omnium librorum consensu stabilitum retinuisset: nam legitur in Pac. 192. *ἥκεις δὲ κατὰ τί; τὰ κρέα ταυτί σοι φέρων.* In hoc loco *σοι*, quod agnoscit Suidas in *μιαρία*, omittunt Aldus aliique nonnulli, qui *κρέα* pro iambo accepisse videntur: ex quo errore in hoc versu, quem nunc tractamus, natam corruptam scripturam facile quivis coniiciat. Sed si rem altius considerasset Brunckius, articulum recte abesse vidisset. Ita saepe solent Attici, quando *δεικτικῶς* loquuntur. Dixit noster *ταυτασὶ λαβὼν ὀκτὼ δραχμὰς* superius v. 130. *τρία γε ταυτὶ γεύματα* 187. *τουτὶ πτίλον σοι* 585. *τήνδε μαζίσκην* Eq. 1166. *τουτὶ τέμαχος* 1177. *τουτουὶ φαγεῖν ἐλατῆρος* 1181. *οὗτοιὶ μύκητες* Vesp. 262. *τηνδὶ δὲ γλαῖναν* 1132. *οἰδὶ πρέσβεις* Lys. 1072. *παιδάριον τουτὶ* Thesm. 1205. *τουτονὶ νεκρὸν* Ran. 170. *τονδὶ λύχνον* Eccl. 27. Ita Callias apud Athen. p. 487. A. *καὶ δέξαι τηνδὶ μεταντιτρίδα τῆς ὑγιείας.* Ceterum *κρέα* pro iambo accepit Brunckius ad Nub. 359. licet in Thesm. 558. recte dedisset, *κρέ' ἐξ Ἀπατουρίων. Elmsl.*

1063. (1050.) *καλῶς γε ποιῶν, ὅστις ἦν.* Sic optime A. B. In C. *καλῶς ποιῶν, ὅστις ἦν,* deficiente syllaba. In hanc lectionem incidisse videtur Aldus, ful-

ciendoque versui e coniectura dedisse, *καλῶς ποιῶν, ὅστις περ ἦν. Brunck.*

1066. (1053.) *ἐς τόνδ' ἀλάβαστρον a*). Suidas in *ἀλαβαστοθήκας* hunc versum citat, et praefert *ἐς τὸν ἀλάβαστον*, ut perspicue scriptum est in A. C. Formam hanc reponere debebam. Nihil verius est Thomae M. observatione: *ἀλάβαστον δίχα τοῦ ρ, Ἀττικοί· μετὰ δὲ τοῦ ρ, Ἕλληνες b*). Qui eam impugnant, futili utuntur argumento. Nam quod *ἀλάβαστρον* in exemplaribus quae versamus Atticorum scriptorum reperiatur, id minime probat, eos formam illam frequentasse; id solum ostendit eam librariis altera notiorem magisque familiarem fuisse. Thomae opponitur hic Comici versus, in quo tamen duo codd. praeter Suidam, Atticam formam adfirmant. Opponitur ei etiam alius versus in Lysistrata 947. ubi *ἀλάβαστρον* vulgo, et in hac etiam editione, legitur. Sed male. Testor in Regio cod. MMDCCXVII. liquido scriptum esse *ἀλάβαστον*, quod et reponendum. Vide Maussacum ad Harpocrationem in *ἀλαβαστοθῆκαι*. Eustathius, quem ille laudat, p. 1161. l. 27. *εἰσὶ λέξεις ἐπένθεσιν παθοῦσαι τοῦ ρ, διὰ τραχύτητα ἐπιτεταμένην σεμνῶς — ὁμοιοπαθὲς δὲ καὶ τὸ ἀλάβαστρον, ἡ μυροθήκη. παρὰ γὰρ Μενάνδρῳ ἄνευ τοῦ ρ κατὰ Ἄϊλιον Διονύσιον. καὶ παρ' Ἀθηναίῳ δὲ κεῖται Ἀλέξιδος τό·*

οὐ γὰρ ἐμυρίζετ' ἐξ ἀλαβάστου.

Stultum esset arbitrari, testimonia tam diserta et praecisa convelli posse librariorum libidine. In hoc autem nostro versu legendum, flagitante sententia, *ἐς τόνδ' ἀλάβαστον*, scilicet *δεικτικῶς*, *in hunc*, *quem tibi porrigo*, *alabastrum*, non vero, ut est in aliis libris, *ἐς τὸν ἀλάβαστον*. Recte vertit Berglerus ex vi sententiae *in hunc alabastrum:* sed ut graeca fideliter sua

---

a) Vide Suidam v. *ἀλαβαστοθήκας*, ubi loci huius meminit. *ἀλάβαστρον* autem significare vas unguentarium, satis notum est, de qua voce sat multa collegerunt Casaub. contra Baronium exercit. XIV. sect. XVI. Salmasius ad Solinum, Vossius in Etymologico, et alii passim. *Kuster.*

b) Cf. Schweighaeuser. ad Athen. Not. T. III. p. 151. Valcken. not. ad Thom. M. p. 144. et schol. in N. T. T. I. p. 132.

redderet, debebat, *in alabastrum*. *Brunck.* ἐς τὸν ἀλάβαστρον B. edd. ἐς τὸν ἀλάβαστον [ut Elmsl. edidit, ἐς in εἰς mutato] A. C. Suidas in ἀλαβαστοθήκας. ἀλάβαστον agnoscit etiam Rav. In Lys 947. ubi vulgo ἀλάβαστρον editur, ἀλάβαστον habet C. monente Brunckio, qui post Maussacum ad Harpocrationem in ἀλαβαστοθῆκαι, laudat Thomam Magistrum in ἀλάβαστον, et Eustathium p. 1161, 29. Observandum est, non temere a sponso mitti vas unguentarium, cuius maximus usus in nuptiis erat. Ita noster Plut. 529. οὔτε μύροισιν μυρίσαι στακτοῖς, ὁπόταν νύμφην ἀγάγησθον. Adde Lys. 943. Ceterum Brunckius, qui quinto abhinc versu ταυτὶ πρέα Attice dici posse negaverat, mirabili sane inconstantia hic ἐς τόνδ' ἀλάβαστον dedit. *Elmsl.*

κύαθον. MS. Palat. habet κύσθον, quam lectionem puto esse a manu Comici, utpote sensui huius loci et nequitiae comicae aptiorem. *Kuster.*

1068. (1055.) χιλίων δραχμῶν. μυρίων δραχμῶν Rav. Si fides Suidae habenda est, χιλιῶν δραχμῶν dicebant Attici, utraque voce circumflexa. *Elmsl.*

1069. (1056.) νυμφεύτρια c). Hesychius: νυμφεύτρια· ἡ συμπεμπομένη ὑπὸ τῶν γονέων τῇ νύμφῃ παράνυμφος. Paullo aliter Pollux III. 41. ἡ δὲ διοικουμένη τὰ περὶ τὸν γάμον γυνὴ, νυμφεύτρια. ἡ αὐτὴ δὲ καὶ θαλαμεύτρια. *Elmsl.*

1070. λέξαι μόνῳ. Euripides in Ione 1520. τὰ δ' ἄλλα πρὸς σὲ βούλομαι μόνην φράσαι. δεῦρ' ἐλθ'· ἐς οὖς γὰρ τοὺς λόγους εἰπεῖν θέλω. *Bergl.*

1076. (1063.) ὕπεχε. In Pace 430. ἄγε δὴ ταχέως ὕπεχε τὴν φιάλην. *Bergl.* τοὐξάλειπτρον. Hesychius: ἐξαλίγυρον (sic)· σκεῦος ἀργυροῦν φιάλῃ παραπλήσιον, ἐξ οὗ ἐν τοῖς συμποσίοις ἤλειφον τὸ (l. ἠλείφοντο) μύρον. Vocem ἐξάλειπτρον hinc allegat Pollux X. 121. *Elmsl.*

1077. (1064.) οἶσθ' ὡς ποιεῖται τοῦτο. Suspicor poetam οἶσθ' ὡς ποιείσθω τοῦτο scripsisse: quam formam, et cognatam οἶσθ' ὃ δρᾶσον, parum intellexere

---

c) Haec est muta persona. *Bergl.*

librarii. Mansit in Eur. Iph. Taur. 1203. οἶσθά νυν ὅ μοι γενέσθω. Eodem sensu ἀλλ' ὡς γενέσθω dixit tragicus in Hec. 888. Iph. Taur. 603. Tro. 721. *Elmsl.*

φράσον. Sic recte MS. Palat. At priores editt. φάσον, quasi a φάω pro φημί: sed quod ab usu veterum auctorum abhorret. *Kuster.* Vide v. 362. 915. *Elmsl.*

1078. τουτῳί. Scilicet τῷ ἀλείμματι. Scholia. *Bergl.*

1080. (1067.) φέρε τὴν οἰνήρυσιν. Supra 244. ἀνάδος δεῦρο τὴν ἐτνήρυσιν, ἵν' ἔτνος καταχέω τοὐλατῆρος τουτουί. *Bergl.* Hesychius: οἰνήρυσις· ἀγγεῖον, ὡς κοτύλη, μεθ' οὗ τὸν οἶνον ἀντλοῦσιν. *Elmsl.*

1081. (1068.) τοὺς χόας. Scribendum χοᾶς secundum Scholiastem: supra ad 960. *Bergl.* ἐς τοὺς χόας. Excudi debuit χοᾶς, ut Nub. 1258. ἓξ χοᾶς χωρήσεται. Accusativus singularis, qui saepius occurrit, est χοᾶ, contractum ex χοέα, a recto χοεύς: accusativus pluralis χοέας, χοᾶς. Nescio quid Dawesio persuadere potuerit scribendum esse χοης. Supra v. 1000. excudi etiam debuit τοὺς χοᾶς πίνειν. Χόες nomen est festi, cuius accusativus Χόας occurrit v. 961. 1076. *Brunck.* „Distinguit Brunckius (ad Acharn. 1068.) inter Χόας a Χόες, quod festi nomen est; et χοᾶς a χοεύς. Unde igitur producitur in hoc versu ultima syllaba in Χόας, quae si a recto Χόες profluat, brevis evadat necesse est? — Duae mihi videntur rationes, quibus res expediri possit.

In primis, vix dubitari potest quin Χόες idem fuerit cum Χοεῖς, quoniam pars fuerit festi in honorem Bacchi, in quo unicuique eorum, qui adessent, χοεὺς vini adponeretur. — *Vid. Scholiast. in loc. cit. et Suid. v.* Χόες. — Vocem autem χοεὺς duplici ratione inflexam puto; *nom. pl.* χοέες, χοεῖς, χόες, *accus.* χοέας, χοᾶς, χόας. Cum de nomine festi ageretur, uti voces in ore hominum quam brevissime enuntiari solent, usitatius fuit, immo solenne, Χόες dicere; sed licuit Poëtae, cogente metro, ad utramlibet inflectendi rationem se suscipere. Haec si vera sunt, scribi debuit etiam hoc in loco, Χοᾶς.

Si cui haec ratio minus placeat, forsan ei videbi-

tur caussa cur opinetur dictum fuisse hoc festum, vel aliud quoddam festum apud Athenienses, *αἱ Χοαί*. Primum Suidas, v. *Ἀσκὸς Κτησιφῶντος*, ait, *ἐν ταῖς Χοαῖς ἀγὼν ἦν περὶ τοῦ ἐκπιεῖν πρῶτόν τινα χοᾶ:* et mox subsequitur, *ἐν τῇ τῶν Χοῶν ἑορτῇ*. Scholiastes etiam supra cit. *ἐκπίπτει δὲ χρησμὸς, δεῖν χοὰς τοῖς τεθνεῶσιν ἐπάγειν ἀνὰ πᾶν ἔτος, καὶ ἑορτὴν Χοὰς ἄγειν*. Notandum porro in Acharn. vs. 1000. Br. confirmare Stephanum (*Thes. T.* IV. c. 481. E.) „vulg. edit. haberè *perperam*, *τὰς χοὰς* pro *τοὺς χόας*, itidemque vulgata Suidae exemplaria, at non item manuscriptum.“ In eundem locum haec habet Brunck.“ *τοὺς χόας*. Sic A. B. Vulgo *τὰς χοάς*.“ Vellem explicatius dixisset quamnam lectionem unusquisque Codd. MSS. prae se ferret. Iure mihi colligere videor ceteros, praeter A. et B. vulgatam lectionem continere; quae non solum in hoc loco unice vera mihi videtur, sed restitui forsan debet ad versum de quo agitur; ut legendum adeo sit,

εἰς τὰς Χοὰς αὐτῷ μεταδοῦναι τῶν κιχλῶν.

Alia sunt, quae mihi suspicionem inducunt *χοὰ* idem potuisse significare quod *χοεὺς*, sed lectorum tempori parcendum.„ *Maltby* ad Morell. Lex. Prosod. p. 1076.

1082. *τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακώς*. Alias etiam *ἀνατετακώς, ἐπηρκώς*. *Bergl.*

1084. Hunc versum cum 1073. [1086.] et quatuor sequentibus, qui vulgo Nuncio tribuuntur, Praeconi ex v. 1084. [1097.] restitui. *Elmsl.* *ἰὼ πόνοι*. Aeschylus in Septemth. 1005. *ἰὼ πόνος ὑφ' ἡμῖν. ἰὼ ἰὼ κακὰ δώμασι. Bergl.* *μάχαι καὶ Λάμαχοι*. Alludit ad etymologiam nominis *Λάμαχος*. *Bergl.*

1085. (1072.) Scholia: *τραγικώτερον λέγει. Bergl.* *ἀμφιχαλκοφάλαρα*. Etymologus [p. 95, 15.]: *ἀμφιχαλκοφάλαρα, παρὰ Ἀριστοφάνει πολύχαλκα, τουτέστι χαλκοῦς οἴκους. παρὰ τὸ ἀμφὶ καὶ χαλκὸς καὶ φάλαρα, τὰ τῶν ἵππων μετωπίδια. Kust.* *ἀμφὶ χαλκοφάλαρα*. Duae sunt voces, male vulgo in unam coalitae. *Brunck.* Divisim scriptum exhibere Suidam in *τίς ἀμφὶ* monet *Elmsl.* qui *ἀμφιχαλκ.*, una voce, revocavit. Ante Brunckium dividi voluerat *Reisk.*

1087. *τοὺς λόχους καὶ τοὺς λόφους*. Ludit in simi-

litudine harum vocum; supra 574. ὦ Λάμαχ' ἥρως τῶν λόφων καὶ τῶν λόχων. *Bergl.*

1089. (1076.) Lenaeorum sive Anthesteriorum primus dies *Πιθοιγία* dictus est, secundus *Χόες*, tertius *Χύτροι*, ut ex disertis veterum testimoniis satis novimus. Celebrantur *Χόες* Anthesterionis die duodecimo, qui Olympiadis LXXXVIII. anno tertio, ex Dodwelli rationibus incidit in Februarii diem Iulianum decimum tertium, Gregorianum vero octavum. *Elmsl.* V. supra p. 24.

1091. Hic versus ex Euripidis Telepho desumptus mihi videtur, licet nihil de eo monuerit Scholiastes. Videsis quae de argumento eius fabulae dixi ad v. 472. Quod cum ita sit, admitti potest πλέονες [a Bentl. probatum], quod in tragico senario necessarium est, in comico longe numerosius quam πλείονες. *Elmsl.*

1092. *d*) (1079.) Hic versus [quem Elmsl. Lamacho tribuit] vulgo Dicaeopolidi tribuitur, consentiente Schol. diserte. Vide v. 960. *Elmsl.*

1094. (1081.) Malim ἀεὶ pro ἤδη, quam scripturae diversitatem superius habuimus v. 608. *Elmsl.*

1095. (1081. K. 1082. Br.) *βούλει μάχεσθαι Γηρύόνῃ τετραπτίλῳ.* Haec dicens ostendit Lamacho τετραπτερυλλίδα, id est *locustam*, a quatuor alis ita dictam, ad quam vocem alludit voce τετραπτίλῳ, quam ponit pro τετρασωμάτῳ aut τετρακεφάλῳ, quasi Geryon quadricorpor aut quadriceps fuerit, quem alias perhibent fuisse tricorporem aut tricipitem: simul respicit ad πτίλον in Lamachi galea [de quo supra 589. *Bergl.*]. Haec Berglerus e scholiis. Ceterum apud Suidam hunc versum citantem perperam legitur, *βούλει διαμάχεσθαι.* Est hoc ex librariorum libidine, simplicia pro compositis, et composita pro simplicibus identidem supponentium. *Brunck.* *βούλει διαμάχεσθαι Γηρυόνι* (sic) Suidas in *βούλει* [a Kust. indicatus]. *βούλει*

---

d) *οὐ δεινά.* Pluralis pro sing. ut in Eccles. 400. *οὐ δεινὰ τολμᾷν τοντονὶ δημηγορεῖν. Bergl.*

λει διαμάχεσθαι Γηρυόνῃ idem in Γηρυόνης. Scripsit fortasse poeta, Γηρύονι, quae forma restituenda videtur Euripidi Herc. 1271.

πούους ποτ' ἢ λέοντας, ἢ τρισωμάτους
Γηρύονας, ἢ γίγαντας, ἢ τετρασκελῆ
κενταύροπληθῆ πόλεμον οὐκ ἐξήνυσα.

Vulgo satis inepte, τρισωμάτους Τυφῶνας. Sed Τυφὼς apud Atticos, quantum memini, non crescit in obliquis. Τυφῶν', quod passim occurrit, in Τυφὼν mutandum est. Apud Aeschylum Prom. 554. legerim: Τυφῶν, ἅπασιν ὅστις ἀντέστη θεοῖς. *Elmsl.*

1096. ἤγγειλέ μοι. ἤγγειλ' ἐμοὶ Brunckius. *Elmsl.* in Auctario.

1099. (1086.) τὴν κίστην. Sic tres codd. In impressis, ut et apud Suidam in χοᾶ, τὴν κίστιν, quod perinde est. Hanc formam metri ratio respuit mox v. 1098. quam hic admittit, per se alioqui probam. Infra 1138.

τὸ δεῖπνον, ὦ παῖ, δῆσον ἐκ τῆς κίστιδος.

Brunck. κίστιν Schol. ad hunc locum et ad v. 961. edd. Suidas in χοᾶ [a Kust. indicati]. κίστην A. B. Rav. Brunckius [et Elmsl.]. Pollux X. 136. κίσται, καὶ κιστίδες, ὡς ἐν Ἀχαρνεῦσιν Ἀριστοφάνης. Respexit grammaticus ad v. 1138. ubi κιστίδος non nisi per iocum dicitur. In aliis locis semper exhibetur κίστη. Vide inferius v. 1098. Eq. 1211. 1216. Vesp. 529. Pac. 666. Lys. 1184. Thesm. 284. *Elmsl.*

1100. Moris erat ut in Bacchi festo sacerdos eius lautam coenam pararet. Compellat eum in theatro sedentem histrio Ran. 297. ἱερεῦ, διαφύλαξον μ', ἵν' ᾖ σοι ξυμπότης. In Eq. 536. reposuerim, καὶ μὴ ληρεῖν, ἀλλὰ θεᾶσθαι λιπαρὸν παρὰ τῷ Διονύσου. *Elmsl.*

1101. δειπνεῖν κατακωλύεις. In Lysistr. 610. ὁ Χάρων σε καλεῖ, σὺ δὲ κωλύεις ἀνάγεσθαι. *Bergl.*

1104. στέφανοι. στέφος Suidas in ἰτρία. *Elmsl.*

1105. (1092.) ἰτρία. Athenaeus p. 646. C. ἴτριον. πεμμάτιον λεπτὸν διὰ σησάμου καὶ μέλιτος γενόμενον. — Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσι· πλακοῦντες, σησαμοῦντες, ἴτρια. Accentus incertus est. *Elmsl.*

1106. (1092.) *ὀρχηστρίδες, τὰ φίλταθ' Ἁρμοδίου, καλαί.* Scholia: *ὑπέρβατόν ἐστιν. ὀρχηστρίδες πάρεισιν καλαὶ, καὶ τὰ φίλτατα τοῦ Ἁρμοδίου· τουτέστι τὰ εἰς Ἁρμόδιον σκολιὰ ᾄσματα.* Utitur autem in hac periphrasi scoliorum voce *φίλτατα*, quia illa vox in ipso scolio, quod de Harmodio canebatur, exstat; nam initium illius est: *φίλτατε Ἁρμόδιε, οὔτι που τέθνηκας;* vide scholia supra ad 977. Athenaeus XV. p. 695. sic habet: *φίλταθ' Ἁρμόδιε καριστογείτων, ὅτε τὸν τύραννον κτανέτην, ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιησάτην. Bergl.* Ἁρμοδίου hic positum pro *festivo convivio*, cuius sub finem cani solebant scolia: simulque adludit ad notissimum Harmodii scolion, *φίλταθ' Ἁρμόδι', οὔτι που τέθνηκας.* Nullum hic agnosco hyperbaton: *ὀρχηστρίδες καλαὶ, αἳ εἰσι τὰ φίλτατα τοῦ δείπνου. Brunck.*

1108. (1095.) *ἐπεγράφου. ἐπιγράφεσθαι, patronum adscisco*, legitur etiam in Pac. 684. Sensus huius loci talis fere videtur: iure *κακοδαίμονα* esse Lamachum, qui *δαίμονα* elegerit magnam illam Gorgonem. Nihil in hoc versu mutat Suidas in *ἐπεγράφου* [a Kust. citatus]. *Elmsl.*

1109. Ad quemnam pertinet *σύγκλεις*? *Reisk.* Elmsl. scripsit *ξύγκλεις*.

1110. (1097.) *τὸν γύλιον.* Vide ad I. Pollucem notam Iungermanni X. 146. *Bergl.* Schol. *γύλιος, σπυριδῶδες πλέγμα, ἐν ᾧ τὰς τροφὰς ἔχοντες οἱ στρατιῶται ἐβάδιζον ἐπὶ πόλεμον.* Perperam apud Hesychium legitur, *γύλλιον, ἀγγεῖον πλεκτόν.* Vera scriptura per unicum *λ* adstruitur hoc Comici versu, infra 1137.

ἐγὼ δ' ἐμαυτῷ τὸν γύλιον οἴσω λαβών.

Brunck.

1112. (1099.) *ἅλας θυμίτας.* Supra 772. *Bergl. ἅλας θυμίτας* (*θυμητίδας* Suidas) *δοὺς ἐμοὶ* Schol. ad v. 772. et Suidas in *περίδου. Elmsl.*

1114. (1101.) *θρῖον ταρίχους οἶσε δεῦρο, παῖ, σαπροῦ.* Sic optime A. B. [accedente Suida in *θρία. παῖ* et *μοι* permista habes v. 1099. *παῖ* et *μου* v. 1102. *Elmsl.*]. In C. inverso vocum ordine, *οἶσε παῖ σαπροῦ δεῦρο.* Impressorum lectio mendosa et inconcinna est: *θρῖον ταρίχους οἶσε σαπροῦ δεῦρό μοι.* Qui metrum va-

cillare non animadverterunt, prosodiae imperiti fuere. Primam in σαπροῦ nunquam produxisset Comicus. *Brunck.*

1115. (1102) κἄμοὶ σὺ δὴ, παῖ, θρῖον· ὀπτήσω δ' ἐκεῖ. Sic rursus optime codd. A. B. Rursus in C. transversis vocibus, κἄμοὶ δὴ σὺ παῖ — In impressis vero mendosissime: κἄμοὶ δὲ δὴ σὺ, παῖ, θρίον· ὀπιήσω δ' ἐκεῖ. [σὺ deleri voluerat *Bentl.*] Prudenter facere sibi visi sunt, quod θρίον excudi curarent παροξυτόνως. Sed accentus, quomodocunque scribatur, syllabae quantitatem non mutat. *ΘΡΙΟΝ* primam semper producit. Eq. 954. [quem locum Bergl. citavit]

δημοῦ βοείου θρῖον ἐξωπτημένον.

Conc. 707. in anapaestis:

ὑμᾶς δὲ τέως θρῖα λαβόντας.

Versus labem vidit Kusterus, sed coniiciendo a scopo aberravit *e*). Vocem σὺ, quam codd. omnes retinent, delebat. *Brunck.* Carmini quidem satisfacit scriptura a Brunckio recepta: verum cum complura θρίων essent genera, veri simile est Dicaeopolidem non minus quam Lamachum id nominasse quod sibi afferri vellet. Itaque pro Brunckiano δὴ, παῖ, levi mutatione dedi δημοῦ, ex Eq. 954. δημοῦ βοείου θρῖον ἐξωπτημένον. Verba Pollucis VI. 57. de hoc cibi genere, nonnihil emendatiora quam vulgo leguntur, apponam: τὸ δὲ θρῖον ὧδε ἐσκεύαζε· στέαρ ὕειον ἑφθὸν λαβὼν μετὰ γάλακτος, ἐμίγνυ χονδροπαχῆ· συμφυράσας δ' αὐτὰ χλωρῷ τυρῷ καὶ λεκίθοις ὠῶν καὶ ἐγκεφάλοις, περιβαλὼν συκῆς φύλλῳ εὐώδει, ζωμῷ ὀρνιθείῳ ἢ ἰριφείῳ ἐνῆψεν· ἔπειτα ἐξαιρῶν, ἀφῄρει τὸ φύλλον, καὶ ἐνέβαλεν εἰς ἀγγεῖον μέλιτος ζέοντος. καὶ τὸ μὲν ὄνομα τῷ ἐδέσματι προσέθηκε τὸ φύλλον· ἡ δὲ μίξις πάντα ἐξ ἴσων δέχεται· τῶν δὲ λεκίθων, πλεῖον· ἐπεὶ πηγνύουσι καὶ συνιστᾶσι. Abest a lexicis χονδροπαχής. *Elmsl.*

1116. τῷ πτερῷ τῷ 'κ edd. vett. *Elmsl.*

1118. (1105.) ἡ στρουθὸς hic manifesto τὴν στρουθοκάμηλον notat. Hesychius: στρουθός. ὁ καταφερὴς,

e) Vox σὺ in versu redundat. Syllaba enim prima in θρῖον longa est, quam tamen oporteret esse brevem, si dicta vox locum hic haberet. *Kuster.*

καὶ λάγνος. Ἀττικοὶ δὲ, τὰς στρουθοκαμήλους. Omitti ad hanc glossam poterat Fulleri nescio cuius observatio. Liquido patet ex hoc Comici loco, *Atticos* στρουθοκαμήλους *simpliciter vocasse* στρουθούς: tum *imperfecta et decurtata* non *esse Hesychii verba*, ostendunt ista Eustathii ad Odyss. p. 1411. l. 11. οἴδασι δὲ οἱ σοφοὶ καὶ ἑτεροίας στρουθοὺς, οὐ μικρὰς ἐκείνας, ἀλλ' ἀληθῶς μεγάλας, ὡς δηλοῖ τὸ μεγάλας στρουθοὺς, ὧν γνῶσις ἦν καὶ τῷ Κωμικῷ· ἐλέγοντο δὲ αὗται, καὶ Λιβυκαὶ στρουθοὶ, καὶ στρουθοὶ δὲ καταμόνας. Confer not. ad Aves 874. quo in versu στρουθὸς etiam στρουθοκάμηλον notat, absque adiuncto *Μεγάλη*, quod ad praecedens substantivum non pertinet *f*). *Brunck.*

1122. λοφεῖον. λοφίον, *cristulam*, Schol. pro varia lectione. *Elmsl.* τῶν τριῶν λόφων. In Pace 1174. ταξίαρχον προσβλέπειν τρεῖς λόφους ἔχοντα. Vide supra 964. *Bergl.*

1123. (1110.) λεκάνιον τῶν λαγῴων. Sic βολβῶν χύτρα in Eccles. 1087. *Bergl.* Hunc versum omisso δὸς allegat Pollux VI. 86. propter vocem λεκάνιον, quam inferius X. 76. ex Polyzelo profert:

λεκανίῳ γὰρ ἐναπονίψει πρῶτον, εἶτ' ἐνεξεμεῖ·
εἶτ' ἐνεκπλυνεῖ δὲ, κἄτ' ἐναποπατήσει, *Μάνια.*

Quae verba paullo aliter emendavit Bentleius in epistola ad Hemsterhusium p. 229. [46. ed. Lips.]. *Elmsl.*

1124. (1110. K. 1111. Br.) Versus hic citatur a Plutarcho in compar. Aristoph. et Menandri p. 853. C.

---

f) Attice certe sine epitheto στρουθὸν etiam vocari struthiocamelum docere videtur Hesych. quod comprobare ex Aristoph. in Avib. 874. et Acharn. 1105. adnititur Brunck. fere ut Latinis quibusdam scriptoribus struthio solum nominatur qui Plinio semper dicitur struthiocamelus; sed tamen adsentiri Brunckio (praesertim in Av. 874. ubi satis perspicuum est, μεγάλῃ lepidissime ad στρουθῷ simul referri, et ad μητρὶ θεῶν) non possum, propterea quod non modo apud Aristotelem, cuius aetas prope abest ab Aristophanea, sed, ni fallor, apud omnes, quotquot supersunt, Graecos scriptores, στρουθὸς, et masculino quidem genere, semper est *passer:* at ubi cum epitheto legitur, ac fere constanter feminino genere, *marinum passerem* designat. *Locella* ad Xenoph. Ephes. p. 156.

Kust. ἀλλ' ἤ. Alias scribi solet ἀλλ' ἦ· ut apud Eurip. Aldinae editionis in Phoeniss. 1689. ἀλλ' ἦ πρὸς κακοῖς ἐρεῖς κακά; In Alcest. 59. πῶς εἶπας; ἀλλ' ἦ καὶ σοφὸς λέληθας ὤν; ibidem 807. ἀλλ' ἦ πέπονθα δεῖν' ὑπὸ ξένων ἐμῶν; Eadem tamen editio in Iphig. Aul. 847. ἀλλ' ἦ πέπονθα δεινά· μηκέτ' ἐῶ γάμους οὐκ ὄντας, ὡς εἴρασι. Sed apud Aeschylum rursus: ἀλλ' ἦ γυναικῶν ἐς πόλιν δοκεῖς μολεῖν; in Supplic. 920. ed. Stanl. Vide ad Vesp. 8. *Bergl.*

Hesychius: τριχόβρως. θηρίδιον, κατεσθίον τοὺς λόφους ἐῶν περικεφαλαίων. — ἀλλ' ἦ significat *sane, profecto.* ἀλλ' ἦ interrogativum est, et valet *num?* Vide Valckenarium ad Hippol. 952. *Brunck.* τριχοβρῶτες. τριχόβρωτες vulgo. τριχοβρῶτες Pollux II. 24. Suidas in ipsa voce. Utramque scripturam agnoscit Schol. Hesychius: τρίχοβρος (sic)· θηρίδιον — περικεφαλαίων. *Elmsl.*

1125. (1112.) μίμαρκιν. Hoc me nolente et imprudente e prioribus editt. remansit. Excudi debuit μίμαρκυν, ut in tribus codd. scriptum est. Hesychius: μίμαρκυς. κοιλία καὶ ἔντερα τοῦ ἱερείου μεθ' αἵματος σκευαζόμενα. μάλιστα δὲ καὶ ἐπὶ λαγωῶν αὐτῇ ἐχρῶντο· ὁτὲ δὲ καὶ ἐπὶ ὑός. ὁ δὲ Φερεκράτης παίζων καὶ ἐπὶ ὄνου φησί. Pollucis codices eandem scripturam cum υ in ultima syllaba tuentur, VI. 56. μίμαρκυς δὲ, κοιλία καὶ ἔντερα μετα αἵματος ἐσκευασμένα. μάλιστα δὲ λαγωῶν. Gallice appellari possit *le civet. Brunck.* μίμαρκιν edd. Schol. et Suidas in μίμαρις. μίμαρκυν A. B. C Rav. Bruncknius [et Elmsl.]. Hanc scripturam exhibet Diphilus apud Athen. p. 401. A. Utramque agnoscunt grammatici. Hesychius: μῖλάρκης (sic)· λαγωοῦ χόρδη. Idem. μιμάρκυς — φησί. Consentit Pollux VI. 56. *Elmsl.*

1126. In diverbio facetissimo Dicaeopolin inter et Lamachum versus me semper legentem moratur hic:

ὦνθρωπε, βούλει μὴ προσαγορεύειν ἐμέ;

Sed quid sibi vult istud προσαγορεύειν ἐμέ? Nam in praecedenti versiculo,

ἀλλ' ἦ πρὸ δείπνου τὴν μίμαρκυν κατέδομαι,

nulla est προσαγόρευσις. Librarios loco proprio versus

quosdam movisse credo, quos ordine legitimo descriptos adponam:

ΛΑΜΑΧΟΣ.

ἔνεγκε δεῦρο τὼ πτερὼ τὼ κ' τοῦ κράνους.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἐμοὶ δὲ τὰς φάττας γε φέρε καὶ τὰς κίχλας.

ΛΑΜΑΧΟΣ.

1105. καλόν γε καὶ λευκὸν τὸ τῆς στρουθοῦ πτερόν.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

1106. καλόν γε καὶ ξανθὸν τὸ τῆς φάττης κρέας.

ΛΑΜΑΧΟΣ.

1109. τὸ λοφεῖον ἐξένεγκε τῶν τριῶν λόφων.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

1110. κἀμοὶ λεκάνιον τῶν λαγῴων δὸς κρεῶν.

ΛΑΜΑΧΟΣ.

1111. ἀλλ' ἢ τριχοβρῶτες τοὺς λόφους μου κατέφαγον.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

1112. ἀλλ' ἢ πρὸ δείπνου τὴν μίμαρκυν κατέδομαι.

ΛΑΜΑΧΟΣ.

1107. ὦνθρωπε, παῦσαι καταγελῶν μου τῶν ὅπλων.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

1108. ὦνθρωπε, βούλει μὴ βλέπειν εἰς τὰς κίχλας;

ΛΑΜΑΧΟΣ.

1113. ὦνθρωπε, βούλει μὴ προσαγορεύειν ἐμέ;

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

1114. οὔκ· ἀλλ' ἐγὼ χὠ παῖς ἐρίζομεν πάλαι.

Iam sunt omnia facilia et apte coniuncta. Lamachus a Dicaeopoli compellari se indignatur, *βούλει μὴ προσαγορεύειν ἐμέ*, quippe qui verba *ὦνθρωπε, βούλει μὴ βλέπειν εἰς τὰς κίχλας* sibi dicta fuisse, ut erant revera, credere potuit. Praeterea lepida est e proximo formulae *ὦνθρωπε βούλει*, iteratio, quam haud dubie quaesivit poeta, ut patet e simili lusu in versibus alternis, *καλόν γε καὶ λευκόν*, *καλόν γε καὶ ξανθόν*, *ἀλλ' ἢ τριχοβρῶτες*, *ἀλλ' ἢ πρὸ δείπνου*. Atqui versus 1108. et 1113. male fuisse alterum ab altero divulsos haec una observatio satis ostendebat, et criticis poterat ad restitutionem totius loci viam munire. *Boissonade* in Wolfii Analectis III. p. 79 sq.

1128. *περιδόσθαι*. Vide ad Nubes 644. *Bergl.*

1129. *πότερον ἀκρίδες ἥδιον*. Veteres Graecos alios-

que populos olim locustis vesci solitos fuisse, monuimus iam supra ad 871. ubi τετραπτερυλλίδων mentio fit. Fuisse autem cibum illum vilissimum et minime delicatum, patet ex hoc loco: quippe ubi ἀκρίδες opponuntur κίχλαις. *Kuster.*

1134. (1121.) καὶ σὺ, παῖ, τοῦδ' ἀντέχου. Haec dicens veru famulo porrigit, infixas carnes extracturus. Ita Scholiastes. Aliud quid tamen possit intelligi, *Brunck.*

1135. (1122.) τοὺς κιλλίβαντας. τοὺς σκιλίβαντας Rav. Versum allegat Pollux X. 146. [a Kust. indicatus] qui κιλλίβαντας inter σκεύη στρατιωτικὰ recenset. Scholiastae nostro sunt τρισκελῆ τινα σκευάσματα, ἐφ' ὧν ἐπιτιθέασι τὰς ἀσπίδας, ἐπειδὰν κάμωσι πολεμοῦντες. Ultima verba ex mera coniectura adiecit grammaticus, cum non videret ideo a Lamacho posci τοὺς κιλλίβαντας, ut clypeum iis innixum emundaret. Inde est quod tum demum terribilem illum clypeum afferri iubet, cum τοὺς κιλλίβαντας in conspectu spectatorum rite collocarit. Tali instrumento utebantur pictores teste Polluce VII. 129. ἐφ' οὗ δὲ οἱ πίνακες ἐρείδονται ὅταν γράφωνται, ξύλον ἐστὶ τρισκελές· καλεῖται δὲ ὀκρίβας καὶ κιλλίβας. Verum notissimus usus, ut opinor, erat ad mensam sustentandam. Hesychius: κιλλίβαντες· τραπεζῶν βάσεις καὶ ὑποθέματα· ἢ τρισκελεῖς τράπεζαι. *Elmsl.*

1136. g) (1123.) Verba τῆς ἐμῆς a Dicaeopolide δεικτικῶς dicuntur, digito ad κίστην admoto, vel ad

---

g) Plorare iussis Scholiastis eorumque asseclis, tu rescribes: Παῖ, τοὺς ἄμητας κριβανίτας ἔκφερε. Sponsorem emendationis dabo ipsum Comicum Plut. 1000. *Hotib.* Eine der besten Coniecturen des Vf's, aber doch vielleicht unnöthig, wenn man annimmt, dass Dikaiopolis, der τοὺς κιλλίβαντας τῆς ἀσπίδος des Lamachos parodirt, mit einem Lazzi auf seinen Bauch zeigend, ausruft: καὶ τῆς ἐμῆς, — (sc. γαστρὸς κιλλίβαντας) τοὺς κριβανίτας, ἔκφερε. „Die (Stützen) meines hier, das Backwerk bring' heraus." Da beide Formen κρίβανος und κλίβανος im Gebrauch waren, s. Eustath. zu Hom. Il. α. S. 252. unten, Polit. Ausg. (Röm. S. 132.): so giebt es ein besseres Wortspiel, wenn man κλιβανίτας liest. Dass Thomas M. die Form κρίβανος

ventrem, quae quidem Scholiastae sententia est. *Elmsl.*

κριβανίτας h). Panes *κριβανίτας* memorat noster etiam in *Γήρᾳ* apud Athen. p. 109. F. unde in Plut. 765. *κριβανιτῶν ὁρμαθῷ* rescribendum videtur. Superius v. 87. *βοῦς κριβανίτας* ludens dixit. Panes *ἐπνίτας* et *ἐσχαρίτας* recenset Athenaeus p. 109. C. *Elmsl.*

1137. (1123. K.) *Γοργόνωτον ἀσπίδος κύκλον.* Sic Eurip. in Phoeniss. 1137. *σιδηρονώτοις δ' ἀσπίδος τύποις ἐπῆν Γῆγας.* Idem Troad. 1156. *χαλκόνωτον ἀσπίδα.* Voce autem *κύκλος* Comicus rotunditatem clypei indicat; Scholiastes ad Vesp. 18. *κυκλικαὶ γὰρ ἦσαν αἱ ἀσπίδες τῶν παλαιῶν· ὡς Αἰσχύλος· ἄλλῳ δὲ πολλὴν (ἀσπίδος κύκλον λέγω) ἔφριξα δινήσαντος.* Qui locus exstat in Septemtheb. tragici v. 495. Archestratus apud Athenaeum VII. p. 320. *καὶ μέγεθος κυκλίᾳ ἴσον ἀσπίδι νῶτα φορεῦντος. Bergl.*

1138. *τυρόνωτον δὸς κύκλον.* Et hic versus citatur a Plutarcho dicto loco [T. II. p. 855.], apud quem pro *τυρόνωτον* scriptum est *γυρόνωτον*, quae lectio praestat. Nam non solum iocum captare voluit Comicus ex simili sono vocum *γοργόνωτος* et *γυρόνωτον*, sed etiam, si sensum spectes, non recte de placenta dixeris *τυρόνωτον*, quippe quod epithetum caseo proprie convenit, sed *γυρόνωτον* i. e. *rotundum tergum habens. Kuster.* Aeneas sophista epist. 14. *τὸν ἐκ μέλιτος καὶ ἀμυγδάλων συμπλακέντα κύκλον. Ex melle et amygdalis complicatum orbem* i. e. placentam. *Bergl.*

1139. *ταῦτ' οὐ κατάγελώς ἐστιν ἀνθρώποις.* Euripides in Ione 528. *ταῦτ' οὖν οὐ γέλως κλύειν ἐμοί; Bergl. κατάγελως — πλατύς.* Synesius epist. 50. *γέλως ἂν εἴη πλατύς.* Theophylactus Simoc. epist. 10. *ἐγὼ δὲ πλατὺν γέλωτα τῶν σῶν καταχέω δογμάτων. Bergl.*

---

allein für Attisch erklärt, entscheidet nichts. *Ahlwardt.* in diariis Ienensibus a. 1810. nr. 124. p. 391.

h) Propter similitudinem praecedentis *κιλλίβαντας* intulit hanc vocem. Subauditur autem in *τῆς ἐμῆς* vox *γαστρὸς*, ut monet Scholiastes. *Bergl.*

1141. *i*) (1128.) *ἐκ τοῦ χαλκίου. ἐν τῷ χαλκίῳ* vulgo, quod post *κατάχει* minime Graecum est, licet diserte a Schol. agnoscatur, quem describit Suidas in *κατάχει. ἐκ τοῦ χαλκίου* optime Pollux X. 92. *k*). Hesychius ex Eupolide: *χαλκίον μακρόν· τὴν ἐλαιηρὰν ἐπίχυσιν.* Satis ridicule sistitur in scena Lamachus scutum oleo detergens, donec Dicaeopolidis imaginem reddat. *Elmsl.*

1142. (1129.) *ἑνορῶ γέροντα l*). Sic B. C. In membr. *ὁρῶ. Brunck.* Subauditur *ἐν τῇ ἀσπίδι.* Verba *δειλίας φευξούμενον* recte vertit Brunckius: *reum timiditatis futurum.* Sic *διώξομαί σε δειλίας* Eq. 368. *Elmsl.*

1143. (1130.) *γέρων κλάειν κελεύων.* Sic optime B. Vulgo ineptissime, post *γέρων* posita maxima distinctione, *κελεύω* legitur. Dixerat Lamachus se in polita et nitida superficie clypei senem videre timiditatis causam dicturum. Huic Dicaeopolis in placentam, tanquam in speculum, intuens refert: *Ego etiam hic video senis imaginem, plorare iubentis Lamachum.* Facetum hoc est: at vide quam insulsum sit in Bergleri versione: *Et hic apparet senis imago. Plorare iubeo Lamachum.* Absque codicis ope hic locus facile sanari poterat. Quod dedimus, id ipsum coniectura adsecutus fuerat Reiskius *m*). *Brunck.* Quem secutus est Elmsl., qui monet eandem emendationem factam esse a Bentleio.

1144. (1131.) *Λάμαχον τὸν Γοργάσου.* Ut Clisthenem Sibyrtii filium superius v. 118. per iocum appellat noster, ita patrem Gorgasum Lamacho tribuit, qui revera Xenophanis filius erat, teste Thucydide VI. 8. *Elmsl.*

---

i) *κατάχει σὺ παῖ.* Ex scholiis: *ὁ Λάμαχος δέ ἐστι παρακελευόμενος ἐπὶ τὸ μέρος τὸ χαλκοῦν τῆς ἀσπίδος ἔλαιον καταχυθῆναι, ἵνα στίλβῃ· εἰσὶ γάρ τινες οἱ ἐν τῷ ἐλαίῳ ὁρῶντες μαντεύονται. οὕτως ὁ Σύμμαχος.* Lamachus etiam inspecto oleo vaticinatur de Dicaeopolide v. sequenti. *Bergl.*

k) Suidam et Pollucem citaverat *Kuster.*

l) In oleo futura praevidet. Vide ad v. praecedentem. *Bergl.*

m) Verba eius haec sunt: punctum post *γέρων* tollendum. Cohaeret enim cum *κελεύων*, ut legendum est.

1145. *φέρε δεῦρο, παῖ. φέρε, παῖ, δεῦρο* Rav. Malim, *φέρε δεῦρό μοι. Elmsl.*

1146. *θώρακα.* Scholia: *πρὸς τὴν ὁμωνυμίαν ἔπαιξε· θωρῆξασθαι γὰρ ἐστι τὸ καθοπλισθῆναι· ἀλλὰ καὶ τὸ πίνειν καὶ μεθύειν οὕτω καλοῦσιν. Bergl.* Verba *κἀμὸν τὸν χόα* sunt Dicaeopolidis. *Reisk.*

1148. *πρὸς τοὺς συμπότας* [*ξυμπότας* Brunck. Elmsl.] *θωρήξομαι.* Etymol. v. *θώραξ: ἀφ' οὗ καὶ τὸ ἐμπίπλασθαι οἴνου θωράσασθαι* (lege *θωρήξασθαι* vel *θωράξασθαι*) *λέγεται· ὡς παρὰ Ἀριστοφάνει· πρὸς τοὺς συμπότας θωράξομαι. εὐωχηθήσομαι, ἢ μεθυσθήσομαι. Kust.*

1150. 1151. Hos versus diverso ordine quam vulgo leguntur non male exhibet Rav. Neutrum agnoscit A. *Elmsl. κιστίδος. κίστιδος* vulgo. *κιστίδος* penacute Pollux X. 136. et Suidas diserte in *κίστις.* Ita *κλίνη, κλινὶς, τήθη, τηθίς. Elmsl.*

1152. *ἐξέρχομαι. εἰσέρχομαι. Reisk.*

1155. *συμποτικὰ* [*ξυμποτικὰ* Brunck. Elmsl.] *τὰ πράγματα.* Sic *μανικὰ πράγματα* in Vesp. 1494. *Bergl.*

1158. Subauditur *ἰτητέον, τρεπτέον, βαδιστέον. Elmsl.*

1159. (1146.) *σοὶ δὲ ῥιγοῦν καὶ προφυλάττειν.* Sic optime membr. Sic etiam B. nisi quod *ῥιγῶν* habet, quod perinde est. Hoc quoque voluit librarius cod. C. qui scripsit *σοὶ δὲ ῥιουγνῶν καὶ πρ* — Pessime in impressis, *σοὶ δὲ ῥιγῶντι προφυλάττειν.* De Dorica forma *ῥιγῶν* Atticis etiam usurpata vide not. ad Av. 935. *n*). Mirari subit Dawesium, de proprietate literae *ρ* agentem Miscell. Crit. p. 160. hunc versum, prout vulgo legitur, citasse, nec animadvertisse ultimam in *ῥιγῶντι* contra canonem, quem ipse fixit, male produci ante literas *πρ*. Alio laborabat hic versiculus incommodo, a quo studiose, et quantum potis est fieri, cavere solet Comicus, ne caesura in dimetris anapaesticis post secundum pedem sit. *Brunck.*

---

n) Doricas formas ab Atticis usurpatas, *διψῆν, πεινῆν, ῥιγῶν*, saepe mutarunt librarii. *Elmsl.*

1160. (1147.) Sic legitur hic locus in libris, quos vidi omnibus.

τῷ δὲ καθεύδειν μετὰ παιδίσκης
ὡραιοτάτης,
ἀνατριβομένῳ ο) τε p) τὸ δεῖνα.

His si sensus inest aliquis, est sane ineptissimus. Rem aestimes ex Bergleri accuratissima versione: *Ille dormiet cum puella pulcherrima, quae ei fricabit illud membrum.* Itane? cum puella concumbet, nec puellam subiget, nec viri patrabit opus, et contentus erit, sibi *membrum illud* si perfricetur? Stultum mehercle nebulonem! Ut appareat, quod Chorus vult ostendere, quam diversa sit illorum conditio, necesse est, contrarias hic duas res sibi opponi, ut supra in illis versibus:

τῷ μὲν πίνειν στεφανωσαμένῳ·
σοὶ δὲ ῥιγοῦν καὶ προφυλάττειν.

Quaenam autem magis sunt contraria, quam alterum, ut Comici verbis utar, *βινεῖν*, alterum vero *δέρεσθαι*? Vide Conc. 705. Ran. 541. ubi eadem est oppositio. Iussis itaque plorare librariis omnibus, editoribus, criticastris, confidenter repono:

τῷδε καθεύδειν μετὰ παιδίσκης
ὡραιοτάτης·
σοὶ δ', ἀνατρίβειν γε τὸ δεῖνα.

Vulgo male scribunt τῷ δὲ, novam partitionem inchoantes, cui deest membrum alterum. Oportet τῷδε, *huic*, cui opponitur in altero exinde versu σοὶ δέ. Saepius sic δὲ infertur, absente in priori membro correlativa particula μέν. In unica hac voce diversum quid e codd. enotavi. Pro τῷ δὲ in C. scriptum est ὦδε. In ceteris, ut duo alii, cum impressis concinit. τὸ δεῖνα quid valeat, per se satis intelligitur. Veteris critici commentaria ad hunc locum descripsit Suidas in hac nota: εὐθυρρήμων, εὐθυλόγος, ἐτυμολόγος. καὶ ῥῆμα εὐθυρρήμονῶ. ὅτε λέγει Ἀριστοφάνης ΤΟ ΔΕΙΝΑ, τὸ ῥηθησόμενον ἀηδὲς ἐκφεύγει εὐθέως λέγειν, ἵνα μὴ εὐθυρρήη-

---

o) In Vespis 747. πόρνην ἥτις τὸ πέος τρίψει καὶ τὴν ὀσφῦν, *Bergl.*

p) γε, non τε. *Reisk.*

μονήσῃ. Vide Hemsterhusium ad Pl. p. 405. et nos ad Lys. 921. *Brunck.*

τῷ δὲ καθεύδειν. τῷδε καθεύδειν Brunckius. *ὧδε καθεύδειν* C. unde *οὐδὲ* conieceram. Verum recte se habere videtur vulgata. In rerum diversarum collatione, post transitum a priore ad posteriorem, saepe redit oratio ad priorem. Exemplo erunt tres primi versus huius fabulae et Plut. 751 — 759. *Elmsl.*

1162. *q*) *ἀνατριβομένῳ γε τὸ δεῖνα. ἀνατριβομένῳ τε τὸ δεῖνα* vulgo, consentiente Rav. Versum ex ingenio ita refinxit Brunckius: *σοὶ δ' ἀνατρίβειν γε τὸ δεῖνα:* in qua scriptura perperam usurpatur activa forma. Nimis obscoena sunt quae contra vulgatam scripturam disputavit Brunckius, quam ut in eo confutando operam meam impendam. Remitto lectorem ad Vesp. 739. 1341. ubi fere similia leguntur. *Elmsl.*

1163. *Ἀντίμαχον.* Quidam aiunt, referente Scholiaste, hunc, cum choragus esset, nimis parce sumtus fecisse. Erat autem officium choragi procurare ea quae ad ludos scenicos spectarent. *Bergl.*

Ψακάδος. Psacadis i. e. *guttae* filium vocat eum, quia vitio quodam naturae sputo conspergeret quos alloqueretur. Scholiastes ad hunc locum et ad Nubes 1018. ait ipsum Antimachum dictum fuisse *ψακάδα*, sed in Nubibus legitur *ψέκας* per ε ut apud Suidam. *Bergl.* In B. *Ψεκάδος*, uti scriptum est etiam hoc nomen in Schol. ad Nub. 1018. *Brunck.* *Ψεκάδος* B. Suidas in *Ἀντίμαχος.* *Ψεκάδα* Suidas in *τευθίδες* et *Ψεκάς.* *Ψακάδα* legisse videtur Schol. *Ψακάδος* Rav. ut vulgo. Ad Nub. 1022. *ὁ ψαδακὸς λεγόμενος* habet scholiorum ed. Aldina, *ὁ ψεκὰς λεγόμενος* aliae, *ὁ ψεκάδος λεγόμενος* ex Schol. Suidas in *Ἀντιμάχου.* *Elmsl.*

1165. (1150. K. 1151. Br.) *τὸν μελίων r*) *τὸν ποιητήν.* Sic omnes editt., sed nullo sensu. Quare re-

---

q) *Ἀνατριβομένῳ τε τὸ δεῖνα.* Displicet hoc Brunckio, qui reponendum putat *σοὶ δ', ἀνατρίβειν γε τὸ δεῖνα.* Senex est Dicaeopolis. Sapienti sat. cf. 1230. et itidem in sene Vesp. 765, 6, 1384. Plaut. Stich. 4, 1, 66. *Hotib.*

r) *τῶν μελέων. Reisk.*

pono τῶν μελῶν ποιητὴν, ut habet Suidas v. Ἀντίμαχος. Ad hanc lectionem proxime accedit MS. Vat. Palat. qui habet τῶν μελέων (Ionice pro μελῶν) ποιητήν. Vel potuit etiam scripsisse Aristophanes, τὸν μέλεον ποιητὴν, i. e *poetam miserum et vanum*. Hesychius: μέλεος· μάταιος. *Kust.* Sane commodius legeretur τῶν μελέων τὸν ποιητὴν, ut viri docti volunt. Ita Machon apud Athenaeum VII. p. 341. Φιλόξενον τῶν διθυράμβων τὸν ποιητήν. *Bergl.*

τὸν μελέων ποιητήν. Sic bene tres codd. Impressi, τὸν μελέων τὸν ποιητήν: inepte repetito articulo [quem ante ποιητὴν deleri voluit *Bentl.*], cum versus etiam labe. Trimeter est choriambicus catalect. ut v. 1163. in antistrophe:

τὸν ξυγγραφῆ | τὸν μελέων | ποιητήν.
κᾆθ' ἕτερον | νυκτερινὸν | γένοιτο.

Similes sunt versus 1155. et 1167. quorum prior male vulgo habitus. Vocis Λήναια prima syllaba ad praecedentem versum pertinet. At bene in impressis est ἀπέλυσ', prae quo sperni debuit trium codd. lectio ἀπέλυσεν. *Brunck.* τὸν μέλεον τῶν μελέων ποιητήν. τὸν ξυγγραφῆ, τὸν μελέων τὸν ποιητὴν edd. vett. τὸν ξυγγραφῆ, τῶν (τὼν Portus) μελέων τὸν ποιητὴν edd. recentiores. τὸν ξυγγραφῆ, τὸν μελέων ποιητὴν A. B. C. Brunckius [et Hermannus Elem. doctr. metr. p. 427. Et haec haud dubie genuina scriptura est.]. τὸν ξυγγραφῆ, τῶν μελέων ποιητὴν Vat. Rav. Verba Ἀντίμαχον τὸν συγγραφέα interpretationi suae praefigit Scholiastes. μέλεον pro μελέων coniiciunt Kusterus aliique. Ex tanta diversitate eam retinui scripturam quam repraesentant Vaticanus et Ravennas, mutato ξυγγραφῆ, quod ex glossemate irrepsisse videtur, in μέλεον. Ludit poeta in similitudine vocum μέλος et μέλεος. Trisyllabum μελέων in chori carmine usurpatur Av. 744. 750. Conferendus Antiphanes apud Athen. p. 645. E.

οἱ νῦν δὲ κισσόπληκτα, καὶ κρηναῖα, καὶ
ἀνθεσιπότατα μέλεα μελέοις ὀνόμασι
ποιοῦσιν, ἐμπλέκοντες ἀλλότρια μέλη.

Elmsl.

1169. χορηγῶν. Vide ad 1149. *Bergl.* ἀπέκλεισ' ἄδειπνον. ἀπέλυσ' ἄδειπνον edd. ἀπέλυσεν ἄδειπνον A. B.

C. Schol. ἄδειπνον ἀπέλυσεν Suidas in τευθίδες. ἀπέλυσε δειπνῶν Rav. ἀπέκλεισε δείπνων altera scriptura apud Scholiasten. *Elmsl.* ἄδειπνον. Allegorice, pro defraudatum mercede. Utitur autem hac allegoria apposite ad praecedentia; nam ibi Dicaeopolis ad coenam, ἐπὶ τὸ δεῖπνον, se parabat. *Bergl.* Nihil hic allegorici. De Ruhnkenii errore in his verbis vide supra p. 23.

1170. (1155. K. 1156. Br.) ὅν γ' ἔτ' ἐπίδοιμι τευθίδος δεόμενον s). Qui malum alicui precantur, maximam delectationem se percepturos putant, si id suis oculis videant evenire; itaque cupiunt esse αὐτόπται. Sophocles in Trachin. 1055. ἂν ὧδ' ἐπίδοιμι πεσοῦσαν αὖτως ὧδ' αὖτως, ὡς μ' ὤλεσεν. Euripides in Med. 163. ὅν ποτ' ἐγὼ, νύμφαν τ' ἐσίδοιμ' αὐτοῖς μελάθροις διακναιομένους. Utuntur et verbo simplici: Aeschylus in Choeph. 265. οὓς ἴδοιμ' ἐγώ ποτε θανόντας ἐν κηκῖδι πισσήρει φλογός. Sophocles in Philoct. 1127. ἴδοιμι δέ γέ νιν τὸν τάδε μησάμενον, τὸν ἴσον χρόνον ἐμὸς λαχόντ' ἀνίας. *Bergl.* ὅν ποτέ γ' ἐπίδοιμι τευθίδος. Vulgo ὅν γ' ἔτ' ἐπίδοιμι. In codd. ὃν ἔτ' ἐπ — Mendose, ut ex antistrophici versus collatione liquet. *Brunck.* ὃν ἔτ' ἐπίδοιμι edidit Elmsleius, qui monet ὅν ἔτ' ἴδοιμι scriptum esse apud Suidam in τευθίδες. Vulgatam olim scripturam probat Meineckius in curis criticis in comic. fragm. p. 16. sic interpretatus: *quem utinam posthac aliquando videam.* Reisigio I. p. 123. scribendum videtur ὅν ποτ' ἐπίδοιμι.

1172. πάραλος. Scholia: ἀντὶ τοῦ παραθαλασσία. ἢ ἡ παρὰ τοὺς ἁλας κειμένη· ἐπεὶ δὲ καὶ ἱερὰ ναῦς τῶν Ἀθηναίων πάραλος καλεῖται, ἐπήνεγκε τὸ ὀκέλλοι, ὅ ἐστι προσορμίζοι, ὡς ἐπὶ νεώς. Navis illa Atheniensium res

---

s) Quid sibi velit interpres nescio. Invenit forte apud Hesychium: τευθίς· πέμμα πλακουντῶδες: et ideo *panem maritimum* interpretatus est. O hominis acumen! τευθὶς piscis est species, qui dum frigitur in patella, σίζει, i. e. stridorem edit, et eo, quod e mari venit, eum vocat πάραλον. *Palmer.* [Cf. Hemsterh. ad Polluc. T. II. p. 1172.]. Similis fere imprecatio in Equit. 923. εὔχομαι δέ σοι ταδί· τὸ μὲν τάγηνον τευθίδων ἐφεστάναι σίζον etc. *Bergl.*

est notissima: vide in Av. 1204. *Bergl.* *ἐπὶ τραπέζης.* *ἐπὶ τραπέζῃ* vulgo. *ἐπὶ τραπέζης* Suidas in *τευθίδες* et *Ψεκάς*. Dativus est in Eq. 785. *ἐπὶ ταῖσι πέτραις οὐ φροντίζει σκληρῶς σε καθήμενον οὕτως.* Thesm. 1182. *καθεζ μένη δ' ἐπὶ τοῖσι γόνασι τοῦ Σκύθου.* *Elmsl.*

1175. *ἁρπάσασα φεύγοι.* *ἁρπάσας φάγοι* Suidas in *τευθίδες* et *Ψεκάς*. *Elmsl.*

1177. Lege *καὶ θάτερον.* *Bentl.*

1179. *ἠπιαλῶν — βαδίζων t).* Nominativus absolutus pro genitivo *ἠπιαλοῦντος* et *βαδίζοντος*, ut recte notat Scholiastes vetus. Sed de hac constructione Attica abunde diximus ad Plutum v. 277. *Kust.* Hesychius: *ἠπιαλῶν· ῥιγῶν· τὸ γὰρ πρὸ τοῦ πυρετοῦ ῥῖγος, ἠπίαλόν φασιν.* Noster secundis Thesmophoriazusis apud Schol. ad Vesp. 1038. *ἅμα δ' ἠπίαλον πυρετοῦ πρόδρόμον.* *Elmsl.*

1180. *βαδίζων.* *βαδίζει* Suidas in *ἠπίαλος*, unde forsan [cum Bentleio] conieceris *βαδίζοι· κᾆτα.* Verum receptam scripturam, de qua dixi superius ad v. 355. diserte tuetur Schol. a Kustero emendatus: *ἠπιαλῶν δὲ εἶπε καὶ βαδίζων, ἀντὶ τοῦ ἠπιαλοῦντος καὶ βαδίζοντος.* *Elmsl.*

1182. (1166.) *τῆς κεφαλῆς.* *τὴν κεφαλὴν* Rav. *τῆς κεφαλῆς*, ut vulgo, Schol. diserte, quae scriptura repraesentatur superius v. 1180. Vesp. 1428. Pac. 71. et subinde apud alios scriptores. Nempe subauditur *τὸ ὀστοῦν:* quod enim dixit Lucianus Timone p. 161. *κατέαγα τοῦ κρανίου*, non magis Atticum est quam *ἵπτατο*, *ἀπαντώμενος*, *καθεσθείς*, et reliqua portenta, quae Lexiphani suo exprobrat. Cum vero dixerit Plato Gorgia p. 520. D. *κἄν τινα δόξῃ μοι τῆς κεφαλῆς αὐτῶν κατεαγέναι δεῖν*, in hoc nostri loco pro *αὐτοῦ* non mihi displiceret *αὐτόν*. Lucianum et Platonem allegavit Thomas Magister in *καταγῆναι*. *Elmsl.* *Ὀρέστης μαινόμενος.* Hunc Orestem, qui erat nocturnus grassator, dicit *furentem*, quia commune nomen habet cum

---

t) Scholia: *ἀντὶ τοῦ ἠπιαλοῦντος καὶ βαδίζοντος.* Nominativus pro genitivo, ut mox v. 1181. *Bergl.*

Agamemnonis filio, quem *furiae* exagitarunt, ut notum ex tragoediis, propter matris caedem. Eundem grassatorem vocat heroem in Avib. 1491. eadem de causa: *εἰ γὰρ ἐντύχοι τις ἥρωι τῶν βροτῶν νύκτωρ ὀρέστῃ, γυμνὸς ἦν πληγεὶς ὑπ' αὐτοῦ πάντα τἀπιέξια.* Ubi vide notam. *Bergl.*

1183. (1168.) *ὁ δ' αὖ.* Vulgo *ὁ δέ.* Saepissime commutari *δ' αὖ* et *δὲ*, observavi ad Vesp. 755. quod pueris etiam notum. Ut metra concinerent, illud praeferri debuit:

ὅν ποτέ γ' ἐ | πίδοιμι τευ | θίδος
μαινόμενος | ὁ δ' αὖ λίθον | βαλεῖν.

λίθον βαλεῖν. Sic etiam A. C. In B. *λαβεῖν. Brunck. ὁ δὲ* revocandum esse monuerunt Meineckius et Reisigius locis ad versum strophicum laudatis, et revocavit Elmsleius, qui *λαβεῖν* ex B. et Rav. recepit.

1185. (1169. K. 1170. Br.) *πέλεθον.* Alii *σπέλεθον. Kust.* Scholiastes ad Eccles. 591. hunc locum adducens legit *σπέλεθον* ad haec verba: *κατεδεῖ σπέλεθον πρότερός μοι.* Scholion: *σπέλεθον· κόπρον. καὶ ἀλλαχοῦ· ἐν σκότῳ λάβοι τῇ χειρὶ σπέλεθον ἀρτίως κεχεσμένον.* Eadem ista voce utitur et Hegemon Thasius apud Athenaeum XV. p. 698. in loco simili: *ἔβαλλον πολλοῖσι σπελέθοισι. Bergl. σπέλεθον.* Nescio qua incogitantia hoc admiserim, repertum quidem in codd. A. C. Sed vera est, quam reponi velim, cod. B. et impressorum scriptura *πέλεθον,* extrito *σ,* quae litera metrum huius versus pessumdat. Est enim senarius iambicus. *Brunck. σπέλεθον* metro repugnante A. C. Schol. ad Eccles. 595. Suidas in *σπέλεθος.* De his vocibus, quarum altera est Attica, altera recentioris Graecitatis, accurate, ut solet, disputavit Piersonus ad Moerim p. 310. quem tamen fugit ex emendatione Kusteri profectum esse *τῶν δὲ σπελέθων* Eccl. 596. ubi veteres libri *τῶν σπελέθων* habent, *καὶ τῶν σπελέθων* Brunckius. *Elmsl.*

1186. *ἐπάξειεν δ' ἔχων.* Sic A. B. Male vulgo *ἐπαΐξειε δ' ἔχων,* numeris non congruentibus. *Brunck.*

1188. *Κρατῖνον.* Scholiastes monet, non poetam hic intelligi, sed alium quendam. *Bergl.*

1189. Nunciat aliquis Lamachum esse vulneratum, iubetque ut necessaria ad vulnus obligandum parentur. Mox deinde ipse apparet, atque a Dicaeopolide postea ridetur. *Bergl.*

1190. (1175.) *ἐν χυτριδίῳ.* Sic optime Dawesius Misc. crit. p. 204. [et Elmsl.]. Vulgo, claudicante versu, *ἐν χυτρίῳ.* Occurrit apud Comicum *χυτρίδιον* supra 463. Conc. 745. Pac. 202. *χυτρίον* vero nullibi. Boni commatis vox esse videtur. Ut enim *χοιρίον* et *χοιρίδιον*, sic *χυτρίον* et *χυτρίδιον:* nec affirmare ausim vocem esse nihili. Sed nihilo minus certum est eam hic a Comico adhibitam non fuisse, quia nuspiam ille primam in *χύτρα* producit. *Brunck.*

1192. (1177.) *ἔρι' οἰσυπηρά.* Sincera lectio, quam qui primus e recentioribus editoribus reposuit, eum satis pro merito laudare nequeo. Coniecturam, si modo ita appellari debet, ipsa enim re certissima emendatio est, praeter Scholiastam, adfirmare possit Pollux VII. 28. [a Kust. indicatus] *ἐριοπῶλαι, ἐριοπωλεῖν, ἔρια οἰσυπηρὰ Ἀριστοφάνης.* Suidas: *οἰσύπη, ὁ ῥύπος τῶν ἐρίων. οἰσυπηρός, ῥυπαρός. ἔρια οἰσυπηρά, ῥύπου πεπληρωμένα.* At codices omnes, editiones itidem omnes ab Aldina usque ad Frobenianam habent *ἔρ' οἰσυπηρά.* An temeritatis reus agetur, qui sine ullius codicis auctoritate mendam illam e Comici textu sustulit? An stoliditatis damnabuntur insequentes editores, qui furtim suppositam lectionem probarunt, prioremque, quam unicam agnoscunt veteres libri, non revocarunt? *Quorsum*, inquiet aliquis, *inepta haec quaestio?* Ineptane, ais? Audi et iudica. In Apollonii Rhodii Argonauticorum I. v. 1152. legebatur olim:

πολλὰ δὲ τήν γε λιτῇσιν ἀποστρέψαι ΕΡΓΩΛΑΣ
Αἰσονίδης γουνάζετ' —

Vocem nihili *ἐργώλας* ablegavi, sinceramque poetae manum restitui, *ΕΡΙΩΛΑΣ.* Sic legendum esse uno ore clamaverunt eruditi omnes. Crimini tamen mihi datum fuit, quod putida menda poetam illum inquinari diutius non siverim. En Aristarchi nostratis iudicium in *ERUDITORUM DIARIO ad mensem Maium* 1781. *Henri Estienne avoit remarqué pareille-*

ment qu'il falloit lire ἐριωλὰς, mais il s'étoit bien gardé d'insérer cette leçon dans le texte. Placide quiescant H. Stephani manes, cuius e laudibus nihil detractum volo. Sed illi duplices agendae erant partes; Bibliopolae, et Critici. Quum librum quempiam praelo suo subiiciebat, omnis ei removenda erat mora, ut nundinas praeverteret. Ex hac praesertim, aliisque causis, factum est, ut eius editiones non ita sint emendatae, ut futurae fuissent, si optimo inque primis erudito viro plus fuisset otii. Librum plerumque typis descriptum operis suis exprimendum dabat, contentus in notis ea corrigere, quae mendosa ei viderentur. Sed hac nostra aetate, qua Criticae lux tanto splendore effulsit, pro insigni bardo habendus fuisset, qui in Apollonii textu ἐργωλας reliquisset, ludibriumque debuisset eruditis, quotquot sunt, omnibus. Sciendum est in recentium Graecorum pronunciatione magnam esse soni adfinitatem inter literas ι et γ. Eadem observatur in Germanorum sermone. Nomen *metzger*, quod eis *lanionem* significat, ita a politissimis quibusque pronunciatur, ut qui in eorum literis non fuerit eruditus facile credat scribi debere *metzier*. Sed istud obiter. Ex hac literarum adfinitate saepissime contigit, ut ι et γ invicem permutarentur. Vide quae in hanc rem notarunt Hesychii interpretes ad glossam *Καλλιγένειαν*, et haec summi Hemsterhusii perpende verba ad Lucianum T. I. p. 287. „Causa „corruptelae proxima recentioribus literarum γ et ι „pronunciatio, quo mendi genere vix dici potest, „quot adhuc veterum loca laborent, ut in *Hesychio*, „παῖον, ἀσφαλές, βέβαιον· pro πάγιον. λοῖα, ὀλέθρια· „pro λοίγια. ἦγε et ἤιε, ἀγὼν et αἰὼν in membranis „saepe commutata. *ΕΡΙΩΛΑΣ NULLIUS PRETII VOCABULUM* in Apollon. Rh. I. 1132. pro „*ΕΡΙΩΛΑΣ*, quod usurpat ipse IV. 1778. Sed exemplis parco.“ Hactenus vir post renatas literas graece doctissimus. Non tamen ista *PUTEANUM* permovebunt, ut agnoscat optimo iure ἐριωλὰς Apollonio restitutum a me fuisse. Et forte nimis calidum fuit, nec satis meditatum Hemsterhusii effatum. Bis apud Comicum occurrit vox ἐριωλὴ diversa potestate. Primo Eq. v. 511. ubi propria significatione adhibe-

tur: tum Vesp. 1143. ubi facete senex Heliastes filio, qui ei laenam e molli lana, quam Ecbatanis texam fuisse aiebat, et ἐρίου τάλαντον ῥᾳδίως καταπέπωκ ναι, induere volebat, respondet, laenam illam non καυνάκην, sed ἐριώλην; *laniperdam*, ut lepide reddidit Florens. appellari debere. Ibi ἐριώλην adhibet, tanquam si vox esset composita ab ἔριον et ὄλλυμι, pro ἐρίου ἀπώλειαν. Quidni, obsecro, pari licentia fingere potuit Comicus vel noster, vel alius, vel quivis scriptor, cui urbano esse licuit, nomen ἐργώλη, quo signate notaretur sinistrum aliquod scriptum, cuius auctor operam ludos fecisset et chartam? Iudicium illud, quod modo dicebam de Apollonii editione in *ERUDITORUM DIARIO* si quis ἐργώλην appellare velit, hoc ego vocabulum contra doctissimos Hemsterhusii discipulos tuebor, et maximi pretii esse contendam. *Brunck.*

λαμπάδιον. λαμπάδια, contra metrum, Suidas in ipsa voce, sed non recto litterarum ordine. Hesychius: λαμπάδιον· τὴν λεπτὴν κειρίαν, ᾗ ἐπιδοῦσιν. Inter medici instrumenta memorat Pollux X. 149. *Elmsl.*

1193. ἄνήρ. ἀνὴρ vulgo, sine articulo. *Elmsl.*

1194. (1179.) παλίνορον ἐξεκόκκισεν *v*). *Retroactum excussit ut granum e spica.* Vox comicae licentiae. Utitur ea et in Pace 63. paulo aliter: τὰς πόλεις ἐκκοκκίσας. Scholiastes tamen videtur legisse

---

v) Citat Suidas v. παλίνορον," qui et eodem respexit v. ἐξεκόκκισε. Locus autem hic, si proprie verba spectes, sic vertendus est: *et malleolum pedis retro actum loco suo excussit*, i. e. *malleolum pedis luxavit.* Observandum autem est, Comicum per iocum hic dixisse ἐξεκόκκιζε, quod proprie significat *grana excussit.* Conceditur enim haec licentia comicis, ut risus captandi gratia vel novas aliquando voces fingant, vel significationem aliquam inusitatam illis tribuant: quod extra scenam nemo, nisi forte Lexiphanes aliquis, facere ausit. *Kuster.*

1195. Καὶ τῆς κεφαλῆς κατέαγε. Similiter Thucydides Hist. 1, 30.: τῆς γῆς ἔτεμον, ad quem locum Scholiasta: Ἀττικὴ ἡ σύνταξις: et ib. eod. 42.: τῆς — ὑποψίας σῶφρον ὑφελεῖν μᾶλλον, etc. Alioquin in promtu esset reponere τὴν κεφαλήν. *Hotib.*

ἐξεκόκκυσεν, qui id exponit per ἤχησεν, *sonuit*, quae expositio convenire magis potest verbo κοκκίζειν, quam verbo κοκκίζειν. Occurrit itidem improprie κοκκίζειν in Eccles. 51. ὁ κήρυξ — κεκόκκυκεν, et in Ranis 1420. *Bergl.* ἐξεκόκκυσε legisse videtur Schol. ἐξεκόμισα. Suidas in παλίνορον. *Elmsl.* παλιορρόον. παλίνορον vulgo, consentiente Suida in ipsa voce. Hesychius inter παλινόρους et παλίορος, παλίνορον (ἐξεκόκκισεν)· εἰς τοὐπίσω ἐξέκλασεν καὶ ἐξέβαλεν· ἀπὸ τῶν ἐκκοκκιζομένων ῥοιῶν. Quum ad Homericum παλίορσος Il. γ. 51. quod habet Aesch. Agam. 159. respicere videatur poeta, dedi παλίορρόον *x*), quod a recepta scriptura non multum abscedit. Phileraero comico ἀμπαλίνορος tribuitur ab Hesychio et Suida in ipsa voce. Hinc fortasse hoc loco παλίνορον scribendum erat. *Elmsl.*

1196. (1181.) καὶ Γοργόν' ἐξήγειρεν ἐκ τῆς ἀσπίδος. Supra v. 574. inclamatus a Choro Lamachus ait:

τίς Γοργόν' ἐξήγειρεν ἐκ τοῦ σάγματος;

Quis Gorgonem excitavit e theca? id est, *quis me adigit ut clypeum e theca educam?* Bene se illic habet verbum ἐξήγειρε, quod inde huc male retractum videtur. Aliud enim quid sententia flagitat, ἐξήραξεν, *effregit*, vel similis potestatis verbum *y*). Putida est Scholiastae ad hunc versum nota. *Brunck.*

1197. πτίλον — πεσόν *z*). Pro πτίλου πεσόντος. Nominativus pro genitivo absoluto. Vide nos supra ad Plut. 277. Ceterum constructionis huius ignorantia effecit ut Frischlinus in loco hoc interpretando a

---

x) Hoc probat Blomfield. ad Aeschyli Agam. p. 177. „Lege παλίνορσον, immo παλίνωρον ex Hesychio." *Bentl.*

y) Brunck reads ἐξήραξεν instead of ἐξήγειρεν. ἐξήρειξεν would be nearer the present reading: from ἐξερείκω, *to crousb, or batter out:* compounded of ἐξ and ἐρείκω, like κατερείκω, Vespae 649. *John Seager* in Classical Journal Nr. IV. p. 718.

z) Unus ex Scholiastis exponit: πτίλον δὲ τοῦ μεγάλου πεσόντος πρὸς ταῖς πέτραις, δεινὸν μέλος ἐξηύδα ὁ Λάμαχος· ἢ πεσὼν πρὸς ταῖς πέτραις ἐθρήνει τὸ μέγα πτίλον. In priore expositione nominativus pro genitivo absoluto sumitur, ut paulo ante v. 1163. in posteriore pro πεσόν legitur πεσών, idque non inepte. *Bergl.*

vero sensu longe aberraret, ut lector facile animadvertere poterit. *Kust.* Vide Plut. 277. et meam annotationem ad v. 535. Noster apud Pollucem VII. 67.

ἀλλὰ τὸ στρόφιον λυθέν,
τὰ κάρυά μου ξέπιπτε.

Elmsl.

κομπολακύθου. Vide supra v. 589. *Bergl.*

1199. *a*) Sunt versus tragici alicuius, quem hic ridet Aristophanes. *Kuster.*

1202. 1203. Elmsleius sic interpunxit: ξυναντᾷ δραπέταις λῃσταῖς, ἐλαύνων —

1204. ὁδὶ δὲ καὐτός. Ita Vesp. 1360. ὁδὶ δὲ καὐτὸς· ἐπὶ σὲ κἄμ' ἔοικε θεῖν. Av. 1718. ὁδὶ δὲ καὐτός ἐστιν· ἀλλὰ χρὴ θεᾶς. *Elmsl.*

1205. *b*) 1213. ἀτταπαττατά vulgo in priore loco, ἀτταλαττατά in altero. ἀττατᾶι, ἀττατᾶῖ Rav. utrobique.

---

a) Ὦ κλεινὸν ὄμμα. Male Frischlinus: O praeclare ocule; male Prunckius: O inclytum lumen, peius etiam Wieland: O Auge der Welt. Periphrasis haec est personificatae plumae: vid. Valckenar. ad Eurip. Phoen. 415. *Hotib.*

b) 1205 — 1212. Haec respondere versibus 1213 — 1217. facile quisque videt. Deletis interpretamentis sic scribendum:

Ἀτταταῖ, ἀτταταῖ,
Κρυερὰ πάθεα! τάλας ἐγὼ διόλλυμαι!
Ἐκεῖνο δ' οὖν αἰακτὸν ἂν γένοιτό μοι·
Δικαιόπολις γὰρ εἴ μ' ἴδοι τετρωμένον,
Κἄτ' ἐγχάνοι ταῖς ἐμαῖς τύχαισιν.

Hotib.

1190. [Br.] et sqq. Sic lege

ΛΑ. ἀτταταῖ
ἀτταταῖ
στυγερὰ ταδὶ
κρυερὰ πάθη·
τάλας ἐγὼ διόλλυμαι
δορὸς ὑπὸ πολεμίου τυπείς·
ἐκεῖνο δ', οἰμ' αἰακτόν, οὔτ'
ἄνεκτον ἂν γένοιτό μοι·
Δικαιόπολις γάρ, εἴ μ' ἴδοι τετρωμένον,
κἄρτ' ἐγχάνοι γε ταῖσδ' ἐμαῖς ἂν ἐν τύχαις.
ΔΙ. ἀταταῖ

ἀτταταταταί Suidas in ἐποποῖ. *Elmsl.* qui utrobique scripsit ἀτατατάί.

ἀταταῖ
τῶν τιτθίων ὡς χλιαρὰ καὶ Κυδώνια·
φιλήσατόν με μαλθακῶς, ὦ χοιρίω,
τὸ περιπεταστὸν καὶ τὸ μανδαλωτόν.
τὸν γὰρ χρᾶ νῦν πρῶτος ἐκπέπωκα.
ΑΑ. ἰὼ ἰώ· τραυμάτων ἐπωδύνων —
ΔΙ. ἰὴ ἰή ἄμαχε παίδιον χύτρας —
ΑΑ. στύγν', Ἔρις, λέγω —
ΔΙ. μίγδ', Ἔρος, λέγω —
ΑΑ. τί μέ σὺ δάκνεις;
ΔΙ. τί μέ σὺ κνηστίς;
ΑΑ. τάλας ἐγὼ τῆς ἐν μάχῃ γε ξυμβολῆς βαρείας·
ΔΙ. ἐν Χουσί γ' ὧν τις ξυμβολὰς ἐπράττετ' (οὐ βαρείας;)
ΑΑ. ὦ ξυμφορὰ τάλαινα τῶν ἐμῶν κακῶν. Παιὼν ἰὼ Παιών.
ΔΙ. (ἀσύμφορόν μ',) ἀλλ' οὐ τανῦν γ', ὁσημέραι παίοντ' ἰὼ παιών.

v. 7. Vulgo δ' οὖν αἰακτὸν ἄν. At prius ἄν MSS. omittunt. Mox dedi ἄνεκτον. Vid. *Classical Journal* No. XXVI. p. 372. Adde οὐ τλητὸν in Lys. 529. et οὐ τλατᾶς οὐ φερτᾶς in Hec. 159. necnon ἀνάσχετα in Brunck. Indice. Exstat ταῦτ' ἄνεκτα δῆτ' ἀκούειν in Thesm. 563. V. 10. Vulgo κατεγχάνοι — ἐμαῖσιν ἄν. At κατεγχάνοι est nihili verbum. V. 13. Vulgo σκληρά. Papillae puellarum certe dici possunt σκληραί. At cum iis μαλθακῶς non convenit. Reposui χλιαρά. Vox exstat in Ach. 975. V. 14. Vice χρυσίῳ dedi χοιρίω. Etenim foeminae, quas secum Δικαιόπολις in scenam attulit, sunt Megarenses olim sub vestitu suillo introductae; quarum altera fuit mater, altera filia, virum adhuc experta; ideoque rectius dictae χλιαρά, quam σκληραί, rectius quoque χοιρίῳ quam χρυσίῳ. V. 15. Ita Elmsl. voluit pro κἀπιμανδαλωτόν. V. 18. χαῖρε λαμαχίππιον. Rav. χαῖρε Λαμαχιππίδιον. Inde erui ἄμαχε παίδιον χύτρας. Dicitur ἄμαχε παίδιον ut κολλικόφαγε Βοιωτίδιον. Intelligitur quoque χύτρα satis bene in tali loco. Etenim χύτραν esse φιλημάτων genus docet Pollux X. 10. ex Eunico Λαβοῦ σὺ τῶν ὤτων, φιλήσων τὴν χύτραν. In eundem censum referuntur τὸ περιπεταστὸν et τὸ Μανδαλωτόν: quibus adde Γιγγλυμὸς, Δρεπτὸν et Ἰσχνίδες apud Hesych.: unde corrige Photium v. Μανδαλωτός. V. 19. Vulgo στυγερὸς ἐγὼ μογερὸς ἐγώ. At hic, ni fallor, latet lusus Euripideus in Ἔρις et Ἔρως. Vide mea annotata ad Tro. 853. Reposui igitur στύγν', Ἔρις, λέγω et μίγδ' Ἔρος λέγω. De permutatis ἐγὼ et λέγω vide ad Vesp. 1238. in *Classical Journal* No. XXXI. p. 39. V. 23. Vulgo μάχῃ νῦν: MSS. νῦν omittunt: rectius dedissent γε. V. 24. Vulgo τοῖς Χουσὶ γάρ τις ξυμβολὰς ἐπράττετο. At sententiae nexus correlativae facit, ut hic articulus abesse, et praepositio adesse debeat:

1209. (1194.) Hic et sequens versiculus in unum contributi sic exstant in A. C.

ἐκεῖνο δ' αἰακτὸν οἰμωκτὸν ἂν γένοιτό μοι.

In B. *ἐκεῖνο δ' οὖν αἰακτὸν οἰμωκτὸν γένοιτ' ἄν μοι.*

Elegans est vulgata lectio, quae si emendatori accepta referenda sit, venustum hominem sapit. Sed laborat prior versiculus, in brevem syllabam desinens, quam non adiuvat sequens versus. Scribendum:

ἐκεῖνο δ' οὖν αἰακτὸν ἄν γ',
οἰμωκτὸν ἂν γένοιτό μοι.

Brunck. Recepi scripturam quam habent A. C. Rav. Eodem carminis genere usus est noster in Av. 851. 895. Lys. 616. (ubi delendum *γε*) 659. nec dissimiles sunt huius fabulae 300. 346. *Elmsl.* qui v. 1209. 1210. in unum coniunxit.

---

sic *ἐν μάχῃ γε ξυμβολὰς* opponitur *τῷ ἐν Χουσὶ γε ξυμβολάς.* Ad versus finem inserui *οὐ βαρείας.* Certe *βαρείας* sic positum excidere facile poterat. Redde *βαρείας ξυμβολάς, heavy reckonings.* Simili metaphora dicitur *κουφὴ δαπάνη* in Eurip. Bacch. 891. At in Eq. 535. *σμικρᾶς δαπάνης* necnon Thucyd. III. 11. et 64. Verum Hesiod. *Ἔργ.* 721. *δαπάνη τ' ὀλιγίστη.* V. 25. Voces *Ὦ συμφορὰ τάλαινα τῶν ἐμῶν κακῶν* vulgo exstant post *ἐκπέπωκα.* Eas huc retuli, ut inde pateret quomodo *ἀσύμφορον* omissum esset in v. 26. ubi *παίοντ' ἰῶ* erui e *παιωνία.* Lamachi verba *παιὼν ἰὼ* deridet Dicaeopolis per sua *παίοντ' ἰῶ:* ubi *παίοντα* est sensu nequiori. Metuebat profecto *Δικαιόπολις* idem sibi eventurum esse atque Trygaeo: qui sciscitatur Mercurium in Pac. 711. *Ὦ δέσποτα, θερμῆς γῆν ὁπώρας κατελάσας Ἆρ' ἂν βλαβῆναι διὰ χρόνου τί σοι δοκῶ:* cui responsum est, *Οὐκ εἴ γε κικιῶν', ἐπιπίοις βληχωνίαν.* Quod ad lusum in *παιὼν ἰὼ* et *παίων ἰῶ*, cf. Pac. 455, 6. sic legendos *ἰὼ παιὼν ἰώ.* *Ἄφελε τὸ παίων· ἀλλ' ἰὼ μόνον λέγε:* ubi illud *ἰῶ* iure poterat clamare aliquis verberatus. V. 26. Vulgo *οὐχὶ νυνί.* Rav. *οὐχὶ νῦν γε.* Dedi *οὔ τανῦν γε.* Cf. Oed. C. 387. 616. In Plut. 993. pro *οὐχὶ νυνί γ'.* Rav. *οὐχὶ τοίνυν:* voluit *οὔ τανῦν γε.* Mox vulgo *τήμερον.* Rav. *σήμερον.* Re sosui *ὁσημέραι quotidie.* Facetissimum est votum hoc Dicaeopolidis, qui sicut iste homo apud Eustath. *Ὀδ.* p. 1678. *βαδίσας βαίνων ποτὲ νύμφιος ἄλλοτε νύμφη*, cupit sibi satisfieri, quando aliis satisfacere nequit. Illud *ὁσημέραι* aliquatenus expouit Theognid. 1336. *Εὖδει σὺν καλῷ παιδὶ πανημέριος.* Sententiam sic construe: *παίων ὁσημέραι ἰῶ με παίοντα (τότε) ἀσύμφορον ἀλλ' οὔ τανῦν γε.* *G. Burges* in Classical Iournal Nr. XXXVII. p. 128 sqq.

1211. *Δικαιόπολις εἴ μ' ἴδοι. Δικαιόπολις γὰρ εἴ μ' ἴδοι* vulgo. *Δικαιόπολις ἄν μ' ἴδοι* Rav. Similes versus sunt Ran. 594. Nub. 1154. 1155.

βούσομαι τἄρα τὰν ὑπέρτονον
βυάν. ἰώ, κλάετ', ὠβολοστάται.

Elmsl.

1212. (1197.) *κἄτ' ἐγχάνοι ταῖς ἐμαῖς τύχαισιν. κατεγχάνοι γε ταῖς ἐμαῖσιν ἂν τύχαις* vulgo. *κἄτ' ἐγχανεῖται ταῖς ἐμαῖς τύχαισιν* Rav. *κατεγχάνοι*, nihili vocem, diserte agnoscit Schol. Metrum est ut in v. 1161. 1172. 1202. Haec omnia vulgo aliter distinguuntur. *Elmsl.*

1214. *τῶν τιτθίων — τὰ κυδώνια.* Aristaenetus epist. I. *κυδωνιῶντες οἱ μαστοί. Bergl. τῶν τιτθίων.* Comma hic ponì debuit. Pendet genitivus a suppresso admirandi adverbio *ὦ*. *Brunck.*

1215. *χρυσίω.* In duali ad duas meretrices. *Bergl.*

1216. (1201.) Vide Suidam v. *μανδαλωτὸν* et v. *περιπεταστὸν*, ubi loci huius meminit. *Kust.* Vulgo: *τὸ περιπεταστὸν κἀπιμανδαλωτὸν ἄν.* Istud *ἄν* in fine non unus agnoscit cod. Omnes syllaba defectum versum exhibent. Scribo *αὖ*. Quid significet *τὸ περιπεταστὸν*, ipsa vis verbi declarat. *ἐπιμανδαλωτὸν* autem est *εἶδος φιλήματος ἐρωτικοῦ, ἐν ᾧ δεῖ ἀλλήλων τὴν γλῶτταν τοὺς καταφιλοῦντας λείγειν.* Hinc *μανδαλωτὸν* appellatur quodcunque est molle et suavissimum. Mnesilochus in Thesm. 131. de Agathonis cantu: *ὡς ἡδὺ τὸ μέλος —*

καὶ θηλυδριῶδες, καὶ κατεγλωττισμένον,
καὶ μανδαλωτόν.

Brunck. κἀπιμανδαλωτὸν ἄν edd. ante Brunckium, qui *ἂν* mutavit in *αὖ* c). Neutram particulam agnoscunt A. B. C. Rav. Similes sunt Ran. 398. 599. 401. 403. 405. *κἀπ' εὐτελείᾳ τόν τε σανδάλισκον.* 407. *ἀζημίους παίζειν τε καὶ χορεύειν.* 409. 410. 412. *Elmsl.*

Hesychius: *μανδαλωτόν· φίλημα ποιὸν οὕτω καλεῖται.* Huc potius respexisse videtur grammaticus quam ad Thesm. 132. Quum diversa *φιλημάτων* genera essent

---

c) Quod iam Reiskius fieri voluerat. „Lege *καὶ τὸ μανδαλωτὸν αὖ.*“ *Bentl.*

περιπεταστὸν et μανδαλωτὸν, pro κἀπιμανδαλωτὸν, quod agnoscit Suidas in περιπεταστὸν, malim καὶ τὸ μανδαλωτόν. Tertium genus χύτρα memoratur ab Eunico apud Pollucem X. 100. λαβοῦσα τῶν ὠίων φίλησον τὴν χύτραν. *Elmsl.*

1217. (1202.) τὸν γὰρ χοᾶ [χόα Elmsl.] πρῶτος ἐκπέπωκα. Vulgo sic legitur hic versus:

τὸν γὰρ χοᾶ νῦν πρῶτος ἐκπέπωκά γε.

Voculae νῦν et γε non comparent in A. C. In B. sola est νῦν: quam minio subducta lineola eximendam esse indicat. Ineptis his fulcris, a mala manu additis, versus non indiget, qui asynartetus est ex monometro iambico et dimetro trochaico brachycatal. *Brunck.*

1218. ξυμφορά. συμφορὰ vulgo ante Brunckium. *Elmsl.*

1219 seqq. Antistropha ἀκέφαλος. Huiusmodi versiculum excidisse puto, similem quidem cum primo strophae adeo, ut facile negligeretur a librariis:

Ὦ ξυμφορὰ μάκαιρα τῶν ἐμῶν καλῶν!

Herodotus 1, 207: Ὡς γὰρ ἐγὼ πυνθάνομαι, Μασσαγέται εἰσὶ ἀγαθῶν τε Περσικῶν ἄπειροι, καὶ καλῶν μεγάλων ἀπαθέες. Rarius καλὸν ita usurpatur Atticis, fateor; sed lepidius τὰ καλὰ quam τἀγαθὰ opponebantur τοῖς κακοῖς. *Hotib.*

1220. Elmsleius edidit ἰὴ, ἰὴ, χαῖρε Λαμαχίππιον, uno versu.

1222. κυνεῖς *d*). Perperam A. B. κινεῖς *e*). *Brunck.* κινεῖς contra metrum A. B. Schol. pro varia lectione. Male vertit Brunckius: *blande compellas.* Dicaeopolis Lamáchum osculatur, qui eum indignabundus remordet. *Elmsl.*

1223. *f*) (1210.) Versus asynartetus e dimetro

---

d) Ex scholiis: τὸ κυνεῖν ἀντὶ τοῦ σαίνειν. ὡσεὶ ἔλεγε, τί μου καταπαίζεις καὶ λυπεῖς με, Δικαιόπολι; Hoc autem videtur dicere, quia Dicaeopolis quasi condolens dixerat: μογερὸς ἐγώ. *Bergl.*

e) κινεῖς coniecerat *Reiskius.*

f) Stolide τῆς inter et ξυμβολῆς inculcavere ἐν μάχῃ, quod

iambico et dimetro trochaico brachycatal. ut sunt in Vesp. XXV. continui a 248. Vulgo duo sunt versus:

τάλας ἐγὼ τῆς ἐν μάχῃ
νῦν ξυμβολῆς βαρείας.

Voculam νῦν non agnoscunt A. C. In tribus codd. unus versus est. *Brunck.* Similes versus sunt Vesp. 248 — 272. (a Brunckio indicati) Eq. 757. 758. 837. 838. Lys. 256. 258. 271. 273. Ran. 396. Nub. 1212. ἀλλ' εἰσάγων σε βούλομαι πρῶτον ἑστιᾶσαι. *Elmsl.*

1225. (1211.) ξυμβολὰς ἐπράττετο g). Ludit in ambiguitate vocis, quae *conflictum*, et *symbolas* significat, id est, pecunias quae coniectabantur ab iis qui communi sumtu erant una coenaturi. Nefas autem fuisset symbolam ab aliquo exigere qui ad solemne convivium, qualia in festis agitabantur, fuisset invitatus. Lepidi exstant hanc in rem Eubuli Comici versus [apud Athen. p. 239. A. *Elmsl.*] in Excerptis Grotii p. 655.

ὁ πρῶτος εὑρὼν τἀλλότρια δειπνεῖν ἀνὴρ,
δημοτικὸς ἦν τις, ὡς ἔοικε, τοὺς τρόπους·
ὅστις δ' ἐπὶ δεῖπνον ἢ φίλον τιν' ἢ ξένον
καλέσας, ἔπειτα συμβολὰς ἐπράξατο,
φυγὰς γένοιτο μηδὲν οἴκοθεν λαβών.

Brunck.

1226. Παιὼν, Παιών. Παιὰν, Παιὰν vulgo, quam

---

si verum sit, periit Dicaeopolidis iocus ex ambiguo τοῦ ξυμβολῆ. Simili vitio γε τήμερον inter νῦν et Παιώνια legitur adscriptum. Repones:

στροφή.
Δ. Τάλας ἐγὼ τῆς ξυμβολῆς βαρείας!
ἀντιστροφή.
Δ. Τοῖς Χουσὶ γὰρ τίς ξυμβολὰς ἐπράττετ';
στροφή.
Λ. Ἰὼ, ἰὼ, Παιὰν, Παιάν!
ἀντιστροφή.
Δ. Ἀλλ' οὐχὶ νῦν Παιώνια.

De strophis uno versu constantibus monui ad Pac. 584. *Hotib.*

g) Ludit in homonymia vocis. Lamachus de conflictu loquebatur; iste de symbolis ad convivium: et propterea putat eum queri de symbola, quia quum exigeretur ab ipso, non potuerit eam dare. *Bergl.*

formam, ni fallor, non usurpant comici. Vide inferius v. 1225. Eq. 408. 1318. Pac. 455. 454. (ubi male vulgo *παίειν* legitur) 555. Av. 1765. Thesm. 511. 1035. Plut. 636. In Vesp. 874. vulgo legitur *Λήμε Παιάν*, quod non temere mutatum velim. *Elmsl.*

1227. *ἀλλ' οὐχὶ νυνὶ τήμερον.* *ἀλλ' οὐχὶ νῦν γε σήμερον* Rav. Noster Eccl. 982. *ἀλλ' οὐχὶ νυνὶ τὰς ὑπερεξηκοντέτεις.* 991. *ἀλλ' οὐχὶ νυνὶ κρησέραν αἰτούμεθα.* In Plut. 995. malim: *ἀλλ' οὐχὶ νῦν ἔθ' ὁ βδελυρὸς τὸν νοῦν ἔχει.* *Elmsl.*

1229. *h*) (1215.) *προσλάβεσθ' ὦ φίλοι.* Et mox *προσλάβεσθ' ὦ φίλαι.* Sic codd. recte. In impressis

---

h) 1214, 5. *στρ. ά.*
1216, 7. *ἀντιστρ. ά.*
1218, 9. *στρ. β'.*
1220, 1. *ἀντιστρ. β'.*
1222, 3. *στρ. γ'.*
1224, 5. *ἀντιστρ. γ'*

v. 1226. et sqq. Sic lege

ΛΑ. *λόγχη τις ἐμπέπηγέ μοι δι' ὀστέων ὀδυρτά.* *στρ. δ'.*
ΔΙ. *τήνελλα καλλίνικος.*
ΧΟ. *τήνελλα δῆτ' εἴπερ καλεῖ σ', „ὦ πρέσβυ καλλίνικος,"* *ἀντιστρ. δ'.*
Τήνελλ' „ἀγῶν' ἐδύσω·
„χαίροις λαβὼν τόνδ' ἀσκόν." *στρ. ε'.*
ΔΙ. *ὁρᾶτε τουτονὶ κένον.*
καὶ πρὸς γ' ἄκρατον ἐγχέας ἄμυστιν ἐξέλαψα·
ἕπεσθε νῦν ᾄδοντες· *ἀντιστρ. ε'.*
ΧΟ. *ἀλλ' ἑψόμεσθ', ὅση χαρᾷ*
τήνελλα, καλλίνικον ᾄδοντες σὲ καὶ τὸν ἀσκόν.

Mirum in modum Comici verba, quae nemo intelligere potuit, disiecta exhibent editiones: nempe e v. 6. et 2. unus efficitur, et v. 4. sic legitur: *Τήνελλα νῦν ὦ ἀγέννανδα* (MSS. *ὦ γέννανδα*) *χώρει λαβὼν τὸν ἀσκόν*, et in v. 8. additur *τήνελλα καλλίνικος.* Verum ipse nihil video, quid sibi velit *ὁρᾶτε τουτονὶ κένον* post *ὀδυρτά:* neque gratias leves Editoribus egissem, si quis mihi sententiae nexum explicuisset; quem ipse nunc aliis extricare possum. Tristem Lamachi vocem *ὀδυρτὰ* ridet *Δικαιόπολις* per suum laetitiae epiphonema *Τήνελλα:* quod pro secundo accipit omine chorus, et subdit *Τήνελλα δῆτα· εἴπερ Τήνελλα* (quae hic *προσωποποιεῖται* sicut *Νίκη* in Lys. 317. *δέσποινα Νίκη*, necnon in Av. 575. *Νίκη πέτεται*) *καλεῖ σ' „ὦ πρέσβυ καλλίνικος ἀγῶν' ἐδύσω· χαίροις λαβὼν τόνδ' ἀσκόν."* ubi respicitur ad certamen supra memoratum in v. 1001. *ὃς ἂν ἐκπίῃ Πρώτιστος, ἀσκὸν Κτησιφῶντος λήψεται:* ubi Schol. *ἐτίθετο*

utrobique *προσλάβεσθέ μ'*, quod in hoc tantum versu solus C. agnoscit. Dimetri sunt cretici. *Brunck.*

1229. 1231. *προσλάβεσθέ μ'* soloece C. in priore loco, et edd. utrobique. *προσλάβεσθ'* A. B. C. in posteriore loco, Schol. diserte, Brunckius. Noster Pac. 9. *ἄνδρες κοπρολόγοι, προσλάβεσθε, πρὸς θεῶν.* Lys. 202. *καταθεῖσα ταύτην, προσλαβοῦ μοι τοῦ κάπρου.* *Elmsl.*

1234. Fo. *κἀγὼ γ' ὀπύειν.* *Bentl.*

1235. (1221.) *καὶ σκοτοβινιῶ.* Facetissime. Vulgo autem insulsissime *σκοτοδινιῶ.* Perierat lepidus iocus, nisi opem tulisset cod. C. in quo perspicue scriptum id quod reposui. In membr. bini Dicaeopolidis versus omissi sunt librarii errore, cuius causa cuivis in oculos incidit. Sic supra omisit versus 1097. 1107. 1119. 1135. 1137. et 1138. 1142. *Brunck.*

1236. (1222.) *ἐς τὸν Πιττάλου i).* Supple *οἶκον.* Vesp. 1432. *παράτρεχ' εἰς τὰ Πιττάλου.* Nempe *δώματα.*

δὲ ἀσκὸς πεφυσημένος ἐν τῇ τῶν Χοῶν ἑορτῇ, ἐφ' οὐ ἔδει τοὺς πίνοντας πρὸς ἀγῶνα ἑστάναι καὶ τὸν πρῶτον πίνοντα, ὡς νικήσαντα λαμβάνειν ἀσκόν: unde patet me non male eruisse *ἀγῶν' ἐδίσω* ex *ὦ ἀγέννadας* (sic enim MSS., opinor, exhibent): praesertim cum phrasis *ἀγῶνα δύσασθαι* sit proba et aliquoties depravata; sicut in Orest. 838. ubi legitur *ψυχῆς ἀγῶνα τὸν προκείμενον περὶ Δώσων, ἐν ᾧ ζῆν ἢ θανεῖν ὑμᾶς χρεών.* Verum ibi Canter. voluit *δύσων* vero proxime: lege *δυσόμενος, οὗ:* quod probasset, opinor, I. Pierson; ille enim in Notis MSS. penes me voluit *δραμών*, propter illud *δραμούμενος* in *X. Η.* 415. *ψυχῆς ἀγῶνα — δραμούμενον* necnon *ἀγῶνα δράμοιμ'* in Alcest. 489. Haec obiter. Ad Comicum redeo. Ibi reposui *χαίροις* vice *χώρει.* Eadem var. lect. in Eurip. Tro. 1203. Hic vero dicitur *χαίροις λαβών* ut *χαίρων ουλλαβὼν τὴν μείρακα* in Plut. 1079.: neque valde distant loca ad Nub. 510. in *Classical Iournal* No. XXVI. p. 379. V. 9. Vulgo *ἑψόμεσθα σὴν χάριν.* At MSS., ni fallor, exhibent *χαράν.* Inde erui *ὅση χαρᾷ.* Certe in tali loco est opportunum *ὅσος:* et Ran. 790. *ὁ δῆμος ἀνεβόα — οὐράνιον ὅσον.* Aliis fortasse placebit *ὅση χειρί:* ubi *χείρ* sicut *manus* apud Latinos significat *multitudinem.* Dici poterat igitur *ὅση χειλ*, ut *ὅσος ὄχλος* in Plut. 750. Nub. 750. et *στράτευμ' ὅσον* in Phoen. 102. *G. Burges* in Classical Iournal Nr. XXXVII. p. 130 sq.

i) Sc. *οἶκον.* In Vespis eodem ablegatur aliquis, cui caput erat fractum v. 1423. *οὕτω δὲ καὶ σὺ παράτρεχ' εἰς τὰ Πιτ-*

Supra 1032. *κλαῖε πρὸς τοὺς Πιττάλου.* Scilicet *οἴκους* vel *μαθητάς.* Vide Markland ad Lysiam p. 392. *Brunck. εἰς τὰ Πιττάλου. ἐς τοῦ Πιττάλου k*) Rav. in qua scriptura abundare videtur articulus. Conferenda *εἰς Φιλοκτήμονος* Vesp. 1250. *εἰς Κλεισθένους* Lys. 622. *εἰς Ὀρσιλόχου* 725. *εἰς Φαινεστίου* Antiphanis apud Athen. p. 15. A. *ἐξ Αἰσχινάδου* Pac. 1154. *ἐκ Πατροκλέους* Plut. 84. *ἐν Κρατίνου* Eq. 400. *ἐν Καλλιππίδου* nostri apud Athen. p. 106. B. Ita semper Attici, si bene memini. Alii omnes hoc loco habent *ἐς τὸν Πιττάλου*, ubi perperam *ἐς* de persona dicitur. Brunckius quidem *οἶκον* subaudiri censet: sed *aedes* Atticis sunt *οἰκία. οἶκος* conclave est in quo coenabant veteres: verum hanc distinctionem neglexerunt recentiores. His animo perpensis, induxi scripturam quae vulgo repraesentatur in Vesp. 1432. Erunt qui malint utroque loco, *ὡς τοὺς Πιττάλου.* Vide v. 1032. *Elmsl.*

1237. *παιωνίαισι χερσί.* Aeschylus Suppl. in fine: *ὅσπερ Ἰὼ πημονᾶς ἐλύσατ' εὖ χειρὶ παιωνίᾳ κατασχέθον.* Sophocles in Philoct. 1378. *παιωνίας εἰς χεῖρας ἐλθεῖν.* Sic *παιώνια φάρμακα* apud Aeschylum in Agam. 858. *Bergl.*

1238. *ὁ βασιλεύς l*). Pollux VIII. 90. ex Aristotele: *ὁ δὲ βασιλεὺς μυστηρίων προέστηκε μετὰ τῶν ἐπιμελητῶν, καὶ Ληναίων, καὶ ἀγώνων τῶν ἐπὶ λαμπάδι.* Lenaeis actam esse hanc fabulam ex v. 504. satis constat. Dionysia *ἐν ἄστει* curabat Archon *ἐπώνυμος. Elmsl.*

1238. *ἀπόδοτέ μοι τὸν ἀσκόν.* Praemium petit utrem, quia primus exhausisset congium, ut supra v. 1201. dicebat. Iam autem dictum erat: *ὃς δ' ἂν ἐκπίῃ (τοὺς χοᾶς) πρώτιστος, ἀσκὸν — λήψεται.* Supra v. 1001. *Bergl.*

πάλου. Scil. *οἰκήματα.* Erat autem medicus. Vide supra v. 1031. *Bergl.*

k) Hoc coniecerant *Bentleius* et *Reiskius.*

l) Scholia: *δηλοῖ ὡς ἄρα τὴν ἐπιμέλειαν ὁ βασιλεὺς εἶχε τῆς ἀμίλλης τοῦ χοός, καὶ τὸ ἆθλον ἐδίδου τῷ νικήσαντι, τὸν ἀσκόν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀρχή τις ἐστίν. ἦν δὲ καὶ τῶν μυστηρίων ἐπιμελητής· καὶ τῶν πομπῶν, καὶ τῶν θυσιῶν δὲ ἦρχεν. Bergl.*

1240. (1226.) *ὀδυρτή.* Vulgo *ὀδύρτα.* Prius habet Suidas, et Kustero praeferendum merito videbatur. *λόγχη ὀδυρτή, τουτέστι θρῆνον ἐμποιοῦσα καὶ ὀδυρμόν. Brunck. ὀδυρτά. ὀδύρια* vulgo, penacute, quod pro *Ὀδύρση, Θρᾳκικῇ,* dictum inepte censet Schol. *ὀδυρτῃ* Brunckius ex Suida in *ὀδύρση. ὀδυρτὰ* recte Rav. Adiectivum est pro adverbio. *Elmsl.*

1241. (1227.) *ὁρᾶτε τουτονὶ κενόν.* Subintellige *χοᾶ.* Vide supra v. 1201. *Kuster.*

τήνελλα καλλίνικος m). *Τήνελλα* vox est ab Archilocho ficta ad imitationem citharae soni, qua ille hymnum in Herculem inchoavit:

Τήνελλα καλλίνικε χαῖρ' ἄναξ Ἡράκλεις,
αὐτός τε καὶ Ἰόλαος, αἰχματὰ δύο, Τήνελλα.

Vide Scholiastem Pindari, et Erasmum Schmidium ad initium Olymp. IX. *Brunck.* Vide Av. 1764. ubi Archilocheum *τήνελλα καλλίνικος* iterum usurpat poeta. Carmen *τρίστροφον* erat, auctore Schol. ad Pind. Olymp. IX. 1. Initium fuisse videtur:

ὦ καλλίνικε χαῖρ' ἄναξ Ἡράκλεες,
αὐτός τε κἰόλαος, αἰχμητὰ δύο·
τήνελλα καλλίνικος n).

Elmsl.

1242. (1228.) *ὦ πρέσβυ.* Sic A. C. [et Bentl.] bene. In B. omissus est hic versus, qui in impressis claudicat, deficiente vocandi adverbio *ὦ.* Infelix est Kusteri coniectura, cui reponi posse videbatur:

---

m) Erat principium epinicii, sive carminis quo victores celebrabantur, apud veteres usitatum. Frischlinus male vertit: *Tenella egregia victrix.* Nam *tenella* hic non est nomen foeminini generis, sed tantum vox ficta ad imitationem soni, quem lyra edebat. Vertendum igitur erat: *tenella victor*, vel *victoria decore.* Nam *καλλίνικος* hic positum est pro *καλλίνικε*, more Atticorum, qui saepe nominativo pro vocativo utuntur. *Kust.* Vox ficta ad exprimendum sonum organicum, in epiniciis carminibus usurpari solita. Est autem ex Archilochi hymno in Herculem victorem: *τήνελλα — δύω.* Ex scholiis ad hunc locum et ad Av. 1762. In Equit. 267. *τήνελλος*, ubi vide notam. *Bergl.*

n) Cf. Gaisford. Poet. minor. Gr. T. I. p. 313. Boeckh. ad Schol. Pindar. p. 208.

Τήνελλα δῆτ', εἶπερ καλεῖ, σὺ πρέσβυ, καλλίνικος. *Brunck.* Codicis Rav. scripturam:

τήνελλα δῆτ', εἴπερ καλεῖς γ', ὦ πρέσβυ, καλλίνικος.

recepit Elmsleius. Probavit etiam Reisig. I. p. 259.

1244. (1250.) *τήνελλά νυν. τήνελλα νῦν* vulgo. *τήνελλα νῦν γ'* Rav. quae scriptura ad *νυν* encliticum alludit. Sed *νυν* encliticum nunquam a nostro corripitur. Vide Eq. 1218. ubi non male legeretur *ὁρᾷς τἀδ'*; *Elmsl.*

ὦ γεννάδα o). Sic tres codd. [et Bentl.] Mirum est per omnes editiones propagatam fuisse ineptissimam lectionem, quam metrum damnat, et inprimis sententia, *ὦ ἀγεννάδα*. Quod ratio verum esse evincit, id reponere debebat Kusterus, nec priorum editorum mancipium esse *p*). Nam haud facile credam portentum illud in cod. Vaticano-Palatino conspici, cuius collatione parum, ut videtur, fideli usus est. Quippe, ni me fallit memoria, perpauca in notis ex illo codice protulit. In B. scriptum *νῦν γ' ὦ* — Hic *νῦν* valet *οὖν* et nihilominus longum est, ut alibi saepissime. *Brunck.*

1245. *ἕπεσθέ νυν ᾄδοντες ὦ'* *ὦ* sequentibus coniungit Brunckius. Noster Lys. 350. *ἔασόν ὦ. τουτὶ τί ἦν*; *ὦ ἄνδρες ποιωπόνηροι.* Sed malim, *ἕπεσθέ νυν ᾄδοντες οὖν.* *Elmsl.* *καλλίνικος.* Nom. pro vocat. ut in Nub. 1171. *ὦ φίλος.* *Bergl.*

1246 — 1248. Elmsleius sic edidit:

ἀλλ' ἐφόμεσθα σὴν χάριν, τήνελλα καλλίνικος,
τήνελλα καλλίνικον ᾄδοντες σὲ καὶ τὸν ἀσκόν.

---

o) Ita iam pridem emendaverat Scaliger. *Elmsl.*

p) *ὦ ἀγεννάδα.* Quamvis sic habeant omnes quas vidi editt. non dubi o tamen quin vox illa sit spuria, eiusque loco scribi debeat *γεννάδα*. Nam quod Bisetus affirmat, *τὸ α* in voce *ἀγεννάδας* non esse *στερητικὸν*, sed *ἐπιτατικόν*, id absque auctoritate veterum dicit. *Kuster.*

COMMENTARII
IN
ARISTOPHANIS VESPAS.

Argumenta duo exstant in solo B. *Brunck.*

Argum. gr. p. 311. l. 18. *οὐ μεθίει τὸ πρᾶγμα.* Sic cod. Vulgo *τοῦ πράγματος.*

p. 312. l. 5. *ἐκ τοῦ ποιητοῦ προσώπου.* Sic cod. Vulgo *τοῦ ποιητικοῦ. Brunck.*

l. 17. *καὶ διὰ τοῦτο καὶ* — Sic cod. Vulgo *διὰ τὸ τοιοῦτο καὶ* — Ultima pars argumenti mutila est. Scripturam codicis, tametsi depravatissima est, fideliter repraesentavi. Menda est in Archontis nomine, quod *Ἀμεινίας*, non *Ἀμυνίας* scribi debet. In ipsa fabula, ubi Archontem designat Comicus v. 74. nomen immutat, legi sic fraudem faciens, quae vetabat *τὸν Ἄρχοντα φανερῶς κωμῳδεῖν.* Vide Schol. ad Nub. 31. et Petitum de Legg. Att. p. 150. *Brunck.*

l. 20. *ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἄρχοντος Ἀμυνίου διὰ Φιλωνίδου ἐν τῇ πόλει Ὀλυμπίων ἦν β', εἰς Λήναια καὶ ἐνίκα πρῶτος Φιλωνίδης προάγων, Γλαύκων πρέσβεσι τρίτος.* Man bemerkt an diesem Text erstlich, dass der Name des Archon fehlerhaft geschrieben ist; zu den Wolken heisst er Ameinias, hier Amynias; zweitens verräth die Stellung des Prädikats vor dem Nom. proprium ein anderes Zeitalter, oder eine Verdrehung; drittens

fehlt zwischen *προάγων* und *Γλαύκων* der Name des zweiten Dichters oder Schauspielers und des Dramas ganz. Man findet in dieser Zerrüttung hinreichenden Grund viertens, eine Corruption auch bei *πόλει* zu vermuthen, zumal da das höchst befremdende *Ολυμπίων* nebst dem *β'* ohne Beispiel daneben steht. Um kurz zu seyn und nur die allergröbste und unerträglichste Verrenkung einzurichten, und die Stelle aus ihrer Verderbniss zu erlösen, so ist nichts gewisser als dass ursprünglich stand: *ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἄρχοντος Ἀμυνίου διὰ Φιλωνίδου ἐν τῇ ΠΘ Ὀλυμ ΠΙ ἔτει β' εἰς Λήναια* sq. d. i. das Drama: die Wespen wurde unter dem Archon Amynias durch Philonides in der 89 Olympiade zweiten Jahres zu den Lenäen-Feste gegeben. *Kanngiesser über die alte komische Bühne in Athen* p. 268 sqq. Die Stellung wäre nach den Didascalien des Aristophanes und Euripides etwa so zu machen: *ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἄρχοντος Ἀμυνίου ἐν τῇ ΠΘ Ὀλυμπ. ἔτει β' διὰ Φιλωνίδου εἰς Λήναια.* Bisweilen steht in den Didascalien Olympiade und Jahr, beim Aristophanes aber nicht; es ist daher einleuchtend, dass *ἐν τῇ ΠΘ. Ὀλυμπ. ἔτει β'* erst später an einer verkehrten Stelle eingeschaltet worden. *Böckh. über die Lenäen*, (in den Abhandlungen der historisch-philologischen Klasse der Berliner Akademie aus den Jahren 1816. 1817.) p. 72. Cf. Hermann. supra p. 15.

Hic locus non videtur integer: nam quid est *Φιλωνίδης προάγων*? Tum vox *τρίτος* indicat aliquid deesse: nam ut est scriptum, *Γλαύκων πρέσβεσι* non foret *τρίτος*, sed *δεύτερος*. Itaque credo *προάγων* esse nomen fabulae, et deesse ante nomen comici, qui secundam palmam acceperat victor fabula *Προάγωνι*. Nam quando Philonides fuit actor fabulae *Σφῆκες*, et postea dicitur *ἐνίκα πρῶτος Φιλωνίδης*, credo id debere referri ad hanc fabulam, in qua actor Philonides primus victor declaratus est. Secundus vero, cuius nomen deest, vicit fabula, cui nomen erat *Πρέσβεις*. Igitur sic scribendum hunc locum censeo: *καὶ ἐνίκα πρῶτος Φιλωνίδης· δεύτερος — — — Προάγωνι· Γλαύκων Πρέσβεσι τρίτος*. Ceterum quod ad tempus dida-

scaliae attinet, ex ipsa comoedia patebit, calculum eius, qui hypothesin scripsit, non errasse, nisi quod non capio, quid sit *ἐν τῇ πόλει εἰς Λήναια*: nam ut supra dictum est, Lenaea in agro celebrabantur, et vocabantur *Διονύσια τὰ κατ' ἀγροὺς*. Forte opposuit *πόλιν τῷ ἄστει* et *πόλιν* latiori appellatione vocat etiam suburbana, quae olim agri erant; urbe ampliata, *πόλις* vocata sunt. Sed hoc non placet satis. *Palmerius.*

Argum. Aristophanis grammatici p. 313. l. 9. Pro *διαδικάζειν*, quod metri ratio flagitat, simplex est in cod. *δικάζειν*. *Brunck.*

ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΥΠΟΘΕΣΙΣ

δι' ἀκροστιχίδος.

QU. SEPT. FLO. CHRISTIANI.

Σ κληρὸν γέροντα καὶ λίαν δικορράφον
Φ ὑλαξεν οἴκοι παῖς κατάκλειστον, πρὸς ὃν
Η κον γέροντες σφῆκες ὥστ' ἀμυνάθειν
Κ ἐντροις. λόγου δὲ κρείττονος γέρων ὕπο
Ε πειτα πεισθείς. κοὐδὲν ἀντερεῖν ἔχων
Σ τέργει δικάζειν τὰς δίκας τῶν οἴκοθεν.

ARGUMENTUM
CRABRONUM SIVE VESPARUM
AUCTORE SEPT. FLOR. CHRISTIANO.

PER ACROSTICHIDEM.

C um iudicandi amore vesanum patrem
R etrahere vellet natus, inclusum aedibus
A dservat: ille obnititur, quantum pote,
B delycleonem ut fallat et custodiam:
R em rescientes advolant macri senes
O pem ut ferant aculeis freti suis
N omenque habentes inde Vesparum: inter hos
E x pacto initur foedus: exercet domi
S enex forum omne, et iudicis partes agit.

ALITER.

V eterem parentem natus addictum foro
E liminare dum vetat, servis dedit
S ervandum: at illum vindicare aculeis
P arant seniles vespae: utrinque ardent manus:
A nimos sed acres lingua flexit, et senex
E vicit ut ius diceret saltem domi.

VESPARUM DRAMA

QUANDO ET QUO SUCCESSU DOCUERIT COMICUS.

EX SAMVELIS PETITI MISCELL. LIB. I. CAP. VII.

Exstat hoc drama, quod primo docuit Comicus, cum Athenis celebrarentur Olympia, Archonte Aminia, ut testantur didascaliae: *ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἄρχοντος Ἀμυνίου, διὰ Φιλωνίδου, ἐν τῇ πόλει Ὀλυμπίων.* Olympicus hic agon Athenis celebrabatur. Acta rursum est fabula, eodem Aminia praetore, Liberalibus Lenaeis, sive ea recentata sit, sive, quia admodum placuit, denuo producta: atque in hac commissione vicit Philonides *Proagone:* secundus fuit Aristophanes: tertius Glauco *Presbesi.* Didascaliae: *ἦν β εἰς Λήναια. καὶ ἐνίκα πρῶτος Φιλωνίδης Προαγῶνι· Γλαύκων Πρέσβεσι τρίτος.* Annus erat secundus Olympiadis LXXXIX., qui Archontem habuit Aminiam. Designant quoque veteres magistri ad hunc dramatis versum [41.]:

τὸν δῆμον ἡμῶν βούλεται διϊστάνειν.

καὶ ἀφ' ἱστορίας τοῦτό φασι. καὶ γὰρ πρὸ δύο ἐτῶν τῆς διδασκαλίας τούτου τοῦ δράματος, Λακεδαιμονίων περὶ εἰρήνης πρεσβευσαμένων, ὁ Κλέων ἀπήλασε τοὺς πρέσβεις. Duobus annis antequam Vespas doceret Comicus, cum de pace legatos misissent Lacedaemonii, est quartus Olympiadis LXXXVIII., praetore Athenis Stratocle. Cum enim, ut narrat Diodorus Siculus [T. I. p. 318. ed. Wessel.], Spartani, qui in insula Sphacteria obsidebantur, in extremae famis periculum incurrerent, *οἱ Λακεδαιμόνιοι φοβηθέντες περὶ τῶν ἀπειλημμένων ἐν τῇ νήσῳ, πρεσβείαν ἀπέστειλαν εἰς τὰς Ἀθήνας περὶ τῆς καταλύσεως τοῦ πολέμου.* Expulerunt autem impellente et instigante Cleone. Plutarchus in Nicia [p. 527. C.] de hac legatione: *ἀπεώσαντο δὲ Κλέωνος ἐναντιωθέντος.* Quae eadem narrat Thucydides l. IV. [21.]. Alter vero ab hoc annus est secundus Olympiadis LXXXIX., qui praetorem habet Aminiam. Ergo anno secundo Olympiadis LXXXIX. hanc fabulam docuit Aristophanes.

Collata fuit haec fabula ad Mss. codices duos. Sunt autem:

A. Regius chartaceus MMDCCXV. *a*).
B. Regius chartaceus MDCCXVII.

Brunck.

2. Vigiliae nocturnae labore fessus Xanthias servus verna, dum heri patrem cum Sosia custodit, oculis velut nictabat et dormituriebat: itaque ait se soporem meditari et custodiae pausam. Sic apud Aeschylum in principio Agamemnonis ille custos deos poscit vigiliarum missionem et *φρουρᾶς ἐτείας ἀπαλλαγήν*. Quo loco admonebo studiosos *τὸ ἄγκαθεν* pro *ἀνέκαθεν* male apud Hesychium legi *ἀγρίαθεν*. *Fl. Chr.*

φυλακὴν καταλύειν νυκτερινήν. Aristoteles Polit. l. V. c. 8. *ὥστε δεῖ τοὺς τῆς πολιτείας φροντίζοντας φύβους παρασκευάζειν, ἵνα φυλάττωσι καὶ μὴ καταλύωσιν, ὥσπερ νυκτερινὴν φυλακήν, τὴν τῆς πολιτείας τήρησιν*. *Bergl.*

3. *προὔφειλες*. Legendum *προὐφείλεις*. *Elmsl.* ad Euripidis Heraclid. v. 241. Sic Latini ludibrium debere. Nam hoc loco verbum compositum non plus valet quam simplex *ὤφειλες*: quasi dicat, mutuo magnum aliquod malum sumseras a costis tuis, quod bona fide reddere cupis, ut flagris scilicet illae caleant, ut loquitur Plautus. *Fl. Chr.*

4. *ἆρ' οἶσθας οἷον* — Sic B. In A. *ἆρ' οἶσθ' οἷον*. Vulgo *ἆρ' οἶσθά γ' οἷον*. Vide Piersonum ad Moerin p. 285. *Brunck.* *ἆρ' οἶσθ' οἷον τὸ κν.* coniicit Elmsleius ad Acharn. supra p. 136. *οἶσθας* barbarum est.

---

a) Cod. A. correctoris metrici peccatis refertus est. V. Reisig. I. p. 174.

κνώδαλον. Proprie de bellua marina dici aiunt, παρὰ τὸ κινεῖσθαι ἐν ἁλί. Tamen et de feris terrestribus dicitur, quia praeda sint canum, quasi κυσὶν ἁλισκόμενα. *Fl. Chr.* Sic in Lysistr. 480. mulieres vocat κνώδαλα, *belluas*, *bestias*: ὦ Ζεῦ, τί ποτε χρησόμεθα τοῖσδε τοῖσι κνωδάλοις; ubi vide notam. Diogenes canis epist. 27. de Graecis: οὐδὲν φροντίσας κνωδάλων νηπίων, μὴ ἐπισταμένων, ὡς εἴρηται ἐν ἐπιστολῇ, λόγους κυνός. Cratinus apud Schol. Comici ad Aves 767. τρία κνώδαλ' ἀναιδῆ Πισίαν, Ὀσφρύωνα, Διιτρεφῆ. *Bergl.*

5. σμικρόν. Codd. et primariae editt. μικρόν. Illud magis est Atticum. *Brunck.*

ἀπομερμηρίσαι *b*). Lapsus in soporem, qui fit circiter auroram, dicitur μέρμηρα, quo nomine etiam dicitur cura, et inde μερμηρίζειν, solicitum esse, et proinde dormire. Nam qui somno sese dant, deponunt omnem curam. *Fl. Chr.* Hesychius: ἀπομερμηρίσαι, ἀπονυστάξαι, ἀποκοιμηθῆναι. μέρμηρος γὰρ, ὕπνος κατάφορος. Eustathius ad Hom. p. 821. l. 36. ἀπομερμηρίσαι παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ ἀποδαρθεῖν, ὡς τοῦ κοιμωμένου μηδὲν μεριμνῶντος. *Brunck.*

6. παρακινδύνευε. Hoc dixit παρ' ὑπόνοιαν, cum dicendum esset potius *dormi*. Nam etiam id voluit, cum ait *periclitare*. Sane eleganter, huc arbitror spectans, de anu dormituriente dixisse videtur Plautus apud Porphyrionem:

anus haec in pellis periculum protenditur.

Solebant autem in pellibus dormire; et ipsum dormire ἀπὸ τῶν δερμάτων dictum facile assentior doctiss. Ios. Scaligero in Coniectaneis ad Varronem [ad p. 41.]. *Fl. Chr.*

7. ἤδη τι καταχεῖται γλυκύ. Nempe somnus. Pindarus Pyth. I. κελαινῶπιν δ' ἐπί οἱ νεφέλαν ἀγκύλῳ κρατὶ, βλεφάρων ἁδὺ κλαῖστρον, κατέχευας. ὁ δὲ κνώσσων ὑγρὸν νῶτον αἰωρεῖ. Vide ad v. 11. *Bergl.*

8. ἀλλ' ἢ παραφρονεῖς; Scriberem potius ἀλλ' ἦ. ut

---

b) Scholia: μέρμηρα, ἢ εἰς ὕπνον καταφορὰ περὶ τὴν ἕω· λέγεται δὲ μέρμηρα καὶ φροντίς. ἐκ δὲ τούτου τὸ καθευδῆσαι· οἱ γὰρ καθεύδοντες ἀποτίθενται τὰς φροντίδας. *Bergl.*

apud Sophoclem in Electra 885. *ἀλλ' ἢ μέμηνας, ὦ τάλαινα, κἀπὶ τοῖς σαυτῆς κακοῖσι, κἀπὶ τοῖς ἐμοῖς γελᾷς;* ut habet editio Pauli Stephani. Vide ad Acharn. 1110. *Bergl.*

Mendosissime hic versus expressus *c*), partim mea, partim typothetae culpa est. Excudi debuit:

ἀλλ' ἢ παραφρονεῖς, ἑτεόν, ἢ κορυβαντιᾷς;

In interrogatione semper est *ἑτεόν*. Proinde scribendum *ἀλλ' ἦ*, *num*, et interrogationis signum in fine sententiae poni debuit. Ad has minutias editores non magis quam librarios adtendisse haud mirum est: bene tamen Berglerus verterat, a quo discessisse nollem: *Numquid insanis, aut Corybantum more furere incipis? Brunck.* in Supplem.

κορυβαντιᾷς. Vide notam sequentem. *Bergl.*

9. *ἐκ Σαβαζίου*. Quia alter usus est verbo *κορυβαντιᾷς*, quod est a *Κορύβαντες*, qui dii habebantur furentes et, ut Scholiastes ait, furorem hominibus immittebant, Sabazii mentionem facit, qui eiusdem erat commatis deus, nempe Bacchus; scholia: *Σαβάζιον δὲ τὸν Διόνυσον οἱ Θρᾷκες καλοῦσι.* notum autem est Bacchi thiasos furore agitatos fuisse. Cogitandum autem est Sosiam, ad quem haec dicuntur, sedentem dormire, caputque modo demittere, modo attollere: talis autem gestus videtur Corybantum et bacchantium esse. Ceterum isti dii vix digni habiti sunt deorum concilio: Lucianus in Icaromenippo [c. 27. T. II. p. 785.]: *παρὰ τὸν Πᾶνα, καὶ τοὺς Κορύβαντας, καὶ τὸν Ἄττιν, καὶ τὸν Σαβάζιον, τοὺς μετοίκους τούτους καὶ ἀμφιβόλους θεούς.* Idem in deorum concilio [c. 9. T. III. p. 553.]: *ἀλλ' ὁ Ἄττις γε, ὦ Ζεῦ, καὶ ὁ Κορύβας καὶ ὁ Σαβάζιος, πόθεν ἡμῖν ἐπεισεκλήθησαν;* De Sabazio Cicero l. 2. de Legibus: *novos vero deos sic Aristophanes facetissimus poeta veteris comoediae vexat, ut apud eum Sabazius et quidam alii dii peregrini iudicati, e civitate eiiciantur.* Comoedia non exstat,

---

c) Legitur in Br. editione: *ἀλλ' ἢ παραφρονεῖς ἑτεόν, ἢ κορυβανθιᾷς.*

ad quam respicit Cicero. Vide etiam ad Lysistr. 389. d). *Bergl.*

10. *βουκολεῖς.* Scholia: *τρέφεις, alis.* Aeschyli Scholiastes exponit modo per *θεραπεύειν*, modo per *περιέπειν*, quandoque etiam *ἀπατᾶν* significat. *Bergl.*

11. *τις* muss beybehalten werden e), und ist keinesweges wegen des folgenden *Μῆδός τις* verdächtig. Das Praedicat *Μῆδός τις* steht *παρενθέτως* zwischen der übrigen Rede. Wie jener sagt *ὕπνος μ' ἔχει τις:* so antwortet dieser:

κἀμοὶ γὰρ ἀρτίως τις ἐστρατεύσατο,
Μῆδός τις, ἐπὶ τὰ βλέφαρα νυστακτὴς ὕπνος.

und so stellt sich das beschleichende Gefühl von der Gewalt, die sich der Augen bemächtiget, weit ausdrucksvoller dar, als wenn das erstere *τις* fehlte, und beide Verse in einen einzigen Satz zusammengezogen wären. Das simplex *ἐστρατεύσατο* las der Scholiast. *Reisig.* in diariis Ienensibus a. 1817. nr. 224. p. 404.

ἐπεστρατεύσατο. Metaphorice, ut significet se vehementer premi a somno, quasi ab exercitu hostili. Similiter Euripides loquitur de amore in Hippolyto 525. *ἔρως, ἔρως, ὃ κατ' ὀμμάτων στάζεις πόθον, εἰσάγων γλυκεῖαν ψυχᾷ χάριν, οὓς ἐπιστρατεύσῃ.* Confer cum istis Comici haec verba v. 7. *κατὰ ταῖν κόραιν ἤδη τι καταχεῖται γλυκύ.* Idem de malo ingruente usus est verbo *ἐπιστρατεύειν* in Medea 1185. *διπλοῖν γὰρ αὐτῇ πῆμ' ἐπεστρατεύσατο. Bergl.*

12. *Μῆδός τις.* Pro hoste et adversario Medum dixit, quia Medi Graecis infestissimi. Hostem vero infestum vocat, qui propter eum mortuos incursaturus erat boves, tanquam mastigia. Vocat autem *νυστακτὴν* somnum, quia *νυστάζειν* capite est annuere, ut solent qui inviti labuntur in soporem. *Fl. Chr.* Scholia: *πρὸς τὸ Σαβάζιος εἶπε καὶ οὗτος τὸ Μῆδος.* Nem-

---

d) Cf. Timkowsky in Beckii Actis Seminarii I. p. 213. et Schneiderus ad Theophrastum T. IV. p. 841.

e) Eiici voluerant Bentl. et Elmsleius ad Acharn. p. 61. Vitium vulgatae scripturae notavit Hermannus in praefat. ad Epit. doctr. metr. p. XIV.

pe quia alter Sabazii barbari dei mentionem fecerat, iste etiam Medum sive barbarum se invasisse dicit. Dicebat autem Scholiastes v. 9. ad vocem *Σαβάζιος: παίζει δὲ ὡς εἰ ἔλεγε, βάρβαρος καὶ σκληρὸς ὕπνος.* Nempe non tantum ad gestum sedendo dormientis caputque bacchantium more iactantis respicit, sed eo etiam, quod isti dii essent barbarorum. *Bergl.*

15. *ἀϊστὸν καταπτόμενον.* Vulgo *αἰετὸν καταπτάμενον.* Atticas formas reposui. *Brunck.*

18. *ἐπίχαλκον ἀσπίδα.* Aeream aspidem dixit, ne quis de aspide serpente intelligeret. Et tamen scutum a figura animalis dictum est, quod flexum in multos orbes dormit. Erant autem *κυκλικαὶ* veterum *ἀσπίδες*, ut dixit Aeschylus in Persis [Sept. c. Th. 495.]:

ἄλω δὲ πολλὴν, ἀσπίδος κύκλον λέγω,
ἔφριξα δινήσαντος.

Dictus autem serpens *ἀσπὶς*, ab intentiva particula *α* et *σπίζω*, quod est *extendo* propter vehementem sibilum. *Fl. Chr.* *ἐπίχαλκον* addit ad tollendam ambiguitatem vocis *ἀσπὶς*, quae et clypeum et bestiam serpentem significat, ut insomnium absurdius et mirabilius videatur; nam aquila serpentes, non clypeos, rapit: praeterea quaerit occasionem notandi Cleonymum, qui clypeum abiecerat. Ceterum *ἐπίχαλκος ἀσπὶς* idem est quod *χαλκόνωτος ἀσπὶς* apud Euripidem in Troad. 1136. Vide ad Acharn. 1125. *Bergl.*

19. *ἀποβαλεῖν.* Perperam in A. *ἀπολαβεῖν*, frequenti harum vocum commutatione. Vide ad Conc. 536. et infra 1132. *Brunck.*

20. *γρίφον.* Proprie nassa piscatorum *griphus*, detortum postea, ut hic, vocabulum ad quaestiones aenigmaticas et problemata obscura, quae in laetis conviviis agitari solebant. Itaque est *ζήτημα παροίνιον.* Proponi autem ea mos erat, ut solverentur. Unde ille festive dixit: *quid ego griphum solvam, qui ut solvatur negotium exhibet?* Clearchus qui de griphis librum scripsit, septem eorum genera constituit, de quibus lege, si operae est pretium, Athenaeum Dipnosoph. [p. 449.]. Cleonymum vero istum et hic et in Irena [446. 673.] exagitat ut ignavum et *ῥιψασπίδα*,

comparatque aquilae undique circumvolanti, ut monstrum dignum Thebano aenigmate ostendat, quod in coelo, terra et mari scutum abiiciat *f*). Nam suprema ignavia et imbellia ex clypei amissione arguitur; unde Lacaenae illius fortissimae matris dictum ad filiuin, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τάν: puta ἀσπίδα. *Aut*, inquit, *clypeum hoc refer mactus adorea; aut super hoc gloriose funeratus refertor.* Hunc autem Cleonymum θηρίον propterea vocat, quia μακρὸς erat et ἄρρυθμος. Notandum etiam hic in τῷ ὅ τι supervacaneum esse more Attico τὸ ὅ. Nam τὶ tantum et idem valet. *Fl. Chr.*

21. Lege Ξα. πῶς δή; Σωσ. προσερεῖ κ. τ. λ. *Bentl.* πῶς δή. πᾶς δὴ, *unusquisque nunc polerit convivas interrogare. Reisk.*

22. g) ὅτι ταυτὸν ἐν γῇ θηρίον, κἀν οὐρανῷ. Sic perbene scriptum in A. Transpositae voces in B. ὅτι ταυτὸν θηρίον ἐν γῇ — Vulgo ὅ, τι ταυτὸ θηρίον ἐν τε γῇ κἀν οὐρανῷ. V. seq. male vulgo legitur ἀπέβαλε, claudicante versu ob omissionem ν paragogici. Ceterum male interpunctus erat hic locus, et prava scriptura ὅ, τι obscuratus. Quaestio est elliptica: πῶς δὴ γίνεται, ὅτι ταυτὸν θηρίον ἐν γῇ καὶ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ ἀπέβαλε τὴν ἀσπίδα; *Brunck.* Brunckii rationem, de qua dubitare licet, probat Locella ad Xenoph. Ephes. p. 251. neque repugnare videtur Schaeferus ad Bosii Ellipses p. 591 sq.

25. ἰδόντι τοιοῦτ' corrigunt Elmsl. ad Acharn. p. 73. et Bentleius. ἰδὼν τοιοῦτον Reisig. in diariis Ienensibus a. 1817. nr. 224. p. 403.

---

f) In Nubibus 352. *Κλεώννυμον τὸν ῥίψασπιν. Bergl.*

g) Imitatur formam legum. cf. Acharn. 537. Facete autem Hic, quem innuit ἀποβαλεῖν τὴν τιμὴν, dixit, ex eo unde dedecus sibi conflavit, ἀποβαλεῖν τὴν ἀσπίδα, et ubique significaturus infamem haberi hominem, dixit terra coelo et mari. cf. Terent. Ad. 5, 1, 4. Ad taedium usque a nostro sugillatur hic Cleonymus non tam ignaviae causa, quam quod et ipse, neque genere clarus nec meritis illustris, tractare aggrederetur rempublicam. vid. Wielandii introductiones fabularum Aristophanis ab ipso germanice versarum, inprimis Acharnensium. *Hotib.*

27. Dele *Ξα*. 28. lege *Ξά*. *Bentl.*

29. *τοῦ σκάφους ὅλου*. Solens hoc est poetis, ut civitates navibus comparent; ut Sophocli et Aeschylo, apud quem habes *πόλεως οἴακα νωμῶν*. Nam quod gubernator in navi, id est princeps in civitate. Itaque ibidem Aeschylus, puta in Septem-Thebana, cum dixit *ὅστις φυλάσσει πρᾶγος ἐν πρύμνῃ*, nihil aliud innuit, quam *ἐξουσίαν ἐν ἀρχῇ*. Hic vero perstat in metaphora, cum ait *τρόπιν τοῦ πράγματος*: quo vocabulo principium et radicem intelligit, quia omnium trabium prima carina construitur. *Fl. Chr.* Scholia: *ἀεὶ οἱ ποιηταὶ τὰς πόλεις πλοίοις παραβάλλουσι· καὶ Σοφοκλῆς*. Locus, quem intellexit Scholiastes, est vel iste in Antig. 196. *ἥδ' ἐστὶν ἡ σώζουσα, καὶ ταύτης ἐπὶ πλέοντες ὀρθῆς τοὺς φίλους ποιούμεθα*. ubi scholia ad *ἥδε, ἡ πόλις δηλονότι*. Praecedebat autem vox *χθὼν* idem ibi valens. Ad *πλέοντες* autem scholia: *μεταφορὰ ἀπὸ τῶν νεῶν*. vel ille, quem adduxi ad Ranas 716. aut uterque, aut etiam alii. *Bergl.*

30. *τὴν τρόπιν τοῦ πράγματος*. Perstat in metaphora de navi. Ut autem hic *τρόπις τοῦ πράγματος*, sic *πρύμνη πόλεως* apud Aeschylum in Sept. 2. *ὅστις φυλάσσει πρᾶγος ἐν πρύμνῃ πόλεως*. quem locum citavit Bisetus et Florens. Ceterum Comicus videtur voce *τρόπις* alludere ad *τρόπος*, ut sit pro *τὸν τρόπον τοῦ πράγματος*. *Bergl.*

31. Herodianus post Moerin p. 454. citat *ἐν τῇ νυκτὶ. πυκνὶ*, ab Invernizio ex cod. Rav. receptum est; nam vulgo legitur *πυκνί*. Vide ad Ecclesiaz. p. 672.

32. *ἐκκλησιάζειν*. Non hic est concionem habere, sed quod Romane dicebatur *in licium vocare*. Ut autem hic et ubique fere Cleonem acri aceto perfundit tanquam rapacem spurcum et lucri quantumvis olidi appetentem, ita Atheniensium suggillat *τὸ προβατῶδες* et ingenium pecuinum. Erat autem prisci moris ut honorati senes cum pallio detrito et scipione populum convocarent. *Fl. Chr.*

34. *μοι δόκει*. Vulgo *μοὐδόκει*, quod perinde est. *Brunck.*

36. *ἔχουσα φωνὴν — ὑός*. Mulieribus tribuit vo-

cem porcorum. In Acharn. 746. ὅπως δὲ γρυλλιξεῖτε καὶ κρύξεσθε ἡσεῖτε φωνὰν χοιρίων. Vide ibid. ad 781. *Bergl.*

ἐμπεπρησμένης. I. e. crassae et obesae. Nam πρῆσαι est φυσῆσαι; unde πρηστήρ. Et Homerus [Il. σ. 471.]: εὔπρηστον ἀϋτμὴν ἐξανιεῖσαι. Puto autem non solum ab obesitate, sed etiam a voce stridula, quae suem imitetur. Propterea inter alia crimina vel vitia in Irena fabula ipsum vocat Paphlagona; non tam propter regionem, quam quod ἐπάφλαζε τῇ φωνῇ. *Fl. Chr.* Scholia: ἐμπεφυσημένης, παχείας· πρῆσαι γὰρ τὸ φυσῆσαι. Alias ἐμπεπρησμένος est incensus. Lucianus in Timone [c. 52. T. I. p. 168.]: καὶ ὅτι τὴν ἀκρόπολιν ἐνέπρησας. deinde alter ibi dicit: ἀλλ' οὐκ ἐμπέπρησται, ὦ μιαρέ, ἡ ἀκρόπολις. *Bergl.*

58. ὄζει κάκιστον — βύρσης. Indicat per illam πανδοκευτριαν intelligendum esse Cleonem, propter etymologiam vocis, quae componitur ex πᾶν et δέχομαι, *omnia capio:* quia Cleo *omnia* bona civium *capiat.* Erat autem Cleo βυρσοδέψης, *coriarius:* hinc insomnium de illo visum dicit olere *coria.* Similiter in Equit 887. cum Cleo cuidam donaret vestem, eumque illa amiciret, ille dicit ad eum: αἰβοῖ· οὐκ ἐς κόρακας ἀποφθερεῖ βύρσης κάκιστον ὄζων. *Bergl.* Cleo, qui in his perstringitur, coriarius fuerat. *Brunck.*

40. βόειον δημόν. In Equit. 949. δημοῦ βοείου θρῖον. Utrobique ludit in ambiguitate: δημὸς *adeps*, δῆμος *populus.* *Bergl.*

41. τὸν δῆμον ἡμῶν βούλεται διϊστάνειν. Quia dixerat ἴστη βόειον δημόν, addit διϊστάναι, quod est διαχωρῆσαι, luditque in verbis, miscens significata. Quin ex historia hoc dictum est. Nam duobus annis antequam hanc fabulam doceret hic Comicus, cum de pace legatos misissent Lacedaemonii, eos Cleon expulit et abire coegit. *Fl. Chr.* Ita interpretatur illud ἴστη δημὸν propter cognationem vocum; nam διϊστάνειν est ab ἵστημι; δῆμος autem et δημὸς iisdem literis scribuntur. *Bergl.*

42. Θέωρος. Hunc aliquoties ut assentatorem notat. *Bergl.*

44. Nota Alcibiadis balbuties, de qua sic Plutarchus initio eius vitae, ubi hos versus adducit: *τῇ δὲ φωνῇ καὶ τὴν τραυλότητα ἐμπρέψαι λέγουσι, καὶ τῷ λάλῳ πιθανότητα παρασχεῖν χάριν ἐπιτελοῦσαν. μέμνηται δὲ καὶ Ἀριστοφάνης αὐτοῦ τῆς τραυλότητος ἐν οἷς ἐπισκώπτει Θέωρον· Εἶτ' — καὶ Ἄρχιππος τὸν υἱὸν τοῦ Ἀλκιβιάδου σκώπτων, βαδίζει, φησὶ, διακεχλιδὼς, θυμάτιον ἕλκων, ὅπως ἐμφερὴς τῷ πατρὶ μάλιστα δόξειεν εἶναι,*

κλαυσανχενεύεταί τε καὶ τραυλίζεται.

Similis iocus est, sed absque acrimonia, in Ciceronis Epist. ad Caelium II. 10. ubi Hirrum innuens, qui illius competitor fuerat curulis aedilitatis, sic scribit: *De te, quia quod sperabam: de Hillo (balbus enim sum) quod non putaram.* Conf. Palladae Epigr. XXXII. Diogenis apophthegma est: *κρεῖττόν ἐστιν ἐς κόρακας ἀπελθεῖν ἢ ἐς κόλακας. Brunck.*

45. *ὅλας Θέωλος τὴν κεφαλὴν κόλακος ἔχει h*). Ita dixit balbus pro, *ὁρᾷς Θέωρος κεφαλὴν κόρακος ἔχει.* Nempe mutato ubique ρ in λ. Evadit autem sensus in Theorum conveniens; nam vult dicere Theorum esse *diis invisum* hominem et *adulatorem.* *θέωλος* quasi a *θεὸς* et *ὄλλυμι perdo.* (ubi ο in ω, ut in *ἐξώλης* in Pac. 1073. *ἐξώλης ἀπόλοιο*) quasi dignus, *quem dii perdant.* Sic infra 1143. *ἐριώλην* vocat vestem, in quam multa lana esset consumta. *κόλαξ* autem *adulator.* infra 416. *ὦ πόλις, καὶ Θεώρου θεοσεχθρία, κεἴ τις ἄλλος προέστηκεν ὑμῶν κόλαξ. Bergl.*

47. 48. *ὁ Θέωρος κόραξ γιγνόμενος.* Simile insomnium Socratis de Platone apud Athenaeum XI. p. 507. *δοκεῖν γὰρ ἔφη τὸν Πλάτωνα κορώνην γενόμενον, ἐπὶ τὴν κεφαλήν μου ἀναπηδήσαντα τὸ φαλακρόν μου κατασκαριφᾶν. Bergl.*

50. *τοῦτο συμβαλεῖν.* Sic bini codd. Quod tamen absque iis reponendum erat. Nam vulgatum *ξυμβαλεῖν* metrum iugulat. *Brunck.*

51. *ἐς κόρακας.* Proverbium est, quo exitium alicui et perniciem minitabantur; quale illud: *abi in*

---

h) Conf. Eustathium ad Odyss. p. 1764, 40 sqq.

malam crucem: ut si secundum Callimachum dixeris: *ἵν' ὁ φθόρος, ἔνθα νέοιο.* Hic ergo Theorum adulatorem et *κόλακα* iubet ire *ἐς κόρακας;* quasi ipse sit *κόραξ*, aut corvi caput habeat. Alcibiadis vero *τραυλισμὸς* satis celebris et notus. *Fl. Chr.*

52. *ὀβολούς.* Ita edd. pristinae, non *ὀβολώ* [ut Portus, Kust. cod. Rav.]. *Bergl.*

53. *ὑποκρινόμενον i) — ὀνείρατα.* Hippocrates epist. 10. *ἐγὼ μὲν οὖν ἀνασιὰς ὑπεκρινάμην ἐμαυτῷ τὸ ὄναρ. Bergl.*

55. *ὀλίγα γ' ὑπειπών.* Sic A. ut primariae editt. In B. *ὀλίγ' ὑπειπών.* Ant. Fracinus edidit *ὀλίγ' ἄττα ὑπειπών.* Unde emendatius in vulgaribus libris *ὀλίγ' ἄτθ'. Brunck. ὀλίγ' ἄτθ' ὑπειπὼν πρῶτον* cod. Rav. et Porson. ap. Maltby ad Morelli Lexicon prosod. p. 1005. Ceterum falsum est, quod Invern. adnotavit, *omnes* habere *πρότερον. πρῶτον* habet Phil. Iunta.

57. *k) Μεγαρόθεν.* Schol. *ἢ ὡς ποιητῶν ὄντων τινῶν ἀπὸ Μεγαρίδος ἀμούσων καὶ ἀφυῶς σκωπτομένων· ἢ ὡς τῶν Μεγαρέων γελώντων, καὶ ἄλλως φορτικῶς γελοιαζόντων. Εὔπολις Προσπαλτίοις.*

τὸ σκῶμμ' ἀσελγὲς, ἡδὲ l) Μεγαρικὸν σφόδρα.

Megarensis in Acharn. 758. [quem locum attulit *Bergl.*]

---

i) Antique pro *ἀποκρινόμενον*, ut postea *ὑπειπὼν* est *προσειπών.* Sed *κατείπω τὸν λόγον* est simpliciter *εἶπω.* At *λόγος* est *ὑπόθεσις*, ut inferius paulo *λογίδιον. Fl. Chr.*

k) Invehi videtur in poetas quosdam ex Megaride ineptos et perperam dicaces, aut stulte ridentes; ut risu inepto nihil esse ineptius dixit Catullus. Megarenses autem hinc notat Eupolis *Προσπαντίνοις* hoc versu: *τὸ σκῶμμ' ἀσελγὲς καὶ Μεγαρικὸν σφόδρα.* Fortassis quia Megarica comoedia, ut est apud Suidam *), *ἤκμασε ἄωρος*, et derisui fuit Atheniensibus. Quod vero ait *κεκλεμμένον*, est *ἀποσπασθέντα*, avulsum et abstractum. Sed notant glossographi variam lectionem et Doricam *κεκλαμμένον;* ut dicitur *κλαπεὶς:* et qua ratione a *τρέφω, τραφεὶς, τεθραμμένος. Fl. Chr.*

l) *ἡδὲ* inepta est Brunckii interpolatio. Vide not. ad Schol.

*) Mutavi, quod hic et alibi apud Fl. Chr. legitur, Sudas, de qua scriptura v. Lennep. ad Coluth. p. 3 Idem dictum esto de similibus, quae nunc inusitata sunt, ut Aeschulus.

ridiculum commentum quo filias suas pro porcellis vendere meditatur, *Μεγαρικὰν μαχανὰν* appellat. Ideo autem Atticis, quae rustica lascivia ad risum movendum composita erant ludicra, Megaris arcessita dicebantur, quia antiquissima comoedia, quae nihil aliud erat quam simplex carmen, quod chorus cum tibicine concinebat, Megarensium inventum fuit, ut testatur Aristoteles Poet. cap. 3. *διὸ καὶ ἀντιποιοῦνται τῆς τε τραγῳδίας καὶ τῆς κωμῳδίας οἱ Δωριεῖς· τῆς μὲν κωμῳδίας οἱ Μεγαρεῖς, οἵ τε ἐνταῦθα, καὶ οἱ ἐκ Σικελίας. — κεκλεμμένον.* Sic bini codd. Vulgo *κεκλαμμένον*. Utramque scripturam agnoscit Schol. *m*). Nostram autem in textu habebat. *Brunck.*

58. *n*) Comici poetae, tum ad risum movendum, tum ut favorem theatri sibi conciliarent, quotiescunque fabulae actio huius rei occasionem dabat, bellaria quae in scenam illata fuerant, ab actore aliquo spectatoribus proiici faciebant. Morem hunc tanquam ineptum carpit Comicus in Pluto, ubi v. 797. [ubi vide notam. *Bergl.*] Plutus ait:

οὐ γὰρ πρεπῶδές ἐστι τῷ διδασκάλῳ,
ἰσχάδια καὶ τραγήλια τοῖς θεωμένοις
προβαλόντ', ἐπὶ τούτοισιν ἐπαναγκάζειν γελᾶν.

At salse magis eum irridet in Pace v. 962. ubi Trygaeus hordea nullius pretii famulum iubet spectatoribus proiicere, quod ideo comminiscitur Comicus, ut ex ambigua significatione nominis *κριθὴ* facetam nequitiam eliciat. *Brunck.*

60. *οὔθ' Ἡρακλῆς.* Multa hic noster Comicus in Herculis voracem insatietatem dixit in aliis fabulis, ipsumque Herculem ridiculi gratia inducit ad coenam vocatum, et de tardius appositis ferculis conquerentem, ut diximus ad Lysistr. [928.] in proverbio *Ἡρα-*

---

m) Cf. Buttmanni Gr. Gr. T. I. p. 437.

n) Poetas alios suggillat Comicus, qui diobolaribus nucibus fabularum suarum frigiditatem et vitium tegebant, et auram popularem spectatorum sic demereri studebant. In sportula autem nuces ferebant, quam hic *φορμίδα* vocat, quae proprie est *ψίαθος*, sed usurpat *ἀντὶ τῆς σπυρίδος. Fl. Chr.*

κλῆς ξενίζεται. Omnino haec dicuntur in poetas talia docentes. *Fl. Chr.* Notat illos poetas, qui assidue risus causa Herculis voracitatem proponerent; videtur autem ridiculum, si aliquis helluo esuriens coena sperata forte fraudetur, tanquam *λύκος χανὼν διακενῆς.* De Herculis voracitate vide ad Ranas v. 62. *o*). Euripides in Alcestide tanquam nimis intemperantem in ea re illum introduxit, ubi inter alia servus, qui ei coenanti ministraverat, dicit v. 755. *ἔπειτα δ' οὔτι σωφρόνως ἐδέξατο τὰ προσιυχόντα ξένια, συμφορὰν μαθών· ἀλλ' εἴτι μὴ φέροιμεν ὤιρωνεν φέρειν. Bergl.* In multis dramatibus inducebatur Hercules, solebantque poetae ex eius notissima voracitate risum captare. Eam describit parum decenter Euripides in Alcestide. In proverbium abiit famelicus et morae impatiens Hercules, cui semper cunctari videbantur famuli coenam apposituri, *Ἡρακλῆς ξενίζεται*, quo alludit noster in Lys. 928.

ἀλλ' ἢ τὸ πέος τόδ' Ἡρακλῆς ξενίζεται.

Brunck.

61. *p*) In multis fabulis, quae temporis, seu potius hominum, iniuria periere, Comicus noster Euripidem exagitaverat, ut in Acharnensibus, ad quam hic respicere potest, non vero ad Thesmophoriazusas, quae nondum prodierat, quum Vespas docuit. Cave autem participium *ἀνασελγαινόμενος* eo sensu accipias, quo id accipi posse credidit Florens pro *οὐκ ἀσελγαινόμενος*, quia fuit Euripides *μισόγυνος*. *ἀνὰ* in huius verbi compositione valet *rursus, iterum. Brunck.*

62. *q*) In Nubib. 549. etiam dicit se Cleoni non amplius insultare: *ὃς μέγιστον ὄντα Κλέων' ἔπαισ' εἰς τὴν*

---

o) Cf. Welcker. ad Ranas p. 143.

p) Comico aceto perfusus et subsannatus Euripides multum fuit in fabula *Θεσμοφοριαζουσῶν* et in Acharnensibus. Fortassis etiam *ἀνασελγαινόμενος* dixit pro *οὐκ ἀσελγαινόμενος*, quia fuit *μισόγυνος. Fl. Chr.*

q) *Κλέων.* Ergo nomen comoediae hodie ab Equitibus ductum, fuit olim quoque Cleo? Videtur. Vult dicere: si comoedia, in qua Cleo fuit exagitatus, placuit et splendido applausu fuit excepta. *Reisk.*

γαστέρα· κοὐκέτ' εἰσαῦθις γ' ἐπεπήδησ' αὐτῷ πειμένῳ. *Bergl.*

Κλέων γ' ἔλαμψε. Insertam particulam [quae vulgo abest] agnoscunt ambo codd. *Brunck.*

63. *μιττωτεύσομεν.* Interemus et amarore inficiemus, sumpta ab alliis metaphora. Nam *μυττωτὸν* proprie intritum est ex alliato, caseo et aceto, et sic dictum *ἀπὸ τοῦ μυσάττεσθαι αὐτοῦ τὴν ὀσμήν*, ut dixit Maro (si tamen is auctor): *simo damnat sua prandia naso.* Nos Graece vertebamus *ὀσμὴν ἐμυσάξατο δαῖτα.* Unde *μυωπὸς* dictus etiam a Callimacho [apud Schol.]: *ἐτρίψαντο μυσωπόν.* Deinde τ verso in σ et duplicato, *μυττωτόν.* Nos olim ad Irenes commentaria glossemata amplius diximus. Notandum autem hic notari Cleonem, ut qui illustris esse voluerit ex obscuritate sui generis, ut patet ex Equitum fabula, quam in ipsum scripsit. *Fl. Chr.* Metaphorice utitur hoc verbo e re culinaria petito etiam Pac. 247. *ἰὼ Μέγαρα, Μέγαρ' ὡς ἐπιτρίψεσθ' αὐτίκα ἅπαξάπαντα κατάμεμυττωτευμένα.* In Equit. 767. *κατακνησθείην ἐν μυττωτῷ μετὰ τυροῦ. Bergl.*

64. *γνώμην ἔχον.* In Acharn. 395. *εἰ γνώμην ἔχεις. Bergl.*

65. *οὐχὶ δεξιώτερον.* Huc, ut arbitror, pertinent quae apud Suidam leguntur v. *ἀνασεσυρμένην κωμῳδίαν.* Ait enim: *καλοῦσι δὲ τὸ μὲν σκωπτικὸν, ἐπίχαριν· τὸ δὲ εὐτράπελον, ἐπιδέξιον· τὸ δὲ ἀνασεσυρμένον, ἄπλαστον καὶ ἁπλοῦν.* Sunt autem *δεξιοὶ, εὐπαίδευτοι.* Et hic valet, *οὐ δεξιώτερον, οὐχ ἧττον τῆς ὑμῶν σοφίας. Fl. Chr.*

67. 68. Scribe *ἐστὶν — ἄνω καθεύδων, — Reisig* I. p. 184.

70. *καθείρξας.* Ald. *καθεύδειν: καθείρξας* 113. leg. *κἄνδον καθείργειν* vel *κατερύκειν:* ut 599. *ἀποκλείεις καὶ κατερύκεις. Bentl.*

72. *ξυμβάλοι.* Etiam *συμβάλλειν* est *ἐνύπνια ἐπιγνῶναι*, ut Latini *coniicere* dicunt. Quod autem ait *τοπάζετε*, est *εἰκάζετε, ὑπονοεῖτε. Coniicite*, inquit, *et divinate, quo morbo ille teneatur.* Hic Scholiastes

Graecus scripsit, *γράφεται δὲ καὶ ἀπροσώπως τοπάζετε:* mendose. Legendum enim *τοπάζεται,* et sic in Venet. edit. *Fl. Chr.* Supra v. 50. *ἐναργὲς ξυμβαλεῖν. Bergl.*

73. *εἰ μὴ πύθοιθ'.* Sic bini codd. et vett. editt. omnes, ne quidem excepta illa Farrei. Tamen in recentioribus est *πύθοισθ'. Brunck.*

τοπάζετε. Ita Aldina, Iuntina et nupera: *coniicite, divinate,* quo morbo laboret. Editio Farrei habet *τοπάζεται,* quam lectionem in versione expressi impersonaliter sumto verbo. Scholia: *γράφεται δὲ καὶ ἀπροσώπως τοπάζεται.* Ita enim ibi legendum, non *τοπάζετε,* ut monuit Florens etiam. *Bergl.*

74. *Ἀμυνίας.* Sive Amynias sive Ameinias scribas, Archon fuit, quum docuit Nebulas Aristophanes. Sed hic notatur ille ut aleator. At in *Σερίφοις* (sunt, ut opinor, *virgines anus,* Cratetis [Cratini] comoedia, si vere hic Scholiastes in Nubibus autumat, qui falso, ut puto, *ἐν Δερρίφοις* ait: quamvis apud Suidam Cratetis duplicis comici fabula hoc nomine non reperiatur,) tanquam alazon et sycophanta et colax, ab Eupolide *παραπρεσβύτης.* At in Veneta editione Sosia haec loquitur, *ἀλλ' οὐδέν. Fl. Chr.* Scholiastes ad Nub. 31. hunc *Ἀμινίαν* dictum fuisse ait per iota in antepenultima. *Bergl.*

75. *ἀλλ' οὐδὲν λέγει.* In Nub. 644. *οὐδὲν λέγεις, ὦ ἄνθρωπε. Bergl.*

77. *φιλο μέν ἐστιν ἀρχή.* Philo, inquit, principium est mali, quia Cleo pernicies et malum est populi, ut velle videtur Graecus interpres. Nam Philocleonis nomen fictum, quia amet Cleonis facta, qui fuit *φιλόδικος* et *συκοφάντης. Fl. Chr.* Eius epitheton incipit etiam a *φιλο,* ut *φιλόκυβος·* est autem illud *φιλητιαστὴς* infra v. 88. *Bergl.*

78. *ὁδὶ δέ φησι Σωσίας r) πρὸς Δερκύλον.* Qui loquitur hic Xanthia digitum intendit ad spectatorum

r) Alium Sosiam fuisse hunc, qui hoc ad Dercylum fertur dixisse, oportet; non autem Xanthiae conservum; quia iste scit, quo morbo laboret herus. *Bergl.*

aliquem qui Dercylo sententiam suam aperit. Fueritne aliquis ille *Sosia* appellatus? At *Sosia* nomen est servile, nec credo Athenis locum fuisse servis in theatro. Legendum itaque censeo:

ὁδὶ δέ φησι, Σωσία, πρὸς Δερκύλον.

quod in versione secutus sum. *Brunck.*

Δερκύλον s). Cauponem Dercylum faciunt, vel *μεθυστὴν*, cum quo Sosias loquitur: alii comicum histrionem. Sunt autem Sosiae duo, Pythidis ille, hic Parmenionis. Hic vero Sosias tanquam vinosus arguitur ebrietatis laudibus, aitque hunc morbum proprium tantum esse boni viri. Itaque de suis moribus Philocleona arbitratur esse *φιλοπότην*, ut Nicostratus Scambonides (sic vocatus a populo tribus Leontidos) *φιλοθύτην* censet; puta quia ipse talis est. Sic autem vocantur *δεισιδαίμονες*, semper diis sacrificantes, atque ita sperantes esse extra omnem noxam: quasi *εὐλάβεια* pariat *ἀβλάβειαν*. *Fl. Chr.*

81. *Σκαμβωνίδης*. Scholia: *ἀπὸ δήμου τῆς Λεοντίδος φυλῆς*. *Bergl.* Vide Meursium de Pop. Att. in *Σκαμβωνίδαι*. *Brunck.*

82. *φιλοθύτην*. Scholia: *φιλοθύται εἰσὶν οἱ δεισιδαίμονες, καὶ θύουσιν ἀεὶ τοῖς θεοῖς, νομίζοντες ἐκ τούτου ἀβλαβεῖς ἔσεσθαι*. *Bergl.*

φιλόξενον. In bonam partem Xanthias dicit *φιλόξενον*, quasi hospitalem. At Sosias excipit in malam et de nomine proprio intelligit et ad Philoxenum refert, qui *πόρνος* audiebat, ut Phrynichus in Satyris et Eupolis in Urbibus, qui sic de illo:

ἔστι δέ τις θήλεια Φιλόξενος ἐκ Διομείων.

Fl. Chr.

83. *μὰ τὸν κύν' t*), *ὦ Νικόστρατος*. Lege *Νικόστρατ'*, ut in Veneta edit. Iurare autem solebant per canem *διὰ δεισιδαιμονίαν*, ut ait Scholiastes: aut for-

---

s) Hunc alii cauponem, alii histrionem comicum fuisse aiunt, ut est in scholiis. *Bergl.*

t) Notum est Socratem ita iurare solitum. Athenaeus IX. p. 370. *μιμούμενος τὸν κατὰ τῆς κυνὸς ὅρκον Σωκράτους*. *Bergl.*

tassis imitari et ridere voluit philosophos, Socratem praecipue, qui iurabant εἰς κύνα καὶ χῆνα, *in canem et anserem.* Quod vero ait ἄλλως φλυαρεῖτε, i. e. *frustra nugas agitis*, metaphora sumpta a lebete vel patina. Nam φλύειν cachinnare est, et fervere cum spumante strepitu, ut Homerus [Il. φ'. 361.] dixit: ἀνὰ δ' ἔφλυε καλὰ ῥέεθρα. Atque adeo ut Eubulus comicus apud Athenaeum [p. 229. A.]:

λοπὰς παφλάζει βαρβάρῳ λαλήματι.

Patina cachinnat bullienle murmure, ut elegantissime vertit divinus apud Varronem [ad p. 26.] coniector [Scaliger]. *Fl. Chr.*

ὦ Νικόστρατ'. Sic bini codd. et primariae editt. Imperite Ant. Fracinus edidit ὦ Νικόστρατος, quod solus post eum repraesentavit Sigis. Gelenius, e cuius demum editione in aliquot alias transiit. Sinceram lectionem praeferunt minores Batavae [et Bergl. Reisk.], corruptam Kusterus, qui rursus hic oblitus est Aldinam inspicere. — Ludit Comicus in ambiguitate nominis φιλόξενος, quatenus vel appellativum est, vel proprium. A comicis illius temporis exagitatus fuit Philoxenus cinaedus, de quo Eupolis in *Urbibus* apud Scholiastam:

ἔστι δέ τις θήλεια Φιλόξενος ἐκ Διομείων.

Brunck.

84. καταπύγων — Φιλόξενος. Hic vocem φιλόξενος pro nomine proprio accipit. Testatur autem et Eupolis apud Scholiastem, Philoxenum fuisse quendam effoeminatum, his verbis: ἔστι — Διομείων. *Bergl.*

86. εἰ δὴ 'πιθυμεῖτ' ν). Id est εἰ δὴ ἐπιθυμεῖτε. Si cui forte putida videatur haec observatio, discat velim primariae editionis mendam εἰδ' ἠπιθυμεῖτ' nullum exstitisse subsequentium editorum, qui corrigere sustinuerit. In binis codd. emendata scriptura, quam repraesentavimus, conspicitur. Confer not. ad v. 665. *Brunck.*

88. φιληλιαστής. Sic vocat iudiciorum triconem et φιλόδικον. Praecipuum enim et maximum forum

---

ν) εἰ δέ γ' ἐπιθυμεῖτ'. *Reisk.*

iudiciale erat Heliaea, sic dicta quia sub dio erat et soli obnoxia, ut inferius dicetur. *Fl. Chr.*

90. *πρώτου ξύλου.* Sic vocat prima subsellia etiam in Acharn. [25.] *ἐλθόντες ἤδη περὶ πρώτου ξύλου.* *Fl. Chr.*

91. *πασπάλην.* Ne ciccum quidem (nam *πάσπαλος* granum milii) tamen *πασπάλη* vel *παιπάλη* est furfur vel farinae *μέρος ἀμερές.* Scholiastes ait censere nonnullos, *πασπάλην* esse petram magnetida; quod mihi non fit verisimile. Quod autem in farina est *πασπάλη*, hoc in spica est *ἄχνη*, i. e. *ἄχυρον*, et *τοῦ σίτου λεπτὴ καλάμη*; quam etiam *ἀθέρα* vocant. Homerus [Il. ε. 499.]: *ὡς δ' ἄνεμος ἄχνας φορέει.* *Fl. Chr. οὐδὲ πασπάλην* pro *οὐδὲ βραχύ· οὐδὲ τὸ τυχόν.* Hesychius similiter exponit hanc vocem atque *παιπάλη.* *Bergl.*

92. *ἢν δ' οὖν καταμύσῃ.* Sic bene ambo codd. Soloece vulgo *καταμύσει.* *Brunck.*

κἂν ἄχνην. Scholia: *τὸ λεπτομερὲς τοῦ στάχυος.* Sumitur etiam pro quavis re minima, ut *πασπάλη* et alia. Vide ad Plut. 17. *Bergl.* Etymol. *ἄχνη — ἰπνοῦ.* Lege *ὕπνου.* *Bentl.*

93. *κλεψύδραν x*). Ad hanc vocem Scholiastes: *κλεψύδρα γὰρ ἀγγεῖον τετρημένον, ἐν ᾧ ὕδωρ ἔβαλλον καὶ εἴων ῥεῖν ἄχρι τῆς ὀπῆς· καὶ οὕτως ἔπαιον τὸν ῥήτορα.* Ad quae Florens Christianus: „Quia clepsydra in iudiciis statui solebat et ad fluentis mensuram temporis spatium ad dicendum exigebant rhetores. Erat enim vas pertusum, quod aqua implebant, eaque fluxa ad foramen usque finem facere cogebantur dicentes; aut si ultra res serias nugari lubebat, eadem aqua verberabantur. Nam id innuere videtur Scholiastes Graecus, quum ait: *καὶ οὕτως ἔπαιον τὸν ῥήτορα.* Si tamen mendosa non est lectio, quia hanc poenam rhetoribus praescriptam non recordor alibi me legisse, et non potius scribendum est *ἔπανον*, quod ego malui emendare.“ Vidit absurdum esse suum intelligendi modum Florens Christianus, et emendatio, quam profert, nequaquam est absurda. Sed non habet opus

---

x) In Acharn. 693. *Bergl.*

emendatione lectio ἔπαιον, sed emendanda erat mala eius interpretatio: nam ἔπαιον non est imperfectum a παίω *verbero* inclinatum, sed ab ἐπάϊω *audio*, καὶ οὕτως ἐπάϊον τὸν ῥήτορα vertendum, *et sic audiebant rhetorem*. Ignoscat mihi docti viri memoria, si miseros rhetoras ab ea verberatione immunes servare volui. *Palmer.*

96. λιβανωτὸν ἐπιτιθείς. In Ran. 915. ἐπίθες λαβὼν δὴ καὶ σὺ λιβανωτόν. *Bergl.*

νουμηνίᾳ. In novilunio mos erat thura dare imaginibus et statuis, quod videtur tribus digitis factitatum, puta pollice, indice et medio, quibus indices solebant continere calculos sententiarum. *Fl. Chr.*

97. ἦν scripserunt Bentl. Reisk. Brunck. Invern. Vulgo ἄν.

98. τὸν Πυριλάμπους. Pyrilampen quendam Periclis sodalem et amicum, qui ὀρνιθοτροφίαις abundabat, memorat in Pericle Plutarchus, et fortassis pavones illius. Formosus est hic populus: nam inter populorum tribus hic non est. Solebant quidem Athenienses in parietibus et foribus et ubivis pingere nomina formosorum; atque ut trahit sua quemque voluptas, quum aliquis de Pyrilampis populo appinxisset δῆμος καλός; ille, cuius in foro et iudiciis erat mens, mutata litterula scripsit κημὸς καλός· videturque fuisse κημὸς fiscina vel cophinus, supra latus, infra angustus, cetera vitilis; (qua ex materia antiqui camos et frenos equorum et φιμοὺς instruebant; ut una et communis origo sit τοῦ κημοῦ, in quem calculos immittebant iudices) vel potius cadus, quem Cratinus ἐν Νόμοις [apud Schol. ad Equit. 1147.] dicit χοίνιον [σχοίνιον] ἠθμόν; nam similis erat τῇ χώνῃ, ut et Sophocles testatur in Inacho. Postea in iudiciis duo fuerunt cadi, unus aeneus, alter ligneus; hic κύριος, ille ἄκυρος. Ceterum etiam Eupolis in Urbibus [apud Schol.] meminit illius populi. Ait enim: καὶ τῷ (legerem κἀν) Πυριλάμπους δήμῳ ἄρα κυψέλη ἔνεστιν. Recte autem hoc Comicus noster dixit παρέγραψε, non solum quia prope, sed quia velut παρῳδικῶς, δῆμος, κημός. Nos, quibus non licet esse tam disertis, exprimere

voluimus, nec potuimus, quum diximus, *vicus, fiscus. Fl. Chr.* Demum istum Pyrilampis filium formosum fuisse et amatores habuisse Graecorum more, apparet. Plato in Gorgia [p. 481. D. HSt. p. 115. Heind.] ubi Socrates dicit ad Calliclem: *λέγω δὲ ἐννοήσας, ὅτι ἐγώ τε καὶ σὺ νῦν τυγχάνομεν ταυτόν τι πεπονθότες, ἐρῶντε δύο ὄντε δυοῖν ἑκάτερος· ἐγὼ μὲν Ἀλκιβιάδου τε τοῦ Κλεινίου καὶ φιλοσοφίας· σὺ δὲ δυοῖν, τοῦ τε Ἀθηναίων δήμου καὶ τοῦ Πυριλάμπους* (scil. *Δήμου*). Hinc etiam nomen eius ab amatoribus inscriptum fuit ianuis et parietibus, de quo more etiam in Acharn. 144. *καὶ δῆτα φιλαθήναιος ἦν ὑπερφυῶς, ὑμῶν τ' ἐραστὴς ἦν ἀληθῶς, ὥστε καὶ ἐν τοῖσι τοίχοις ἔγραφεν, Ἀθηναῖοι καλοί. Bergl.* De Pyrilampis filio Demo, pulchro adolescente a multis amato, videndus Meursius Att. Lect. IV. 5. In hunc factum fuisse credo lepidum Epigramma quod aliter in Analectis nostris exstat T. II. p. 79. [in Iacobs. Anthol. Palat. T. II. p. 465.] aliter in membr. quae olim Palatinae fuerunt, utinamque essent adhuc! Primo enim lemma nihil certi de auctore statuit: *Ἄδηλον· οἱ δὲ, Ἀρτέμωνος.* Tum nomen illius, in quem carmen factum, est *Δῆμος*, quum divism in eis scriptum sit *ἔχε Δῆμος*. Ipsum epigramma subiiciam:

Δητοΐδη, σὺ μὲν ἔσχες ἀλίρρυτον αὐχένα Δήλου,
κοῦρε Διὸς μεγάλου, θέσφατα πᾶσι λέγων·
Κεκροπίαν δ' ἔχε Δῆμος, ὁ δεύτερος Ἀτθίδι Φοίβος,
ᾧ καλὸν ἁβροκόμης ἄνθος ἔλαμψεν Ἔρως.
ἡ δ' ἀνὰ κῦμ' ἄρξασα καὶ ἐν χθονὶ πατρὶς Ἀθήνη
νῦν καλλει δούλην Ἑλλάδ' ὑπηγάγετο.

Ad hunc Comici locum spectat Hesychii glossa. *Δῆμος καλός. Δῆμος, ὄνομα κύριον. Πυριλάμπους υἱὸς ἦν οὗτος, τὴν ὥραν κάλλιστος. ἔθος δὲ ἦν τοῖς ἐρασταῖς, ἐπιγράφειν πανταχοῦ τὰ τῶν παιδικῶν ὀνόματα. Brunck.* Brunckium non videtur offendisse *Πυριλάμπους* prima syllaba producta. Recte Invern. ex cod. Rav. *υἱὸν Πυριλάμπους*. Bentleius coniicit *τὸν τοῦ Πυριλάμπους*. De Pyrilampe idem conferri iubet Lysiam p. 154. (628. Reisk.).

99. *κημὸς καλός.* Una litera mutata senex pro *Δῆμος* rescripsit *κημός*. Ego ut in versione exprimerem hanc allusionem, scripsi *Damus* pro *Demus* Dorice,

ut *fama, fagus, camus* etc. Est autem κημὸς quasi infundibulum, per quod in urnas immittebantur calculi. *Bergl.*

100. ὃς ᾔδειν ἐφ' ἑσπέρας. Sic ambo codd. Vulgo ὃς ᾔδ' — Facetam hanc ἔννοιαν non praetermisit Racinius, ut ingenio, ita eruditione poetarum nostratium princeps:

Il fit couper la tête à son coq, de colère,
pour l'avoir éveillé plus tard qu'à l'ordinaire;
il disoit qu'un plaideur, dont l'affaire alloit mal,
avoit graissé la patte à ce pauvre animal.

Simile quid est apud Plautum in Aulularia III. 4. 10.

obtrunco gallum, furem manifestarium.
credo ego edepol illi mercedem gallo pollicitos coquos,
si id palam fecisset.

Brunck.

101. Vulgo ὡς ὀψ' ἐγείρειν. Codex Ravennas ὀψ' ἐξεγείρειν. Hinc suspiceris:

τὸν ἀλεκρυόνα δ', ὡς ᾔδ' ἐφ' ἑσπέρας, ἔφη,
ὀψ' ἐξεγείρειν αὐτὸν ἀναπεπεισμένον.

Dindorf.

102. ἔχοντα χρήματα. Hoc valde ridiculum est, gallum a reis pecunia corruptum esse, ut iudicem tarde excitet. Imitatus est Plautus: credo — coquos. Est autem insignis hyperbole apud Aristophanem; quum enim gallus longe ante tempus iustum cecinisset, tamen senex putat eum tarde cecinisse. Significatur autem nimium iudicandi studium in sene. *Bergl.*

103. ἀπὸ δορπηστοῦ. Non putem per η legendum, sed per ι. Nam δορπιστὸς apud omnes grammaticos veteres est ὥρα τοῦ δείπνου, epuli vespertini tempus, sic dictum a laborum cessatione, ἀπὸ τοῦ τὸ δόρυ παύειν. Sic βουλυτός, quia cessant et solvuntur boves. Miror autem, quod ait Scholiastes Graecus, δόρπα esse τὰ δεῖπνα. Nam longe aliud est vocis etymon, quia δεῖπνον videtur dictum ὅτι δεῖ πονεῖν. Tamen Lycophron grammaticus hoc loco δορπιστὸν accipit ἀντὶ τοῦ ἀρίστου. *Fl. Chr.* δορπηστοῦ. Sic codd. et vett. editt.

Perperam in recentioribus e Florentis sententia, a quo tamen discessit Berglerus *y*), excusum *δορπιστοῦ*. Utraque scriptura apud grammaticos reperitur; sed prior forma genuina videtur, *δορπηστὸς*, a *δορπέω*. *Brunck.*

104. *z*) *πρωΐ πάνυ*. Sic ille in Acharn. 28. *ἐγὼ δ' ἀεὶ πρώτιστος εἰς ἐκκλησίαν νοστῶν κάθημαι*. *Bergl. πρῲ πάνυ*. Perperam vulgo *πρωΐ*. In A. scriptum *ΠΡΩΙ*. Vide not. ad Lys. 612. *Brunck.*

105. *a*) *ὥσπερ λεπάς*. In Pluto 1095. anus *ὥσπερ λεπὰς, τῷ μειρακίῳ προσίσχεται*. *Brunck.*

106. *τιμῶν τὴν μακρὰν b*). Hunc Philocleonem condemnatoriis calculis semper gavisum, neque proclivem ad absolvendum fuisse, ex sequentibus magis patebit. Erat autem *γραμμὴ μακρὰ* condemnantium; *βραχεῖα* vero absolventium; ut nigri calculi quum plures erant, reus morti dabatur, et longam pendens litteram faciebat: quum vero albi, absolvebatur. Verba Scholiastae Graeci non vera sunt, quum ait, *ὅτε πλείους ἦσαν αἱ λευκαὶ ψῆφοι, ὁ διώκων ἐνίκα*: potius enim *ὁ φεύγων*. *Fl. Chr.*

107. Tyrwhitto scribendum videtur *μέλιττα βομβυλιὸς*, fortasse propter verba Hesychii: *βομβυλιὸς — μέλισσα μεγάλη*, quae ad hunc Aristophanis locum spectare videntur Schneidero ad Aristotelis H. A. T. III. p. 371. *c*).

---

y) Non est necesse ut scribatur *δορπιστοῦ*. *Bergl.*

z) Summo mane et ante tempus focum petens dormitabat affixus columnae, ut conchylium petrae. *λεπὰς* latum conchylium: unde *λοπὰς, patina* et *patella*. *Fl. Chr.*

a) *τῷ κίονι*. Cuinam columnae? Num *πρῄονι scopulo? Reisk.*

b) Scil. *γραμμήν*. Erat autem signum condemnationis, si iudices in cera ducerent lineam longam. *Bergl.*

c) „*Βομβυλιὸς, ζῷον παραπλήσιον μελίττῃ, ὠνομασμένον ἀπὸ τοῦ βόμβου, ὡς ἐξηγεῖται ὁ Ἁρποκρατίων τοντὶ παραθέμενος Ἰσοκράτους τὸ χωρίον. Διὸ καὶ ὁ Κωμικὸς ἅμφω συνάψας τὰ ὀνόματα εἴρηκε, ὥσπερ μέλιττ' ἢ βομβυλιός.*“ *Coray* ad Isocratem T. II. p. 161.

108. *ὑποπεπλασμένος.* Scribitur et *ἀναπεπλασμένος* [ap. Schol. et in cod. Rav.], quod est *πεπληρωμένος τοὺς ὄνυχας κηροῦ ὑπὸ τῶν χαραγμάτων.* Quod autem ait *αἰγιαλὸν ἔνδον τρέφει*, hoc est, implevit domum calculis eiusmodi condemnatoriis nigris puta et perforatis. Dixit *τρέφει* lepide, tanquam de re animata. *Fl. Chr.*

110. *ἵν' ἔχῃ.* Male in A. *ἵν' ἔχοι. Brunck.*

111. *τοιαῦτ' ἀλύει.* Ex Euripidis Sthenoboea *d)* hic versus desumtus. Apud tragicum erat:

τοιαῦτ' ἀλύει· νουθετούμενος δ' e) ἔρως
μᾶλλον πιέζει.

Brunck.

112. *φυλάττομεν μοχλοῖσιν ἐγκλείσαντες.* Euripides in Andromacha 950. *πρὸς ταῦ' εὖ φυλάσσετε κλείθροισι καὶ μοχλοῖσι δωμάτων πύλας. Bergl.*

113. *ὡς ἂν μὴ ᾖξίη.* Sic ambo codd. et vett. editt. omnes. In recentioribus perperam *ὥστ' ἄν* — *Brunck.* *ἐνδήσαντες* ex cod. Rav. repositum habet iam Ph. Iunta.

116. *μὴ φορεῖν τριβώνιον.* Infra 1134. postquam hunc senem filius abduxit ab iudicandi consuetudine, vestes eum deponere iubet, quas gerebat dum forum frequentaret: *τὸν τρίβων' ἄφες· τηνδὶ δὲ χλαῖναν ἀναλαβοῦ. Bergl.*

118. *f)* *εἶτ' αὐτὸν ἀπέλου.* Purgabat, inquit, insaniam, et nihilominus Corybantum more insanibat.

---

d) Eundem locum et Aeschyli Sept. 397. *τοιαῦτ' ἀλύων ταῖς ὑπερκόμποις σαγαῖς, βοᾷ παρ' ὄχθαις ποταμίαις μάχης ἐρῶν.* attulit *Bergl.*

e) *δὲ*, quod vulgo abest, addidit *Fl. Chr.* qui praeterea haec adnotavit: est autem *ἀλύειν gaudere et delectari; ἀπὸ τῆς ἄλσεως* vel *διαχύσεως*, ut volunt grammatici. Nam sic Homerus in Ulyssea [σ, 332.]:

εἰ ἀλύεις ὅτι Ἶρον ἐνίκησας τὸν ἀλήτην.

Tamen saepius significat *δυσφορεῖν* et *ἀδημονεῖν*, *ἀπὸ τῆς ἄλης*. Et tunc notatur leni accentu, ut in illa significatione, denso: etsi sint qui utrobique *ψιλοῦσθαι* dicant.

f) Punctum [quod est in ed. Kust.] delendum post *μάλα. Reisk.*

In Veneta ed. legitur *καὶ κάθαιρε, καὶ μάλα*, etc. quod melius puto. Nam *ὃδ' οὐ μάλα* nihil ad rem; et prius legebam, *ὃ δ' οὖν*. Sed praestat acquiescere Venetae editioni. *Fl. Chr.* Ex versu 118. H. Stephanus in Thesauro, Vol. V. p. 1271. F. l., haec verba protulit: *εἶτ' αὐτὸν ἀπέλου κἀκκάθαιρ' ὃ δ' οὐ μάλα. Μετὰ ταῦτ' ἐκορυβάντιζ'*: aptissime ad rem *ὃ δ' οὐ μάλα*. Brunckius pusillo correcto mendo in vulgatis acquievit, *κἀκάθαιρε, καὶ μάλα Μετὰ ταῦτ'* —, incondita loquendi ratione. Illud Stephanus accepit aut ab Gormontiano exemplari aut Frobeniano, nisi me fallit animus: illuc autem traductum est ex optimo illo Iuntino altero. Quid quaeris? certiorem me fecit Seidlerus, ita plane se consignatum habere ex vetusto Veneto MS. *Reisig.* I. p. XVIII. *κἀκάθαιρε*, pro *καὶ ἐκάθαιρε*. Sic solent ista per crasin efferre Attici. Perperam vulgo *καὶ 'κάθαιρε*. In binis codd. *καὶ κάθαιρε* sine apostropho. *Brunck.*

119. *g*) *μετὰ τοῦτ'*, codicis Rav. scripturam, improbat Reisig. I. p. 223.

ἐκορυβάντιζ', quoniam eiusmodi elisione ante maiorem interpunctionem in trimetris Aristophanes uti non soleat, Reisigio in diar. Ienens. a. 1817. nr. 223. p. 399. in *ἐκορυβάντιζεν* mutandum videtur.

120. *ἄξας*. Sic bene uterque cod. Perperam in impressis *αἴξας*. — *ἐς τὸ Καινὸν h*), subauditur *δικαστήριον*. Unum erat sic appellatum e multis tribunalibus, seu iudicum foris, quae Athenis erant. *Brunck.*

---

g) *ἐκορυβάντιζε*. Scholiastes: *ἀντὶ τοῦ τὰ τῶν Κορυβάντων ἐποίει αὐτῷ μυστήρια ἐπὶ καθαρμῷ τῆς μανίας*. Quasi Corybantum insania levior sit quam huius senis, aut satius sit eum insanire Corybantum more, dum fori obliviscatur. *Bergl.*

h) Locum in iudicio et foro sic vocatum ait Scholiastes Graecus, et quatuor facit, *Parabystum*, *Caenum*, *Trigonum*, *Medium*. Tamen alii Heliaeam et *Melychium* pro *Caeno* et *Medio* ponunt. Sed hic nihil aliud intelligit quam Philocleonem, quum operaretur et patraret sacra Corybantum, statim ea spernentem arripuisse tympanum, irruisse in auditorium et forum iudiciale. *Fl. Chr.*

121. Recte scriptum est in cod. Rav. *ὅτε δῆτα* — V. Reisig. I. p. 228.

123. *εἰς Ἀσκληπιοῦ.* Strabo l. VIII. [T. III. p. 241. Tzschuck.] ait adversa affectos valetudine in Epidaurici Aesculapii templo pernoctare solitos esse. *Fl. Chr.* [Conf. Muelleri Aeginetica p. 144.]. In Plut. 411. *καταπλινεῖν αὐτὸν εἰς Ἀσκληπιοῦ κράτιστόν ἐστι. Bergl.*

124. *κιγκλίδι.* Sic vocabantur fores fori iudicialis; *καγκελωτὰς* aliter vocabant, puta a cancellis, unde *cancellare* et *cancellaria*, vocabula ultimae antiquitatis et novissimae, quae ad nos pervenerunt longo tempore variata et diversa facta, quae a doctissimo nostrae gentis Budaeo explanantur et enarrantur in adnotationibus in Pandectas. *Fl. Chr.*

125. *ἐντεῦθεν.* Ab illo tempore, inquit, non extulimus ipsum (*ἐξεφρείομεν* est *ἐξεφέρομεν*), sed ille fugiebat et effluebat per imbrices et cava loca, quibus aqua pluvia fluit (hoc enim, arbitror, innuit per *ὑδροῤῥόας* et *ὀπάς*). Est autem *ἐνεβύσαμεν implevimus*, ut dixit Homerus [Od. *δ'*, 134.]: *νάματος ἀσκητοῖο βεβυσμένου.* At *ἐπακτώσαμεν* est sepivimus et cuneis armavimus. Est enim *πακτῶσαι τὸ σφηνῶσαι. Fl. Chr.*

ἐξεφρείομεν. Infra 156. *τί δράσετ'; οὐκ ἐκφρήσετε;* cum praepositione *εἰς* etiam infra v. 896. *οὐκ εἰσφρήσομεν.* cum *διὰ* in Av. 194. *τὴν κνίσσαν οὐ διαφρήσετε. Bergl.*

129. *i*) Berglero venerat in mentem ad hunc versum respexisse Eustathium in commentario ad Iliad. p. 811. l. 40. *καὶ κλέπταις δὲ ἦσαν ἐγκεντρίδες τινές. Κόροιβος οὖν τοιαύτας ἔχων, ἀνερῥιχᾶτο κλεπτικῶς διὰ τῶν τοίχων.* Proinde apud Comicum legendum esse credebat:

> *ὁ δ', ὥσπερεὶ Κόροιβος, αὐτῷ παττάλους*
> *ἐνέκρουεν εἰς τὸν τοῖχον· εἶτ' ἐξήλλετο.*

Emendationem illam, quam egregiam appellat Bur-

---

i) Ordo: *ὁ δ' αὐτῷ παττάλους ἐνέκρουεν εἰς τὸν τοῖχον· εἶθ' ὥσπερ κολοιὸς ἐξήλλετο. Bergl.* *ὥσπερεὶ κολοιός.* Nam graculis et eiusmodi avitio palum fixum statuebant, ad quem insilientes volarent. *Fl. Chr.*

mannus in praefatione ad Aristophanem Bergleri p. 7. seu potius coniecturam, auctor ipse postmodo futilem esse agnovit, cuius in notis ad Vespas ne verbo quidem meminit *k*). Comicus si alicubi Coroebum nominavit, eum non tanquam *furem*, sed tanquam *insanum* traduxit. Suidas e Scholiaste ad Ran. 1021. *Κόροιβος, μωρός τις μετρῶν τὰ κύματα. ὁ Βουταλίων, καὶ Κόροιβος, καὶ Μελιτίδης ἐπὶ μωρίᾳ διεβέβληντο. Ἀριστοφάνης.* Insani illius Coroebi, cuius nomen cuivis stulto designando in proverbium cessit, meminit Lucianus cum alibi, tum in *Philopseude* p. 32. ubi in scholiis de eo narratur ridicula historia, ut mulier, quam post nuptias nondum attigerat, eum induxit ut mariti fungeretur officio, quod de Margite refert Eustathius in extremo commentario ad Odyss. *κ'*. Si ista aetate fur insignis fuisset *Coroebus* appellatus, cuius hic meminisse voluisset Comicus, nomen absque articulo non extulisset. Dixisset *ὁ Κόροιβος*, ut v. 1178. *ὁ Καρδοπίων*. Maneat itaque *κολοιὸς*, cuius similitudo non attingit verbum *ἐνέκρουεν*, sed *ἐξήλλετο*, hac sententia: *ὁ δὲ ἐγκρούσας αὐτῷ παττάλους εἰς τὸν τοῖχον, ἐξήλλετο, ὥσπερεὶ κολοιός*. *Brunck.* in Supplem.

133. *Φιλόκλεων*. I. e. *amicus Cleoni*. Dedit autem seni hoc nomen Comicus quia is esset addictus foro et iudiciis, ubi Cleo erat facile princeps. Hinc etiam *κηδεμόνα* eum vocat iudicum chorus infra v. 242. et inferius v. 593. dicit Philocleo Cleonem favere iudicibus: *αὐτὸς δ' ὁ Κλέων ὁ κεκραξιδάμας, μόνους ἡμᾶς οὐ περιτρώγει, ἀλλὰ φυλάττει διὰ χειρὸς ἔχων, καὶ τὰς μυίας ἀπαμύνει*. *Bergl.*

134. *τῷδε*. Sic bini codd. et primariae editt. In recentioribus *τῳδὶ*, quod Ant. Fracino debetur, et perinde est. Sed quum absque auctoritate et necessitate mutatum fuerit, priorem formam revocavi. *Brunck.*

---

k) Vide Brunckii negligentiam. „*κολοιός*. Quamvis ita omnes habeant edd. agnoscatque Scholiastes, qui etiam exponere conatur, cui more suo succinit Florens Christ., tamen suadeo ut *Κόροιβος* legas.“ *Bergl.*

Βδελυκλέων. Qui exsecratur Cleonem et ab eius moribus abhorret. *Bergl.*

135. *ὀφρυαγμοσεμν. l*). Quare Scholiastes *ἀντίπτωσιν* hic faciat, id est casum pro casu, ut *ἔχων* sit pro *ἔχοντι*, nescio. Quidni enim *ἔχων* referas ad *Φιλοκλέων*? At epitheton illud *ὀφρυαγ.* mendose legitur. Quum enim compositum sit *ἐκ τῶν ὀφρύων* vel *φρυαγμάτων* et *τοῦ σεμνοῦ*, id est *ὑπερηφάνου*, corrigendum *ὀφρυαγμοσεμνάκους τινὰς*, vel, ut Suidas, *φρυαγμοσεμνάκους*. *Fl. Chr.* Non male Florens hunc versum reddidit: *mores habenti caperofrontipavicos.* Hanc autem vocem componi dicit Scholiastes ex *ὀφρὺς*, *supercilium*, et *σεμνὸν*, *superbum.* Non male etiam Florens corrigit: *ὀφρυαγμοσεμνάκους τινάς.* Tolerabilius tamen foret *ὀφρυαγμοσεμνικούς τινας.* Similis vox est in distichis Hegesandri apud Athenaeum IV. p. 162. in philosophos: *ὀφρυανασπασίδαι, ῥινεγκαταπηξιγένειοι, σακκογενειοτρόφοι, καὶ λοπαδαρπαγίδαι. Bergl. φρυαγμοσεμνάκους τινάς.* Sic bene apud Suidam legitur [et conieceerat *Reisk.*], quod Florens observavit. In B. *φρυαγμοσεμνακουστίνους.* In A. ut vulgo, initio eiusdem vocis est litera *o*. *Brunck.*

136. E fenestra prospiciens haec Bdelycleo. Cf. 355, 6. 398. Eccles. 915. 960. *Hotib.*

139. *ἰπνόν.* Proprie *caminus:* unde panis *ἰπνίτης* apud Galenum. Aeschylus in Prometh. desmota [v. 365. *Bergl.*] verbum hinc novavit:

ἰπνούμενος ῥίζαισιν Αἰτναίαις ὕπο.

Quam nos fabulam etiam de Graeco vertimus. Hoc loco culinam intelligit et *τὸ μαγειρεῖον*, quo clam subrepserat Philocleon et murum more se insinuaverat. Verbum hinc eleganter et facete finxit *μυσπολεῖν*, quod est *κρύφα διερευνᾶσθαι. Fl. Chr.*

140. *m*) *καὶ μυσπολεῖ τι καταδεδυκώς· ἀλλ' ἄθρει.*

---

l) Forte *ὀφρυαγμοσεμνοβυστικούς:* ut *νουβυστικῶς. Bentl.*

m) 140. *Servus. ναὶ μυσπολεῖ τις καταδεδυκώς. Bdelycleo. ἀλλ' ἄθρει. Reisk.* Lege *μυσπολεῖ γε καταδεδυκώς:* vel *τις. Bentl.*

Sic perbene A. nec aliter est in B. nisi quod pro τι habet τις. In primariis editionibus erat:

καὶ μυσπολεῖ γ' ὥς τις καταδεδυκώς. ἀλλ' ἄθρει.

Lectionem immutavit et peiorem adhuc reddidit Ant. Fracinus:

καὶ μυσπολεῖ τις ὅς τις καταδεδυκώς. ἀλλ' ἄθρει.

Ne de sententia loquar, quae nulla his vocibus inest, bellus profecto hic senarius est qui septem subnixus est pedibus, et in quarta sede dactylum habet. Siluerunt hic interpretes, tametsi nodus dignus erat vindice. *Brunck.*

141. πυέλου. Antiqui alveo utebantur forato, priusquam balnea inventa essent, et loti per illud foramen emanabat calor. Hesychius ἐμβάτην videtur vocare, et vetus glossarium: soliar, ἔμβασις (melius puto ἐμβάτης). Hoc autem loco ludit, tanquam sit muris cavum. *Fl. Chr.*

142. ταῦτ', ὦ δέσποτα. His verbis praefixa in A. persona *Sosia.* Sequenti v. in utroque cod. persona *Bdelycleo. Brunck.*

143. κάπνη. Putarem κάμινον dictam, quasi κάπνινον. Hic κάπνην vocat, quam nos Franci *cheminée.* Eas antiqui in coquina praecipue faciebant in tubi speciem teretes et rotundas et σωληνοειδεῖς. *Fl. Chr.*

145. ξύλου τίνος. Sic tacite Invernizius. Reliqui τίνος ξύλου.

συκίνου. Innuit iudices acres atque adeo ipsum senem. Lignum autem ficulneum fumificum est maxime, et acerrimus est fumus ex ficulneis lignis, vel teste Aristotele in problematis, et vero Theophrasto et Plutarcho in Symposiacis [p. 684. B.], quos auctores, ne id necesse habeam facere, recenset eruditiss. Brodaeus cap. 21. libri tertii Miscellaneorum. *Fl. Chr.* Alluditur ad etymon vocis συκοφάντης, ut in Pluto v. 947. ubi sycophanta dicit: ἐὰν δὲ σύζυγον λάβω τινὰ καὶ σύκινον. *Bergl.* Hunc locum respicit Eustathius ad Odyss. p. 1719. l. 7. τοῖς δέ τε φευκτέοις καπνοῖς ἐναριθμητέον καὶ τὸν κωμικευόμενον ἀπὸ σύκων εἶναι, καὶ αἰνιττόμενον τὸν συκοφάντην, ὃς οὐ βλέφαρα δάκνων λυπεῖ, ἀλλὰ ψυχὴν αὐτήν. *Brunck.*

147. *ἀτὰρ οὐκ ἐρρήσεις.* [Sic Ph. Iunta.] Lege, ut et Schol. et Veneta ed. habent, *ἐσερρήσεις. Non*, inquit, *directe abis?* Fumum autem alloquitur, conaturque imponere *τῇ κάπνῃ* operculum, *τὴν τηλίαν*, nempe *caeruam tabulam*, super qua vendebant farinas in foro rerum venalium. *Fl. Chr.* Quoniam comici *ἐς* ante vocalem non dicunt, Elmsleio ad Acharn. p. 39. scribendum videtur: *ἀτὰρ οὐκέτ' ἐρρήσεις γε.* sine interrogatione. Compara v. 125. Vulgatam scripturam citat Reisig. I. p. 25.

τηλία nomen est generale mensae, quibusvis usibus aptae. Aleatorum tabula, compacti asseres super quibus committebantur gallinacei et coturnices, mensa super qua structi panes venum exponebantur, aliaeque id genus communi *τηλίας* nomine indigetabantur. Hic mensa culinaria significatur, qua fumarium contegi iubet Bdelycleo. *τηλία* in Pluti v. 1037.

εἰ τυγχάνοι γ' ὁ δακτύλιος ὢν τηλία.

significat *τὴν περιφέρειαν τοῦ κοσκίνου.* Vide Etym. M. in voce et Pollucis interpretes. *Brunck.*

149. *ἐνταῦθα νῦν ζήτει.* In Pluto 724. *ἐνταῦθα νῦν κάθησο. Bergl.*

151. *πατρὸς νῦν καπνίου.* Vinum tenue et sublestum *καπνίαν, ἐξίτηλον, καὶ ἐκφαντίδην n)* vocabant; imo et vinum fugiens. Alii *καπνίαν* pro veteri et *condito* accipiunt, ut Horatius [Odar. III. 8, 11.]: *amphorae fumum bibere institutae Consule Tullo.* Sane est *οἶνος ἀπόθετος* et *παλαιός.* Tamen *καπνίαν* etiam potuit dicere, quia comparat fumo patrem fugitanti. Sed et notandum *κάπνην* et *καπνίαν* genus esse vitis, quae siccissimum et acerrimum vinum facit. Sunt etiam qui vinum *Capniam* vinum existiment, quod in Benevento Italico oppido gignitur. *Fl. Chr.* Quia eius pater dixerat v. 144. *καπνὸς ἔγωγ' ἐξέρχομαι.* Est autem alias *καπνίας* vini genus. *Bergl.*

νυνὶ Καπνίου. Sic libri omnes scripti et impressi,

---

n) Novum hoc vini genus. Male intellexit Scholiasten, quem pro more exscripsit. Vide Naekii librum de Choerilo p. 52 sq. et quae a me ad scholia dicentur.

recte. Nullus *νῦν*. Quod manifesto ostendit primam in *καπνὸς*, derivatis et compositis, produci non posse. *Brunck.* Sed *νυνὶ* cum futuro non dicitur: v. Wolf. ad Demosth. Leptin. p. 242. Quare Reisigius I. p. 109. scribendum censet *νῦν καὶ Καπνίου*, ne *Καπνίου* prima syllaba producta dicatur.

152. — 155. Verba sunt Bdelycleonis, non famuli. *Reisig.* I. p. 237.

152. *πίεζε νῦν σφόδρα.* Sic in duobus codd. scriptum. In principibus editt. erat *πίεζέ νιν σφόδρα.* Tragicis usitatum *νιν*, comicis non item. Ant. Fracinus [recte] edidit *πίεζέ νυν σφόδρα. Brunck.* in Supplem.

155. *φύλαττέ θ'* cum Kustero posuit Brunckius tacite. In antiquissimis exemplaribus typis impressis legitur *φύλαττεθ'*, in posterioribus nonnullis recte, *φυλάττεθ'*. *Reisig.* I. p. 237.

βάλανον ἐκτρώξεται. Tanquam de mure loquitur, ferrum rodente, ut dixit Seneca in Claudii ludo, quem *ἀποκολοκύνθωσιν* inscripsit, quasi *τὴν τῶν κολοκυνθῶν ἀποθέωσιν;* quasi id genus cibi eum leto dederit: quamvis boletum leti causam fuisse constet inter omnes eius temporis historicos. Est autem *βάλανος* ferrum, quod *εἰς μοχλὸν ἐμβάλλεται*, et proprie *μάγγανον* vocatur: unde *βαλαναύρα* clavis dicitur, *παρὰ τὸ ἀγρεύειν τὴν βάλανον:* ut *βεβαλάνωται* est *κεκλείδωται. Fl. Chr.*

156. *ὦ μιαρώτατοι.* Sic bene A. Vulgo *μιαρώτατε* o). Illud melius est quam *μιαρωτάτω*, quod reponi volebat Berglerus, quia praeter Xanthiam et Sosiam alii erant in scena famuli, mutae personae, quorum unum alloquitur Sosia v. 152. *Brunck.*

157. Ineptissime legebatur in omnibus editt. *δίκασον τί μ'.* Berglerus p) praeeunte Florente, e mera

---

o) Hoc revocandum. V. Reisig. I. p. 238.

p) *δικάσοντά με.* Ita emendo. Ordo est: *οὐκ ἐκφρήσετε δικάσοντά με;* nam in forum ad exercenda iudicia iturus erat senex. Antea male legebatur in omnibus quas vidi edd. *δίκασον τί μ'. ἀλλ'* etc. Mallem etiam in versu praec. *ὦ μιαρωτάτω.* Vidit haec Florens, sed minus recte cepit. *Bergl.* Ego mallem *ὦ μιαρωτάτω:* erant enim duo et At-

coniectura reposuit optimam lectionem *δικάσοντά μ'*. Cuius nefarii flagitii ne graves ab eo poenas repetat PUTEANUS noster, intercedam, deprecatoresque advocabo binos codd. in quibus perspicue et distincte sic scriptum *δικάσοντά μ'*. *Brunck.*

Δρακοντίδης. Scelestus fuit hic Dracontides et multis obnoxius damnationibus, ut in Sophistis ait Plato. At Callistratus unum putat esse e triginta tyrannis vel eiusdem nominis. Scripsit enim scitum de oligarchia illorum triginta, ut Aristoteles autumat *ἐν Πολιτείαις*. Ceterum quum hic me torqueat locus, neque sensum eliciam, quem coniicio, suspicor primum legendum, *ὦ μιαρώτατοι*. Deinde *δικάσοντά μ' ἀλλ'* etc. ut sit pro *ἀλλά με δικάσοντα ἐκφεύξεται Δρακοντίδης*. Plutarchus in Pericle [c. 32. p. 169. E.] Dracontidae meminit. *Fl. Chr.* Hunc sceleratum hominem fuisse et damnationibus obnoxium dicit Scholiastes. *Bergl.*

158. Delendam puto Bdelycleonis personam, et in sequentibus usque ad v. 165. omnia personis ita distribuenda, ut feci in versione *q*). *Bergl.* Post *φέροις* interrogationis signum positum in A. quod sententia manifesto flagitat. Est autem haec percunctatio Bdelycleonis, cui pater respondet *ὁ γὰρ θεὸς — r*). Pessime in Graecis distinctae personae *s*): peius adhuc in Bergleri versione. *Brunck.* Brunckii personarum distinctio v. 158 — 162. iam Bentleio placuit.

159. *μοὔχρησεν.* Pro *μοι ἔχρησεν.* Fingit autem de industria dei responsum, ut patrem deterreat a fuga. Sed male in Veneta ed. habes *ἀποσκλῆναί ποτε.* Legendum enim *τότε.* At quum ait *ὀδὰξ τὸ δίκτυον*, ap-

---

ticum magis redolet. *Palmer.* *δικάσοντά μ'* etiam *Reiskius* correxit.

q) V. 156 — 160. Philocl. 161. Bdelycl. 162. Philocl. 163. Bdelycl. tribuit.

r) Personarum distinctionem quae V. 158 — 162. est in Brunckii et Invern. editt. probavit iam *Reisk.* qui praeterea coniicit *βαρέως οὐ φέροις.*

s) Vulgo 158 — 160. Bdelycleoni tribuuntur.

paret supra ipsum esse in camino, cui respondens filius ait: *οὐκ ἔχεις ὀδόντας*. Nam senex edentulus erat. *Fl. Chr.* *μοι ᾽χρησεν* bene edidit Kusterus, etiamsi in prioribus editt. ut in scriptis libris, per crasin legeretur *μοὔχρησεν t*). *Brunck.*

160. *ὅταν τις ἐκφύγῃ με.* Hoc verbum videtur impulisse grammaticos, ut putarint haec a Philocleone dici, quasi huic Apollo malum praedixerit, si ipsi aliquis evadat ex aedibus, quum illud non aliter accipiendum sit quam paulo ante v. 157. *Bergl.*

161. *᾽Απολλον ἀποτρόπαιε τοῦ μαντεύματος.* In Av. 60. *᾽Απολλον ἀποτρόπαιε τοῦ χασμήματος.* *Bergl.*

162. *ἔκφερέ με ν*). Sic quidem codd. sed, ut opinor, perverse. Aliena est ab hoc loco significatio verbi *ἐκφέρειν*. Dixerat supra Philocleo:

τί δράσετ᾽; οὐκ ἐκφρήσετ᾽, ὦ μιαρώτατοι;

hic vero procul dubio scripserat Comicus:

ἴθ᾽, ἀντιβολῶ σ᾽, ἔκφρει με, μὴ διαῤῥαγῶ.

Scripsit forte librarius quispiam *ἔκφρεε*, unde inversis literis factum fuit *ἔκφερε*. *Brunck.* in Supplem.

164. *τοίνυν ὀδάξ.* Sic B. In A. quod vulgo inseritur *γ᾽* in textu etiam omissum, repositum fuit a secunda manu inter lineas. *Brunck.*

166. *δότε μοι ξίφος.* Sic A. Vulgo pronomen omissum *Brunck.* *μοι* legit etiam Schol. ad v. 106. ubi Vesp. 520. et Porson. Advers. p. 297. conferri iubet editor adnotationem Bentleii.

167. *πινάκιον τιμητικόν x*). Schol. *πινάκιον καταδικαστικὸν, ὅπου τὴν μακρὰν χαράσσοντες κατεδίκαζον· ἢ τὴν μικράν, καὶ ἀπέλυον.* Supra v. 106. *ἅπασι τιμῶν τὴν μακράν.* In tabula cera obducta longam illam lineam

---

t) Hoc apparet revocandum esse. V. Elmslei. praefat. ad Sophoclis Oed. tyr. p. 8.

v) Num in sacco, aut quo modo? Reponendum *ἔκφρει με.* Cf. 156. 125. 927. *Hotib.*

x) Censorium et condemnatorium. Nam, ut supra diximus, longam literam scribebant, qui sententiam ferebant mortis; parvam autem, qui reum absolvebant. *Fl. Chr.*

unguibus ducebat, quapropter domum semper redibat,

ὑπὸ τοῖς ὄνυξι κηρὸν ὑποπεπλασμένος.

Miror Dawesium [p. 259.] librorum omnium lectionem damnantem. Nemini persuasit Comicum hic scripsisse *πινάκιόν τι τμητικόν*. Vulgatum tuentur eruditi Britanni *y*), quibus debetur nova Miscellaneorum editio. Pollux VIII. 16. ubi de forensi instrumento agit: *πινάκιον τιμητικὸν, μάλθη, ᾗ καταλήλιπτο τὸ πινάκιον. ἐγκεντρὶς, ᾗ εἶλκον τὴν γραμμήν. μακρὰ δὲ ἐκαλεῖτο, ἣν καταδικάζοντες εἶλκον.* Ad quem locum vide interpretes. *Brunck.*

168. *δρασείει.* Sic bene Berglerus *z*) edidit, ut insciente illo legendum esse ostenderat Dawesius ad hunc locum [p. 260.], probantibus ipso Orvillio ad Charit. p. 35. [220. ed. Lips.] et Valckenario ad Euripidis Phoen. p. 412. In A. scriptum *δράσειεν*, quod recentiores editt. habent: in vett. est *δράσειε*. In B. autem scriptum *δράσει κακόν*. Quae repeti debebat syllaba a praecedente absorpta fuit. *Brunck. δρασείει* reposuit iam *Bentl.*

170. *αὐτοῖσι.* Subintellige *σὺν*, ut v. 119. *αὐτῷ τυμπάνῳ. Bergl.*

καυθηλίοις. Sic magnos asinos vocant: testis Xenophon *a*), qui scripsit de palmis in Babylone, quas

---

y) Tyrwhitus et Th. Burgess. p. 470 sq. *Burgessii* verba sunt: Dawesii mutationem improbat quoque Dorvillius ad Charit. p. 681. qui quoque sales et urbanitatem vulgatae lectionis laudat. Ad haec Photius Lexico MS. [c. 433.] vulgatam agnoscit. *πινάκιον τιμητικὸν, τὸ τοῖς δικάζουσι διδόμενον, ἐν ᾧ γράφουσι τί χρὴ . . . Ἀριστοφάνης.*

z) *δρασείει.* Ita emendo. Edd. pristinae *δράσειε*, quod quum versum turbaret, postea editum *δράσειεν*. Sophocles in Aiac. 327. *καὶ δῆλός ἐστιν ὡς τι δρασείων κακόν.* Noster in Pac. 62. *ὦ Ζεῦ, τί δρασείεις ποθ' ἡμῶν τὸν λεών;* ubi vide notam. *Bergl. δρασείει* etiam *Reisk.* coniecit.

a) V. Sturzii Lexicon T. II. p. 652. „*Καυθήλια* vocant *clitellas*: Anthol. lib. II. cap. X. epigr. 13. *καυθήλια φέρειν.* Neque aliter intelligendus Aristoph. in Vespis v. 170. Id quidem recte animadversum video a Ioh. Scheffero de Re vehicul. lib. II. cap. 2. Sed dum Florentem Christianum

πλεθριαίους vocat (non ausim vertere *iugerales*, quamvis πλέθρον sit *iugerum*; sed grandes et latas ad spatium *plethri*, quae sexta pars est stadii) et presso pondere curvatis in sublime velut asini κανθήλιοι. Polybius, ut etiam alii, vocat κανθήλια. Solebant autem in novilunio Athenis auctiones facere, et rebus venalibus vacare. *Fl. Chr.*

172. οὐχ ὥσπερ γ' ἐγώ. Sic editiones duae primariae [et *Reisk.*]. Ant. Fracinus cum versus ruina particulam γε omisit, quae reposita fuit in editione Cratandri, in duabus Venetis, in Parisina Wecheli. Eam rursus omisit Frobenius, cuius editio illam Phil. Iuntae heredum fere ubique exprimit: inde in ceteras propagata fuit menda. In B. eundem errorem admisit librarius, ὥσπερ ἐγώ. *Brunck.* οὔκουν κἂν ἐγώ, ex cod. Rav. repositum, habet iam Ph. Iunta.

175. ἀλλ' οὐκ ἔσπασεν *b*). Scholia: οὐκ ἔτυχε. παρὰ τὴν παροιμίαν· αὕτη μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν. ἐλέγετο δὲ ἐπὶ τῶν ἐπὶ θήρᾳ (pro ἐπὶ τῶν πείρᾳ) καθιέντων ἄγκιστρον μετὰ σχοίνου, καὶ μὴ ἐπιτυγχανόντων ἰχθύος τινος. Integrum proverbium occurrit in Thesmoph. 935. Simile illud Euripidis in Electr. 582. ἦν δ' ἐκσπάσωμαί γ' ὃν μετέρχομαι βόλον. Vide notam sequentem. Male haec in edd. distincta. *Bergl.*

176. ταύτῃ γε. Haec vox ad antecedentia pertinet: itaque post ἔσπασεν sustuli punctum, quod ante ibi erat. Synesius epist. 129. alludens ad hoc proverbium: ὡς δὲ οὐ προὐχώρει ταύτῃ τὸ σπάσαί τι τῶν οὐ προσηκόντων, ἀλλ' ἦσαν οἱ νόμοι μεθ' ἡμῶν, ἑτέραν ἐτράπετο. *Bergl.*

Aristoph. interpretem reprehendit, iniuriam homini erudito facit: nam nisi Florens *clitellas* ipsas *cantheria* dixerit, quod a Latina lingua non abhorret, absurdam et mente vacuam orationem extulerit. Scholiastes quidem ὄνοις μεγάλοις: sed credibile est, quae ad κανθήλια declaranda praecesserant interisse." *G. d'Arnaud* specim. animadv. critic. p. 51.

b) Nil attraxit, nil appetiit. Metaphora sumta a piscatoribus qui hamum cum funiculo demittunt, neque piscem capiunt. Unde proverbium: αὕτη μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν. i. e. *nil iste secum funis attractum tulit. Fl. Chr.*

177. *ἐξάγειν δοκῶ.* Hoc est *volo educere.* Cf. Eccles. 170. *Hotib.* Fallitur Elmsleius ad Eurip. Medeam p. 284. *ἐξάξειν* scribendum esse putans. V. Schaefer. ad Dionys. Hal. de comp. verb. p. 55.

179. *κάνθων.* Haec ait ad asinum velut pondere pressum: vectabat enim senem asinus clanculum suspensum, ad exemplum Ulyssis, qui arieti invehebatur, quo effugeret Cyclopa Polyphemum, quum greges e specu educeret et pecudes omnes dorso affectaret sedens ad fores antri, ne evaderet Ulysses, qui se Utin postea dixit. Propterea hic habes: *Οὔτις, νὴ Δία. Fl. Chr.*

τι κλάεις. Sic uterque cod. Vulgo *κλαίεις. Brunck.*

181. *Ὀδυσσέα τινά γε.* Manifesto legendum *Ὀδυσσέα τίν'. Elmsl.* ad Acharn. p. 61. Senex cupiens elabi ex aedibus imitatur Ulyssem, qui ex antro et manibus Cyclopis evasit sub ariete pendulus, ut notum ex Iliade. Similis astutia est apud Petronium in Satyrico: *imperavi Gitoni ut raptim grabatum subiret, annecteretque pedes atque manus institis, quibus sponda culcitam ferebat, ac sicut olim Ulyxes utero arietis* (liceat nunc cum quibusdam ita legere pro *pro ariete*) *adhaesisset, extentus infra grabatum scrutantium eluderet manus. Bergl.*

184. *ὦ 'νθρωπ'.* Sic A. Vulgo *ἄνθρωπ'. Brunck.* Bentleius coniicit *ἀνδρῶν.*

Οὔτις. Hic etiam imitatur Ulyssem, qui se prudenter *Οὔτινα* i. e. *Neminem* vocari dixit ad Polyphemum. Constituerat enim eum excaecare, praevidebatque fore ut is in auxilium vocaret ceteros Cyclopas, qui deinde, auctore non apparente, si Polyphemum interrogassent, quis id fecisset, eum pro insano erant habituri, qui dicat *Neminem* id fecisse, eumque relicturi et Ulyssi copiam elabendi daturi. Id quod factum. Vide Iliados Iota et Euripidis Cyclopem. *Bergl.*

185. *Οὔτις σύ; ποδαπός;* Sic perbene A. [et Bentl.] Vulgo *οὗτος σὺ ποδαπός;* Hanc lectionem nostram ingenio adsecutus fuerat sagacissimus Dawesius [p. 261.]. *Brunck.*

Ἰθακὸς ἀπὸ Δρασιππίδου c). Elmsleius ad Acharn. p. 153. recte scribit Ἀποδρασιππίδου. Compara διαδρασιπολῖται Ran. 1014.

186. οὔτι d) χαιρήσων γ' ἔσει. Elmsleius l. l. recte scribit οὔτι χαιρήσων γε σύ. Vitium miror non animadvertisse Valckenarium ad Eurip. Hippolyt. p. 279. a. B. qui ἔσει vertit *ingredieris*.

189. κλητῆρος εἶναι πωλίῳ. Pulli equini matrem subeunt et ubera sugunt. Dixit autem πωλίῳ pro πώλῳ ὑποκοριστικῶς; et κλητῆρα, quem *viatorem* vel *accensum* dicimus: interdum vox *testem* designat et quem licet antestari, ut ait Flaccus in Sermonibus. *Fl. Chr.*

190. εἰ μή μ' ἐάσεθ' ἥσυχον. Sic ambo codd. quod absque iis etiam reposuissem: nam probe scio vulgatum ἐάσηθ' soloecum esse. Mirum quam saepe viri Graece docti in coniunctionis εἰ constructione lapsi fuerint. DE SUO, ut loqui solet, centenos aliquot huius generis soloecismos prioribus addidit in Oratoribus Graecis REISKIUS. Quod ideo observo, quia eosdem illos Oratores Parisiis propediem recudendos esse audio; doctumque virum, qui provinciam illam suscepit, monitum volo, ut has librariorum editorumve sordes repurget. Praeter Thomam in εἰ vide haud minoris auctoritatis magistrum, Valckenarium ad Herod. [VIII, 49.] p. 641. 28. et nos ad Plut. 216. Ran. 594. *Brunck.*

191. περὶ τοῦ μάχει νῷν δῆτα. Si recte in B. In A. etiam νῷν. Perperam vulgo μάχῃ νῶϊν. Sed menda in pronomine ubique fere recurrit, nec scriptorum librorum flagitat opem. *Brunck.*

περὶ ὄνου σκιᾶς. Historia de asini umbra, quae ivit in paroemiam, satis est cognita et eam habes apud Schol. graecum late descriptam: tum Demosthenis astutum inventum super ea narratione, ut iudices au-

---

c) Fictitium nomen ἀπὸ τοῦ ἀποδρᾶσαι, a fugiendo, tanquam a gente, populo, aut tribu. *Fl. Chr.*

d) Alludit ad Οὔτις. *Bergl.*

dientes haberet in causa civis de vita periclitantis. Meminerunt huius adagii Menander in Enchiridio, Demosthenes, Plato et alii. Scripsit et Archippus comoediam titulo ὄνου σκιᾶς. Usus vero proverbii venit in eos, qui in re nihili ambitiose certant. Hoc uno differunt scriptores in illa sive fabula sive historia, quod ab agasone asinum iuveni mercede locatum aiunt, cum sarcinis ut iter faceret ex Athenis in Megaridem; alii in Delphos. *Fl. Chr.* Proverbium satis notum. *Bergl.*

192. πονηρὸς εἶ πόρρω τέχνης. Haud, inquit, ab arte aut meditatione improbus es, sed natura. Est autem παράβολος falsus, adulterinus, οὐ γνήσιος. Sed quum ait se ἄριστον, videtur adludere ad prandium. *Fl. Chr.* Scholia: ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀπὸ τέχνης τινὸς πονηρὸς εἶ, οὐδ' ἀπὸ μελέτης, ἀλλὰ φύσει. Sed forte dicit, eum arte malitiam occultare non velle, aut non posse. Hippocrates epist. 9. ὡς πονηρότατος εἶ, Δημόκριτε, καὶ πορρώ γε σοφίης. *Bergl.*

194. ἄριστον. Recte Florens putat alludi ad *prandium*. *Bergl.*

ἀλλ' ἴσως ὅταν φάγῃς. Quum, inquit, a me sene forensi studioque et industria mea pastus fueris, tunc me non malum sed optimum censebis. Ludit autem in voce ὑπογάστριον, quae cibum omnem potissimum innuit; quia solebant ut plurimum Athenienses vesci visceribus asininis aut bovillis: sed quia senex ipse imitabatur pullum asinae subrumum, propterea etiam ὑπογάστριον dixit. Notatque recte Graecus glossographus deesse particulam παρὰ, quum ait γέροντος Ἡλιαστικοῦ: quod temere dictum voluit pro ὄνου. *Fl. Chr.*

195. ὑπογάστριον γέροντος. Quia Bdelycleo paullo ante dicebat senem similem esse *pullo asinino*, propterea senex infert vocem ὑπογάστριον, dicitque γέροντος Ἡλιαστικοῦ pro ὄνου. Utebantur autem asininis carnibus, ut notat Scholiastes. Est autem allegoria, qua significatur: *ego tibi utilis ero*. *Bergl.*

196. ὤθει τὸν ὄνον καὶ σαυτόν. Existimat Graecus Scholiastes Bdelycleonem per haec verba ὤθει τὸν ὄνον alloqui servum vernam, et per illa καὶ σαυτὸν alloqui patrem Philocleonem. Ego putem utrumque recte dirigi ad Philocleonem insidentem asino. *Fl. Chr.*

197. ὦ ξυνδικασταὶ καὶ Κλέων e). Sic et Cleo opem forensium senum et iudicum implorat in Equit. 255, ὦ γέροντες Ἡλιασταὶ, φράτορες τριωβόλου, οὓς ἐγὼ βόσκω. *Bergl.*

199. πολλοὺς τῶν λίθων. Multos, inquit, impone lapides, ne possit ianuam facile aperire; tum pessulum serae obde et trabi vel repagulo (δοκὸς est hic ἀντιβάτης) adiiciens grande mortarium advolve. Nam vastitas mortarii arguitur ex verbo προσκυλίειν, ut scilicet, quod baiulari nequit, sed devolvi. *Fl. Chr.*

201. προσθείς. Sic quidem tota librariorum cohors, sed mendose. Legendum in imperativo πρόσθες, quod multo vividius est, et ipsa sententia requirit:

καὶ τῇ δοκῷ πρόσθες τὸν ὅλμον τὸν μέγαν.
ἀνύσας τι προσκύλιέ γ'.

Sic scribi et interpungi debuit. Cum προσθεὶς, iuberetur famulus magnum mortarium vecti advolvere, postquam illud iam adposuisset; et imperativo προσκύλιε duo adiungerentur participia nullo nexu cohaerentia. Inepta est ista lectio. *Brunck.*

206. κεραμίων f). Variam lectionem κεραμίδων commemorat Pollux X. 183.

ὀροφίας g). Hesychius: ὄφις τῶν κατ' οἶκον. Moratur autem circa tecta, ut ait Scholiastes. *Bergl.*

207. στρουθὸς ἀνήρ. Attractus e stega superiore senex exultim ceciderat. Propterea ait verna senem factum esse passerem et velut evolasse et voce abigenti passeres ait σοῦ σοῦ. Nam sic aves solent σοβεῖσθαι. *Fl. Chr.*

---

e) Iudices et Cleona in auxilium advocat, tum quia φιλόδικος tum quia Φιλοκλέων vocatur, quod videtur valere φιλόμισθος, quandoquidem videtur Cleo iudicibus mercedem pendere solitus. *Fl. Chr.*

f) ὑπὸ τὸν κεραμιδῶν', i. e. κεραμιδῶνα, a nominativo κεραμιδών, ut πυλών, κοιτών, πιθών et talia. Est autem κεραμιδὼν locus ubi totum corpus, tota congregatio tegularum est, id est tectum. *Reisk.*

g) Quia mures et serpentes dicuntur ὀροφίαι vel trabales, quia nidulantur in trabium fastigiis, et eas rodere solent. *Fl. Chr.*

Hunc et sequentes tres versus codd. ut impressi, Xanthiae tribuunt. Manifestum est tamen versum 210. a famulo proferri nec posse nec debere. Ideo in versione pro Xanthia reposui personam Bdelycleonis. [Sic etiam *Bentl.*] Postmodo autem animadverti ne sic quidem loquendi vices recte divisas esse. Duo primi versus cum tertii initio sunt famuli. Ante voces *νὴ Δία* omissa fuit persona Bdelycleonis, errore librariis tam solemni, maxime mediis in versibus, ut mille ad minimum similia exempla ex his fabulis produci possint. Famulus cui senis mandata custodia, officio suo fungitur, curans ne extra retia prorumpat, de quibus dixit initio, v. 131. Filius vero indignabundus ait, sibi melius futurum esse, si in Thraciam mittatur ad Scionae obsidium, quam patrem hunc suum observanti. *τούτου τοῦ πατρὸς*, ut mox infra [215.] idem dicit *τουτονὶ τὸν πατέρα*. Hoc in famulum non cadit: praeterea servi apud Athenienses non militabant. Scione ab Atheniensibus defecerat anno 1. Ol. LXXXIX. eam circumvallarunt Athenienses, et post continuatam duobus fere integris annis obsidionem, eam expugnarunt. *Brunck.*

209. Est Bdelycleonis. *Reisk.* Temere novavit Brunckius, quasi verba *ἀντὶ τούτου τοῦ πατρὸς* dici nec possent nec deberent, ut ait, a servulo. Ne de filio loqui videatur, is addit *τοῦ πατρός*. Etiam in proxime sequentibus persona Xanthiae usurpanda, secus quidem ac fit in Iuntinis, pro Bdelycleonis, qui recitato versu 202 recessit a fenestra; nam quod servi Atheniensium non militarunt, parum ad rem: communi verbo non serio servus utitur. *Hotib.*

σοῦ σοῦ. Scholia: *ἀποσοβοῦσι τὸν γέροντα ὡς στρουθόν· ὡς εἰώθαμεν τὰ ὄρνεα σοβεῖν.* Infra v. 456. dicit ad chorum Vesparum: *οὐχὶ σαῦσθ' ἐς κόραξ; οὐκ ἄπιτε;* Aeschylus in Sept. 51. *ὁρμᾶσθε πάντες, σοῦσθε σὺν παντευχίᾳ.* Quae loca Bisetus citavit. Vide plura ad v. 456. *Bergl.*

210. *Σκιώνην h).* Sciona urbs in Thracia est e

h) Urbs Thraciae, quae circa illa tempora desciverat ab

quinque illis quae Pallenes sunt, ubi capto Ilio Achivi consedere, quum naves cremassent (quod etiam fecerunt, teste Plutarcho, quum vento delatae essent in Italiam circa Thybrim) Troades captivae, ut memorat Stephanus. Eam urbem muniverant magno imposito praesidio Athenienses et magna cura custodiebant; sed belli Peloponnesiaci tempore defectionem fecerunt Scionaei ad Brasidam ducem Lacedaemonium, qui tandem in eo bello dimicans cum Cleone interfectus est mutua occisione, ut in Irena fabula docuit Aristophanes. Scribit Philochorus Scioneam defectionem contigisse temporibus Isarchi; quibus, ut opinor, duces fuerunt Hippocrates et Demosthenes. Historiam de Scione habes sub finem l. IV. Thucydidae, praeter quae apud Melam reperies de urbis vetustate. *Fl. Chr.* Vid. not. ad Schol.

215. *τί οὐκ ἀπεκοιμήθημεν.* Minus aptum videtur verbum *ἀποκοιμῶμαι;* significare enim debebat, aut *dormire desino*, aut *seorsum dormio;* quae ambo a loco aliena sunt. Legendum igitur ex Photii Lexico [c. 397.], *τί οὐ κατεκοιμήθημεν. Porson.* ad Eurip. Orest. v. 581.

ὅσον ὅσον στίλην. Minutum numi genus vult esse Callistratus *στίλην.* Apud Suidam est *πιλωτὸν*, puta lanae trivillitium vel floccum minusculum. Latine possumus efferre, *ne floccum quidem* vel potius *ciccum.* Nam *σίδων* est *κόκκος ῥοιᾶς*, imo et *στίδιον*, si Hesychii codices non sunt mendosi. *Fl. Chr.* Significat minimum, ut supra v. 91. *ὕπνου δ' ὁρᾷ τῆς νυκτὸς οὐδὲ πασπάλην· ἢν δ' οὖν καταμύσει κἂν ἄχνην. Bergl.*

214. *ἀλλ', ὦ πόνηρ', ἥξουσι.* Scholiastes Graecus accipit pro *ὦ πονηροὶ*, ut servos suos alloquatur Bdelycleo. Sed legendum esset integre *ὦ πονηροὶ ἥξουσιν*, ut collisio fieret *τοῦ οι* diphthongi et *τοῦ η.* Nam ut alterutrum elidatur non puto ferri posse, et ne ad hoc cogamur, melius puto in singulari *ὦ πόνηρ'*, ut paulo post ait. *Fl. Chr.*

Athenienſibus, ut ait Scholiastes; hinc vult dicere eam difficile esse custodire. *Bergl.*

215. *παρακαλοῦντες.* Pro *ἐκκαλοῦντες* dictum. Est autem haec parasceue ad Chori ingressum, quem componit ex senibus litium amantibus et iudiciorum forique triconibus sub vesparum persona. *Fl. Chr.*

216. *ὄρθρος βαθύς.* Plato in Apologia. *Bergl.*

217. *i*) *ὀψὲ γοῦν ἀνεστήκασι νῦν.* Sic Kusterus edidit bene. In primariis editt. est *ὀψὲ γοῦν ἀνεστήκασί γε.* Ant. Fracinus edidit *ὀψὲ γὰρ ἀνεστήκασι νῦν,* quam lectionem praefert B. Illa primariarum editt. est in A. *νῦν* sincerum est, et unice sententiae aptum. *Brunck.* Porsono in Advers. p. 37. scribendum videtur:

νὴ τὸν Δί' ὀψέ γ' ἆρ' ἀνεστήκασι νῦν.

Reisigio I. p. VII.

νὴ τὸν Δί' ὀψὲ νῦν ἀνεστήκασι γάρ.

218. Vulgo legitur: *ὡς ἀπὸ μέσων νυκτῶν παρακαλοῦντές μ' ἀεί.* Ergo senes illi Heliastae Bdelycleonem, quicum illis nihil erat, media de nocte provocare solebant? inepte! Quam belle congruit hoc cum eo quod mox infertur, *οἷς ἐκκαλοῦνταί τοῦτον!* corrupta est lectio. Sincerae vestigia in B. remansere, ubi scriptum *παρακαλοῦσ' ἀεί.* Dederat Comicus *παρακαλοῦσίν γ' ἀεί. Brunck.*

219. *μινυρίζοντες μέλη.* Mulieres in concionem iturae in Eccles. 277. *βαδίζετ' ἄδουσαι μέλος πρεσβυτικόν τι. Bergl.*

220. *ἀρχαιομελησιδωνοφρυνιχήρατα.* Verbum compositum ex quinque vocibus senarium integrum efficiens, quo antiqua et amabilia Sidoniaque carmina Phrynichi laudat, qui tragicus poeta fuit, fabulamque Phoenissarum nomine docuit, ubi Sidoniorum meminit. Itaque ex *ἀρχαίου μέλος* (vel, ut Aristarchus voluit, *μέλιτος*), *Σιδῶνος, Φρυνίχου* et *ἐρατοῦ* facta una dictio. Hinc autem videtur Euripides Phryxum posteriorem inchoasse:

Σιδώνιον ποτ' ἄστυ Κάδμος ἐκλιπὼν,
Ἀγήνορος παῖς, ἵκετ' ἐς Θήβης πέδον.

---

i) *ὀψὲ γοῦν ἀνεστήκασί γε.* Ita Aldina et Iuntina. Farrei et Brubachii *γὰρ* pro *γοῦν.* Illud *γε* in fine omnes illae habent; nuper tamen pro eo *νῦν. Bergl.*

et trito velut proverbio ansam praebuisse, *γλυκερῷ Σιδωνίῳ*, quod et recensuit Hesychius. *Fl. Chr.* Componitur ex *ἀρχαῖον* et *μέλη* et *Σιδὼν* et *Φρύνιχος* et *ἐρατά*. Mallem *ἀρχαῖα μέλη Σιδωνοφρυνιχήρατα*. Infra brevius v. 269. *ἀνάδων Φρυνίχου*. *Bergl.*

223. *τὸ γένος ἦν τις ὀργίσῃ τῶν σφηκῶν*. Infra v. 403. dicit chorus Vesparum: *ἡνίκ' ἄν τις ἡμῶν ὀργίσῃ τὴν σφηκιάν*. *Bergl.*

225. *ἔχουσι γὰρ καὶ κέντρον*. Aculeum in lumbis more vesparum fingit inesse senibus iudicibus, quia eorum natura est *ὀξύχολος*, difficilis et querula, ut ait Horatius, et quorum verba vulnerant. *Fl. Chr.* Phrynichus comicus apud Athenaeum IV. p. 165. *ἔστι δ' αὐτούς γε φυλάττεσθαι τῶν νῦν χαλεπώτατον ἔργον· ἔχουσι γάρ τι κέντρον ἐν τοῖς δακτύλοις*. *Bergl.*

228. *ἐάν περ*. Sic Ald. et Iuntin. a. 1515. *ἐὰν* omisso *περ* Iuntina a. 1525. et aliae. Hinc *ἐάν γ'* Reiskius, Hermannus, et Reisigius in diariis Ienensibus a. 1817. nr. 224. p. 401.

230. *k*) Chorus ingreditur quasi in forum iturus ad diiudicandas lites. Comias autem et mox Charinades et Strymodorus nomina senum in choro. *Bergl.*

231. *ἱμὰς κύνειος*. Forte et robustum lorum vocat caninum et constat caninas pelles in commendatione antiquitus fuisse, quibus capitis tegimina et *περικεφαλαίας* faciebant; unde eas *κυνέας* dixerunt, proinde ut e felibus vel mustelis *galeas*. *Fl. Chr.* Scholia: *εὔζωνος καὶ ἰσχυρός*. *Bergl.* *Ἱμὰς*, lorum, cui alligati canes educuntur ad venatum. Hinc fortasse Aristophanes Vesp. v. 230. *ἦσθ' ἱμὰς κύνειος*. ubi satis inepte scholia: *κύνειος, εὔζωνος καὶ ἰσχυρός*. et versio latina: *ante robur crudum erat tibi velut caninum lorum*. *Schneider.* in indice ad Xenophontis opusc. polit. p. 520.

---

k) Hic chorus senum stropham facit, quae decem et octo versus iambicos tetrametros et catalecticos continet et vocantur melos choricum proodicum. Est autem Comias comica persona et proprium senis nomen, ut et Charinades: deducit Scholiastes *ἀπὸ τῆς κώμης*, sed possumus etiam *ἀπὸ τοῦ κώμου*, quasi veternosum innuat. *Fl. Chr.*

232. *Χαρινάδης.* Etiam in Pace v. 1156. nominat Charinadem quendam. *Bergl.* *νυνὶ δὲ κρείττων ἐστί σου Χαρινάδης βαδίζειν.* *Pedibus melior est te.* Sic bene ambo codd. [et Bentl. et Reisk.] Mendose in impressis *κρεῖττόν ἐστι.* *Brunck.*

233. *Στρυμόδωρε.* In Acharn. 272. in Lysistr. autem 259. *ὦ Στρυμμόδωρε.* *Κονθυλεὺς* autem a pago quodam Attico. *Bergl.*

Κονθυλεῦ. Conthyla populus vel vicus fuit Atticae ex tribu Pandionide, quam videtur Scholiastes aliter vocare Ptolemaidem. Sed hoc nomine non memini ullam tribum dictam. *Fl. Chr.*

234. *Χάβης.* Aldus et Bern. Iunta ediderunt *Χάρης.* *Χάβης* diserte agnoscit Scholiastes, Herodiani usus auctoritate.

235. *l*) *πάρεσθ', ὃ λοιπόν ἐστιν, ἀππαπαὶ, παπαὶ, παπαιάξ m*). Sic optime scriptum in A. Sic fere etiam editt. primariae, in quibus legitur *ἐστι ἀπαππαί.* In recentioribus inconcinnus et immodulatus hic versus legitur, ex Ant. Fracini editione derivatus:

πάρεσθ', ὃ λοιπὸν ἔτ' ἐστί. ἀπαππαὶ, παπαὶ,
παπαιάξ.

Alia, nec forte deterior, lectio e scriptura cod. B. concinnari potest, in quo scriptum: *πάρεσθ' ὃ δὴ λοιπόν γ' ἔστιν, ἀππαπαὶ, παπαιάξ.* Quid, si legatur?

πάρεσθ', ὃ δὴ λοιπόν γ' ἔτ' ἔστ', ἀπαπαὶ, παπαὶ,
παπαιάξ.

Brunck. Verum invenies ex codice Ravennate et Brunckii B.,

πάρεσθ', ὃ δὴ λοιπόν γ' ἔτ' ἐστίν, —.

Reisig. I. p. 231.

236. Interpungo verba sic:

ἦβης, ἐκείνης ἡνίκ' ἐν Βυζαντίῳ ξυνῆμεν.

Reisig. I. p. 184.

238. *ὄλμον.* Ligneum vas, veluti tripes vel mor-

---

l) ἔτ' omittit Ald. lege *ἐστίν· ἃ παπαί. Bentl.*

m) Sophocles Philoct. 760. *παπαῖ, παπᾶ, παπᾶ, παπᾶ, παπᾶ, παπᾶ, παπαῖ. Bergl.*

tarium, erat ὅλμος, in quod tundebant olera et legumina. Dicitur etiam ὁλμειὸς lapis leres et rotundus, eundem praestans usum. Hesiodus [O. et D. v. 425. ed. Spohn.] dixit: ὅλμον μὲν τριπόδην τάμνειν. *Fl. Chr.*

239. ἤψαμεν n) τοῦ κορκόρου. Corcorus vile est genus oleris, quem officinae seplasiorum autumant esse *chamaepityn*, me non adstipulante. Lycophron grammaticus aliique vile genus pisciculorum, velut hippurum, hoc nomine notari censent. Sed potior est sententia Eratosthenis aliorumque ad olus referentium. Nam proverbium est, quod etiam recenset Hephaestion [p. 46. ed. Gaisf.] inter anapaesticas coronides: καὶ κόρχορος ἐν λαχάνοισι: de iis dictum, qui in ordinem redigendi obrepunt tamen et se numero meliorum adscribunt. Meminit Erasmus [p. 341. ed. Wechel.] adagii et hunc locum laudans exponit: *attigimus corchorum*, quam interpretationem non possum probare. Nam ἅπτομαι potius quam ἅπτω est *tango*. Itaque vel ἤψαμεν est *urere* et *accendere*, vel *ligare*. Sane enim ἑψάναι dicuntur αἱ δεσμαὶ τῶν λαχάνων. Sed neque ἕψαμεν male esset, ut sit *coximus corchorum*: quia ἕψα idem quod ἕψησα. Putem autem hic per κόρκορον adlusum ad saturitatem, quae κόρος. Sed id, quod ait Scholiastes, κατασχίσαντες αὐτὸν intelligi de mortario, non corchoro, non fit mihi verisimile, malimque de scisso corchoro et inter se partito intelligere; qua ratione dicitur scindere in mensa. Nam cui bono furari, quod ruptum velis et scissum? *Fl. Chr.* Alcaeus apud Athenaeum IX. p. 370. ἤδη δ' ἤψε χύτραν ῥαφάνων. Noster in Ran. 508. ἤψε κατερικτῶν χύτρας. ubi vide notam. *Bergl.*

ἤψαμεν. Sic quidem libri; sed mendosi sunt. Aoristum primum ἦψα nec Attici, nec, opinor, ceteri Graeci agnoscunt; omnibus est ἤψησα. Alter vero aoristus, ab imperfecto non diversus, est ἦψον, unde hic omnino scribendum fuit ἥψομεν. Codices etiam κορκόρου. *Brunck.*

---

n) ἡψέσαμεν. *Reisk.*

240. ὡς ἔσται Λάχητι νυνὶ ο). Scholiastes: ἡ δίκη, ἢ τιμωρία, ἢ τοιοῦτό τι. Laches autem classi in Siciliam missae praefectus, fraude aliqua usus est; quod infra indicat Comicus in iudicio canum v. 890. ἐγράψατο Κυδαθηναιεὺς Λάβητ' Αἰξωνέα, τὸν τυρὸν ἀδικεῖν, ὅτι μόνος κατήσθιε τὸν Σικελικόν. Ubi per Labetem canem intelligitur Laches iste. *Bergl.*

241. σίμβλον. Metaphora sumpta a cellis apum, quae parcae sunt. Innuit Lachetem ex iniqua parsimonia et peculatu publici aeris invidendas opes comparasse. Sed interea non parcit Cleoni, qui pecuniarum potius amore quam iuris et aequi Lachetem damnatum velit; ut dixit Satyricus: *quicquid in aequore magnum est, res fisci est.* Hic autem dictum ἐν ὥρᾳ pro ταχέως. *Fl. Chr.* Scholia: σίμβλοι κυρίως εἰσὶν αἱ θῆκαι, ἔνθα αἱ μέλισσαι ἀποτίθενται τὸ μέλι. ὡς τοῦ Λάχητος δὲ τὰ δημόσια σφετερισαμένου καὶ πλουτήσαντος. *Bergl.*

243. ἡμερῶν ὀργὴν τριῶν. Crudelitatem et vindictae atque adeo avaritiae animum notat in Cleone, qui iudices sibi obnoxios acuat ad praeiudicium: simul mores seniles depingit, qui iram non facile coquant, neque αὐτῆμαρ, sed tres integros dies cum libidine nocendi litem praeiudicant. Alludit autem ad edicta Athenis proclamari solita, ut ituri in bellum milites cibaria sibi pararent, quae satis essent ad tres dies. Notanda interim vox rara κολουμένους, quae hoc loco nihil aliud est quam κολάζοντας vel ἐπικόπτοντας, atque haud scio an alibi reperiatur in hoc significatu. *Fl.*

ο) Subaudiendum δίκη vel τιμωρία. Nam Lachetem in ius vocavit Cleo. Notat autem Scholiastes Graecus ex Demetrio hunc Lachetem missum cum navibus ducem ab Atheniensibus, ut Leontinis, quos Siculi opprimebant, auxilium ferret; et successisse Lacheti Sophoclem et Pythodorum ait ex Philochoro, qui ambo tandem multati sunt exsilio. Sed praestat historiam ex Thucydide cognoscere, qui lib. 3. et 4. Lachetem Melanopi et Charaeadem Euphiletae duces missos cum imperio viginti navium in Siciliam scribit, ubi occiso Charaeada Laches solus fuit imperator. Deinde Lachetis imperio successit Pythodorus Isolochi filius. Vide ergo illic principem historicum. *Fl. Chr.*

Chr. Alludit ad edicta, quum expeditio aliqua suscipitur. In Pace 312. ἔχοντας ἥκειν σιτί᾽ ἡμερῶν τριῶν. *Bergl.* Conf. Brunck. ad Acharn. p. 78.

244. κολουμένους p). Scholiastes accipit pro κολάσοντας: quidni pro κολούσοντας, a κολούω? *Brunck.* κολωμένους scribendum esse monuerunt Porson. in censura Arist. Brunck. p. 575. ed. Lips. et Buttmann. Gr. Gr. T. I. p. 403. Hesychius T. II. c. 305. κολωμένους· κολώσαντας (l. κολάσοντας).

ἀλλὰ γάρ. Versus ὑπέρμετρος. γὰρ delendum, quod cuiusvis erat animadvertisse [et animadvertit *Bentl.*]. *Hotib.*

247. μή που λαθὼν ἡμᾶς τις ἐμποδὼν κακόν τι δράσῃ. Sic legendum esse metri ratio evincit. In omnibus libris mendose λαθών τις ἡμᾶς, qua vocum collocatione versus pessundatur. Hoc me fugerat, quum fabulam hanc recensui, quumque primo typis descriptum hunc locum legi. Postmodo quum folium hoc ob personarum confusionem, de qua dixi ad v. 207. iterum excudi iussi, exemplum e prelo madidum legenti menda in oculos mihi incurrit. Vide not. ad Ran. 1035. *Brunck.* Metrum quidem ab offensione vacuum atque integrum est in libro Ravennate,

πάντη διασκοπῶμεν,
μή που λαθών τις ἐμποδὼν ἡμᾶς q) κακόν τι
δράσῃ. :

sed de homine haec accipi in via ante pedes obiecto perabsurdum videtur. Loquutum autem Aristophanem coniicio in modum Euripidis, Phoenissis, v. 91.,

ὡς ἂν προὐξερευνήσω στίβον,
μή τις πολιτῶν ἐν τρίβῳ φαντάζεται, :

aut Iphigenia in Tauris, v. 67.,

ὅρα, φυλάσσου, μή τις ἐν στίβῳ βροτῶν.

Itaque scripsisse eum puto:

μή που λίθων τις ἐμποδὼν ἡμᾶς κακόν τι δράσῃ. :

---

p) Pro κολάσοντας Attice formatum a κολάζω ad modum verborum in ίζω. *Bergl.* κολουμένους puto corruptum: non succurrit tamen emendandi modus. *Reisk.*

q) ἐμποδὼν ἡμᾶς reposuit etiam Tyrwhittus.

quod aliqua ex parte confirmat manuscriptus quidam liber *r*) Seidleri. Verba *πού λίθων* sono similitudinem referunt vocabuli Euripidis *πολιτῶν*. *Reisig.* I. p. 276 sq.

248. *s*) Hic et qui sequuntur versus asynarteti sunt e dimetro iambico et dimetro trochaico brachycatal. seu ithypallico. Hoc observavit quidem Florens; sed quae corrupta erant metra ad istam normam non redegit. Et primo quidem in hoc versu perperam vulgo legitur *πάτερ σὺ τουτονί*. Inepte insertum pronomen *σὺ* expungi debuit. Quod puer *πηλὸν* dicit, seni infra v. 259. appellatur *βόρβορος*. Quid differant hae voces, quae hic promiscue adhibentur, docet Hemsterhusius ad Lucianum p. 24. *Brunck.*

249. *κάρφος χαμάθεν*. Vel lege *χαμαὶ*, ut sit iambus, non anapaestus; vel dele *σύ t*). Sed et in illis *σὺ τουτονὶ φύλαξαι*, omnino expungendum *σὺ*, ut versibus istis suus adsit modulus. Nam superiores decem et octo omnes sunt tetrametri iambici catalectici; reliqui 25 iambo-trochaci. *Fl. Chr.*

250. *οὐκ ἀλλὰ τῳδί*. Hoc, inquit, digito facile lychni fomitem producam, ut clarius luceat. *προβύσσειν* Scholiastes ait esse *εἰς τὸ ἔμπροσθεν βαλεῖν τὸ ἐλλύχνιον*: sed et idem incertam facit lectionem, quum ait *ἠρέμα προμύσσειν*; ut facilem esse *τοῦ μ* in *β* mutationem iam dudum monuimus. In utravis voce sensus hic quadrabit. Nam *προβύσσειν* erit *τὴν μύξαν ὠθεῖν*. Sed delendum putem *μοί γε*, ut constet versus. *Fl. Chr.*

---

r) Codex Venetus, in quo *λίθος* scriptum est pro *λαθών*.

s) Inducuntur pueri senum, ut orchestram pleniorem faciant; quorum unus praelucet patri et praevisum lutum monet cavere. Mutatur autem hic genus carminis superioris in aliud carmen mixtum ex dimetro (male apud Schol. Graecum habes *τριμέτρου*) iambico et ithyphallico. Versus autem ithyphallicus constat *συζυγίᾳ* trochaica, i. e. tribus trochaeis, et vocatur dimetrum brachycatalectum: ut, *κάρφεται γὰρ ἤδη*. Sic enim docet Hephaestio: atque hoc genere versus habes sequentes viginti quinque. *Fl. Chr.*

t) *σὺ* delendum esse monuit etiam Porson. ap. Maltby ad Morell. Lex. prosod. p. 327. et Bentleius.

Sic vulgo legitur hic versus:

οὔκ· ἀλλὰ τῳδί μοι γε νῦν δοκῶ τὸν λύχνον προβύσσειν.

In binis codd. emendate saltem προβύσειν. Sed quis ferre possit versum otiosis particulis tam inepte suffarcinatum? voculae γε νυν eiici debuerunt. *Brunck.*

251. τί δῆ μαθὼν τῷ δακτύλῳ τὴν θρυαλλίδ' ὠθεῖς; Ellychnium vocat θρυαλλίδα, quia antiqui ἐκ τοῦ θρύου faciebant ellychnia. Est autem θρύον, ut aiunt, folium ficus; sed puto fuisse vel φλόμον vel σιυπτίον. Fortassis autem quum ait δακτύλῳ, respexerit ad nomen ipsius herbae, quae θρυαλλὶς vel λυχνὶς dicitur. Nam etiam vocatur *digitalis*. Vetus glossarium non ita pridem editum a doctiss. H. Stephano testatur θρυαλλίδα esse *flomum*. Hesychius vero *flomum* herbam, quae usum lychni praebebat. Sed urit me pruritus emendandi et nescio quo modo malim hic legere τί δῆ παθὼν, non μαθών. Quin etiam versu sequenti, ὦ νόητε σὺ audebo delere σὺ, tanquam παρέλκον ad versus mensuram. *Fl. Chr.* In Lysistr. 599. τί δῆ μαθὼν οὐκ ἀποθνήσκεις; ubi vide notam. *Bergl.* τί δῆ παθών. Sic cum Florente lego. Vulgo τί δῆ μαθών. Vide not. ad Lys. 599. *Brunck.*

252. ὦ νόητε. Subiicitur vulgo pronomen σὺ, quod metrum admittere gravatur, quoque sententia non indiget. *Brunck.* Delevit iam *Bentl.*

254. κονδύλοις νουθετήσετε. In Equit. 1231. κονδύλοις ἡρμοττόμην. *Bergl.*

257. ὥσπερ ἀτταγᾶς. Quia haec avis in pulvere volutatur et palustria loca et coenosa colit, neque altivola est, imo saepe prae gravitate et alarum brevitate sua capitur, eam Aristoteles l. IX. de historia animalium κονιστικὸν vocat cum perdice, phasiano, gallina et cassita. Athenaeus Aristotelem recensens l. XIII. Dipnosoph. πολύτεκνον vocat et σπερμολόγον et ἀτταγᾶν, non ἀτταγηνὸν dicendum censet. Ceterum suavissimum cibum esse ex Comici huius nostri *Ciconiis* fabula probat, qui scripsit: ἥδιστον ἐψεῖν ἐπινικίοις κρέας. Avis est paulo maior perdice, quam Itali *francolinam* vocant. Quidam putant eam esse, quam

nos dicimus *canepetiere*. Habet enim plumas multicolores; ita ut ansam dederit Erasmo proverbii tollendi, quod ad servitia καταστικτα et notis inusta illę retulit, praeter aliud, quod ex Suida affert, *attagenum novilunium*. De attage meminit postea Aristophanes in Avibus, eumque vocat πτεροποικίλον. *Fl. Chr.* Scholia: ὁ ἀτταγᾶς ὄρνεον ἐστιν εὑρισκόμενον ἐν τοῖς ἕλεσι καὶ τερπόμενον ἐν τοῖς πηλώδεσι τόποις. *Bergl.*

260. Graecorum sensus pessime in versione redditus. ἡμερῶν τεττάρων τὸ πλεῖστον, valet *quatuor ad summum abhinc diebus*. Qui in lucernis putres concrescunt fungi pluviam impendentem indicant; sed nemo unquam ex eis coniecturam fecit, quot continuos dies imber decisurus sit. Verti proinde debuit: *et mirum, ni quatuor ad summum cis dies necesse fuerit Iovem pluere*. *Brunck.* in Supplem.

261. ἀναγκαίως ἔχει. Euripides in Cyclope v. 32. καὶ νῦν τὰ προσταχθέντ' ἀναγκαίως ἔχει σαίρειν σιδηρᾷ τῇδέ μ' ἁρπαγῇ δόμους. Idem in Helena v. 1415. ὦ κλεινὸς πόσις, ἀναγκαίως ἔχει τὰ πρῶτα λέκτρα νυμφικάς θ' ὁμιλίας τιμᾶν. Noster in Pace 334. ἀναγκαίως ἐστ' ἔχον. ubi vide notam. *Bergl.*

263. φιλεῖ δ' ὅταν ᾖ τουτί. Ut versus constet, legebam ὅτ' ᾖ [et sit *Bentl.*]; sed malo ὅταν τοῦτ' ᾖ ν), i. e. quum fungi, vel potius, ut ait Plinius, imagines fungorum scintillant circa lychnos. ut dixit Maro:

scintillare oleum et putres concrescere fungos.

Quod vetus glossarium explicat ψαφαροὺς κομαρίνας; quod verbum quid sit nescio et fortasse ἀμανίτας legendum in illo glossario; quo nomine censentur *fungi*. Aiunt enim scintillas illas exsilientes circum ignem lucernarum, quas μύκητας vocant, indicia esse ingruentis pluviae, quia lucernae ignis adversatur humido aëri. Unde Aratus in Διοσημείοις ait:

ἢ λύχνοιο μύκητες ἀγείρονται περὶ μύξαν.

et Callimachus: εὖτ' ἂν λύχνου δαιομένου ἄδδην ἐγένοντο μύκητες. Vide Theonem in Aratum. Alii μύκητα ac-

ν) Sic etiam Porson. ap. Maltby ad Morell. Lex. prosod. p. 327. et Elmsleius in Edinburgh Review N. 37. p. 89.

cipiunt pro animalculo minutissimo, quod σκὶψ vel σκνὶψ vocatur, quodque prae tenuitate extrema corpusculi statim ab aëris frigore oppressum voli at (est enim τετράπτερον) circum lychnos et caloris est appetens, facitque appulsu scintillas, imbris scilicet praesagia. Agathias Scholasticus sic amatorium epigramma orsus est [in Iacobs. Anthol. Palat. T. I. p. 164.]:

μήποτε, λύγνε, μύκητα φέροις, μηδ' ὄμβρον ἐγείροις.

Hinc et Appuleius Metamorph. II. Pamphilen sagam, quae ex vespertina lucerna imbrem praenuntiabat, vocat grandem lucernae Sibyllam. Contra autem tubera illa, quae μύκαι vel μύκητες vocantur, ab imbre generantur, et nomen inde mutuantur τῶν ὕδνων. *Fl. Chr.*

264. ἄττα μή ὅτι πρῶμα [Sic Scaliger et Bentl.]. Perperam vulgo, metro reclamante, πρώϊμα. Vide Piersonum ad Mocrin p. 300. *Brunck.* Quum Pollux VII. 152. καρπία πρωΐα ex h. l. excitet, et πρωΐα cod. Rav. confirmet, apparet scribendum esse, καρπίων — πρῶα. Monuit Porsonus apud Maltby ad Morell. Lexic. prosod. p. 527. 852.

262. κἀπιπνεῦσαι βόρειον. Boreali aspectu gaudere arbores multas et laetissimas fieri traditum est ab antiquis: sed quod neoterici philosophi praeceptum hoc generale fecerunt (inter quos Cardanus) merito pulsantur a magno magistro Iul. Caes. Scaligero. Nam secundum regionem et situm iuvant aut nocent venti. Hic ego censeam τὸ βόρειον, aquilonem, esse ventum sudificum et laetum, non eum qui gelidas molitur nives, ut dixit vetus poeta. Denique pro zephyro, qui genitabilis est, accipiendum, quique comite gaudet chloride, quae quia incrementa facit arborum, etiam zephyritis dicitur. *Fl. Chr.*

266. τί χρῆμα. In Nubib. 817. τί χρῆμα πάσχεις, ὦ πάτερ; *Bergl.*

---

x) Disyllabum oportet esse πρώϊμα, si quidem rationem volumus habere metri; vel potius elidendum est τὸ α propter sequentem vocalem, πρωΐ' ὕδωρ. Fructus autem primos sic vocat τὰ πρωΐμα vel τὰ πρῶτα τῶν καρπίμων. Neque putem aliunde arcessendum Latinae vocis etymon πρωΐμα, *prima*. Hic tamen intelligenda τὰ πρώτως πέπονα et πρώωρα, primum maturescentia. *Fl. Chr.*

268. ἐφολκὸς ἦν. Solebat, inquit, primus esse et sedem in foro occupare; non autem, ut nunc, in postremis esse. Quod vitiosum et pudendum fuisse vel ex ludo puerili patet, de quo Horatius [Art. poet. v. 417.] dixit: *occupet extremum scabies.* Ubi, ut et hoc obiter dicam, notanda ἀντίθεσις *occupare extremum*, quasi sit φθάνοι τὸν ἔσχατον. Sumpta vero tralatio est a lembo vel minori navigio, quod ἐφολκίδα vocabant, quia a tergo attrahebatur propter tarditatem a maiori nave et celoce. *Fl. Chr.*

269. ἀνάδων Φρυνίχου γ). Ellipsis vocis μέλος aut similis. Sic infra v. 1227. ᾄδῳ δὲ πρῶτος Ἁρμοδίου. Supra v. 220. iudices Phrynichi carmina cantare soliti dicuntur. *Bergl.* ᾖγεῖτ' ἂν ᾀδων Φρυνίχου. Sic bene Dawesius [p. 263. et Bentl.]. Perperam vulgo ἀνάδων. Vide not. ad Pl. 453. Particula ἄν refertur ad praecedens verbum. ᾖγεῖτ' ἄν *praeire solebat.* Cum Φρυνίχου subauditur τι. Sollicitari non debuit ἀνὴρ in fine versus: non enim flagitat metri ratio, ut rescribatur ὦνήρ. Primam in ἀνὴρ pro lubitu corripiunt vel producunt Attici poetae. Vide Valckenarium ad Eurip. Phoen. p. 554. *Brunck.*

270. στάντας ἐνθάδ'. Hoc arguit choricum istud melos esse στάσιμον, quia stetere ante fores Philocleonis. Nam mele chorica dividuntur in parodica, quale illud superius, χώρει, πρόβαινε etc., stasima, quale hoc quod sequitur, τί ποτ' οὐ etc. et illud apud Aeschylum in Prometh. desmota, στένω σε τᾶς etc., proodica, mesodica, epodica et exodica vel ὑποχωρητικά, recessoria, quae in fabulae exitu canebantur, ut illud in Pluto, οὐκέτι νῦν γ' εἰκὸς etc. Quae genera omnia, sive species potius, non ab ᾠδῆς, sed ὁδοῦ facta puto; ut existimem παροδικὰ esse *praetereuntia;* exodica, *exeuntia.* Nam exodium Atellanae exitum et finem esse, vel ex prosodia patet:

urbicus exodio risum movet Atellanae.

Si ab ᾠδὴ compositum sit, scutica dignum errorem commiserit versiculi illius auctor, eligentissimus in-

γ) ἂν ᾀδων Φρυνίχου. *Reisk.*

primis magister quantitatis syllabariae. Sed certissimum est, respiciendum esse ad hypothesin et fabulae personas viantes, ut cum Appuleio loquar, et inter viandum cantillantes. Errori ansam praebuit cantus qui inter, propter, et praeter viam; et tamen non vident isti peccare se ἐκ παραλλήλου. Quid enim esset μέλος ᾠδικὸν nisi ᾠδὴ μελική? Sane ἓν διὰ δυοῖν: et quisquis ultra pertendet in hisce nugis otium terens, negotium sibi soli facesset et hircum, ut est in proverbio, mulgebit, praeter iacturam existimationis suae. Lego autem paulo post non ἐξερπύσῃ, sed simpliciter ἑρπύσῃ θύραζε, ut constet suis numeris postremus versus τῶν ἰαμβοτροχαϊκῶν. *Fl. Chr.*

271. ἐκκαλεῖν. Sic certissime emendavit Dawesius [p. 262. et Bentl.] ineptam librorum lectionem ἐκβαλεῖν. — Quod in his XXV. versibus asynartetis voces aliquot spurias recidere necesse fuerit, nemo mirabitur, qui sciet librariis quibusdam placuisse eos ad idem metri genus reducere, quod superiorum erat, id est ex iis tetrametros iambicos facere; quod sane numerorum modo habita ratione, haud difficile erat. Sed ut in perfecta et absoluta phrasi nihil fere addi vel detrahi patitur sermonis indoles, inepte insertae fulciendis metris otiosae voculae, manum interpolatoris statim produnt. Versus illos apponam prout scripti sunt in cod. A.

τὸν πηλὸν ὦ πάτερ πάτερ ΣΥ τουτονὶ φύλαξαι.
κάρφος χαμᾶθεν νῦν λαβὼν ΣΥ τὸν λύχνον πρόβυσον.
οὔκ· ἀλλὰ τωδί μοι ΓΕ ΝΥΝ δοκῶ τὸν λύχνον προβύσειν.
τί δὴ μαθὼν τῷ δακτύλῳ ΣΥ τὴν θρυαλλίδ' ὠθεῖς,
καὶ ταῦτα τοῦ λαίου σπανίζοντος ΝΥΝ ὦ νόητε ΣΥ;
οὐ γὰρ δάκνει σ' ὅταν δέῃ ΤΙ τίμιον πρίασθαι.
εἰ νὴ Δί' αὖθις κονδύλοισι νουθετήσεθ' ἡμᾶς,
ἀποσβέσαντες τοὺς λύχνους ἄπιμεν οἴκαδ' αὐτοί.
κἄπειτ' ἴσως ἐν τῷ σκότῳ ΓΕ τουτουὶ στερηθείς,
τὸν πηλὸν ὥσπερ ἀττιγᾶς ΠΟΥ τυρβάσεις βαδίζων.
ἦ μὴν ἐγώ σου χἀτέρους ΓΕ μείζονας κολάζω.
ἀλλ' οὑτοσί μοι βύρβορος ΝΥΝ φαίνεται πατοῦντι.
κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐχ ἡμερῶν ΓΕ τεττάρων τὸ πλεῖστον
ὕδωρ ἀναγκαίως ἔχει ΔΗ τὸν θεὸν ποιῆσαι.
ἔπεισι γοῦν ΔΗ τοῖσι λύχνοις οὗτοιὶ μύκητες.

φιλεῖ δ' ὅταν Γ' ᾖ τοῦτο ποιεῖν ὑετὸν μάλιστα.
δεῖται δὲ καὶ τῶν καρπίμων ἅττα μὴ σιι πρώϊμα,
ὕδωρ γενέσθαι, κἀπιπνεῦσαι ΔΗ βόρειον αὐτοῖς.
τί χρῆμ' ἄρ' οὔκ τῆς οἰκίας ΓΕ τῆσδε συνδικαστὴς
πέπονθεν, ὡς οὐ φαίνεται ΝΥΝ δεῦρο πρὸς τὸ πλῆθος;
οὐ μὴν πρὸ τοῦγ' ἐφοικὸς ἦν ΟΔ'. ἀλλὰ πρῶτος ἡμῶν
ἡγεῖτ' ἀνάδων Φρυνίχου ΤΙ. καὶ γάρ ἐστιν ἀνὴρ
φιλῳδός. ἀλλά μοι δοκεῖ ΝΥΝ στάντας ἐνθάδ' ὦ "νδρες,
ᾄδοντας αὐτὸν ἐκβαλεῖν, ΕΑΝ τί πως ἀκούσας
τοὐμοῦ μέλους, ὑφ' ἡδονῆς Εξερπύσῃ θύραζε.
Brunck.

273 — 331. z) Hic locus hoc modo videtur scribendus esse.

στροφὴ ά.
τί ποτ' οὐ πρὸ θυρῶν φαίνετ' ἄρ' ἡμῖν
ὁ γέρων, οὐδ' ὑπακούει;
μῶν ἀπολώλεκεν τὰς
ἐμβάδας, ἢ προσέκοψ' ἐν α)
τῷ σκότῳ τὸν δάκτυλόν που
λίθῳ b), εἶτ' ἐφλέγμηνεν

---

z) 273. et sqq. στρ. ά. 280. et sqq. ἀντιστρ. ά.) Ita Hermann. de Metr. p. 326. = 502. qui melius rem gessit quam Bentleius. Sed neuter vidit sic legendum esse carminis initium.

στρ.	ἀντιστρ.
τί ποτ' οὐ πρὸ θύρων	τάχα δ' ἂν διὰ τὸν
φαίνεθ' ἡμῖν	χθεσινὸν ἄνθρωπ-
ὁ γέρων οὐδ' ὑπάκουε;	ον, ὃς ἡμᾶς διεδύετ'
μῶν ἀπολώλεκεν	ἐξ ἀπατῶν λέγων,

τὰς ἐμβάδας ἢ προσέκοψεν κ. τ. λ. ὡς ἦν φιλαθήναιος καὶ κ. τ. λ. Inter quae φαίνετο et ὑπάκουε sunt Ionica. Mox καὶ inseritur, postquam ἐξ ἀπατῶν fit ἐξαπατῶν, constructionis causa.

291. et sqq. στρ. β'. 302. et sqq. ἀντιστρ. β'.) Ita Hermann. de Metr. p. 351. = 503. *G. Burges* in Classical Iournal Nr. XXXI. p. 33.

a) ἐν etiam Bentl. addidit.

b) Addidi λίθῳ, et delevi αὐτοῦ *). Legebatur enim εἶτ' ἐφλέγμηνεν αὐτοῦ. Ἐφλέγμηνεν secundam correptam habet, quam licentiam sibi et tragicos nonnumquam et Aristophanem sumpsisse, a Porsono adnotatum est ad Eurip. Hec.

*) Lege ἂν αὐτοῦ· vel forte εἶτα φλεγμήνει ἂν αὐτοῦ. *Bentl.*

τὸ σφυρὸν γέροντος ὄντος;
καὶ τάχ' ἂν βουβωνιῴη.
ἢ μὴν πολὺ δριμύτατός γ' ἦν τῶν παρ' ἡμῖν,
καὶ μόνος οὐκ ἂν ἐπείθετ',
ἀλλ' ὁπότ' ἀντιβολοίη
τις, κάτω κύπτων ἂν οὕτω,
λίθον ἔψεις, ἔλεγεν.

ἀντιστροφὴ ά.

τάχα δ' ἂν διὰ τὸν χθιζινὸν b) ἄνθρωπον, ὃς ἡμᾶς διεδύετ'
ἐξαπατῶν, λέγων ὡς
καὶ φιλαθήναιος ἦν c), καὶ
τὰν Σάμῳ πρῶτος κατείποι,
διὰ τοῦτ' ὀδυνηθείς,
εἶτ' ἴσως κεῖται πυρέττων·
ἔστι γὰρ τοιοῦτος ἀνήρ.
ἀλλ', ὦ γάθ', ἀνίστασο, μηδ' οὕτως σεαυτὸν
ἔσθιε, μηδ' ἀγανάκτει.
καὶ γὰρ ἀνὴρ παχὺς ἥκει
τῶν προδόντων τἀπὶ Θρᾴκης.
ὃν ὅπως ἐγχυτριεῖς.

μεσῳδός.

ΗΜ. ὔπαγ', ὦ παῖ, ὕπαγε.

---

302. *Hermann.* Aliam viam iniit *Reisig.* I. p. 51. „Mirabundus Chorus, quid sit, quod Philocleo nondum compareat foris, rogat, utrum forte calceos amiserit, an pedis digitum aliquo illiserit in tenebris. His inepte additur, inde intumuisse ei malleolum: scilicet digito pedis supremo contuso. Igitur εἶτα perineptum est hoc loco. Deinde eodem hoc vocabulo metrum est conturbatum: neque congruit versus cum antistrophico 283.,

διὰ τοῦτ' ὀδυνηθείς, .

Ergo primum repono ἐπεφλέγμηνεν in locum vitiosae scripturae, εἶτ' ἐφλέγμηνεν: in antistrophico autem versu, ut uterque primo pede Ionico sibi invicem respondeat, scribi volo:

διὰ τοῦτον δ' ὀδυνηθείς."

c) Libri χθεσινόν: sed metrum requirit alteram formam, quae exstat apud Alciphronem III. 61. vide Matthaei glossaria minora v. χθιζός, et Bekkeri Anecd. Gr. T. I. p. 73. *Hermann.*

d) Legebatur καὶ λέγων ὡς φιλαθήναιος ἦν. *Hermann.*

στροφὴ β'.

Π. ἐθελήσεις τί μοι οὖν, ὦ
πάτερ, ἢν σού τι δεηθῶ;
Χ. πάνυ γ', ὦ παιδίον, ἀλλ' εἰ-
πέ, τί βούλει με πρίασθαι
καλόν; οἶμαι δέ σ' ἐρεῖν ἀ-
στραγάλους δήπουθεν, ὦ παῖ.
Π. μὰ Δί', ἀλλ' ἰσχάδας, ὦ παπ-
πία· ἥδιον γάρ. Χ. οὐκ ἂν,
μὰ Δί', εἰ κρέμοισθέ γ' ὑμεῖς.
Π. μὰ Δί', οὐτάρα προπέμψω σε τὸ λοιπόν.
Χ. ἀπὸ γὰρ τοῦδ' ἐμὲ τοῦ μισθαρίου
τρίτον αὐτὸν ἔχειν ἄλ-
φιτα δεῖ καὶ ξύλα κώψον.
σὺ δὲ σῦκά μ' αἰτεῖς.

ἀντιστροβὴ β'.

Π. ἄγε νῦν, ὦ πάτερ, ἢν μὴ
τὸ δικαστήριον ἄρχων
καθίσῃ νῦν, πόθεν ὠνη-
σόμεθ' ἄριστον; ἔχεις ἐλ-
πίδα χρηστήν τινα νῷν ἢ
πόρον Ἑλλὰς ἱρὸν εἰπεῖν e).
Χ. ἀπαπαὶ, φεῦ, ἀπαπαὶ, φεῦ f),
μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε νῷν οἶδ'
ὁπόθεν γε δεῖπνον ἔσται.
Π. τί με δῆτ', ὦ μελέα μῆτερ, ἔτικτες,
ἵν' ἐμοὶ πράγματα βόσκειν παρέχῃς;
Χ. ἀνόνητον ἄρ', ὦ θυ-
λάκιον, σ' εἶχον ἄγαλμα. Π. (ἔ ἔ) g)
πάρα νῷν στενάζειν.

Hermann. Elem. doctr. metr. p. 502 sqq.

273. Bentleius οὐχὶ scribi voluerat, puto quod ionicum hunc versum esse putaret.

275. *h*) (vulgo 274.) Mirantur quid ita diu domi

---

e) Legebatur ἱρόν. Versum addito εἰπεῖν explevi. *Hermann.*

f) Semel tantum scriptum erat ἀπαπαὶ φεῦ. *Hermann.*

g) Voculae ἔ ἔ extra versum sunt. *Hermann.*

h) 275, 6, 290 — 92. Agnoscas licet dochmaicos, sic digerendos:

desideat Philocleo, coniiciuntque aut amissionem crepidarum, aut pedis offensionem (nam de pede *δάκτυλον* accipio), quae tumorem calcanti conflaverit; aut inguinis dolorem, quod senibus saepe usu venit. Atque haec quidem de corporis accidentibus. Aut de animo coniectant, et quia norunt ipsum asperrimum et omnium immitissimum iudicem, qui nunquam misericordia flectatur, suspicantur animi moestitiam ex evasione rei cuiusdam, qui benevolentiam suam erga populum Atheniensem probans, Samiorum consilia retexerit, atque hinc illas Philocleonis lacrymas et dolorem fortassis erupisse, quia semper ad condemnandum, nunquam ad absolvendum reum sit paratus. *Fl. Chr.*

276. *i*) *προσέκοψε* etc. Haec verba imitatus est Aelianus epist. 2. *Ἡμέρων ὁ μαλακὸς φελλέα ἐπέκοψε τὸ*

Μῶν ἀπόλωλε τὰς ἐμβάδας, ἢ προσέκοψ' ἐν τῷ σκότῳ τὸν δάκτυλόν που;

Ἐξ ἀπατῶν λέγων, ὡς φιλαθήναιος
Ἦν, καὶ τὰν Σάμῳ πρῶτος κατείποι.

Προσέκοψ' ἐν pro vulgato *προσέκοψεν* dedit G. Hermann. Iuntinae *προσέκοψε*. Diphthongum corripi in *φιλαθήναιος*, idem vir doctus observavit, quem vide de hoc loco libri de Metris pagg. 326, 351. Uti solent ea figura poetae vel praecedente acuta syllaba, sicut hic, vel sequente, ut Acharn. 1226, ubi verba *Παιὰν, Παιὰν*, efficiunt diiambum; quanquam etiam haec et similia passim est reperire, *Τοῖος ἐὼν, οἷος οὔτις* etc. Iliad. 18, 105. cf. Aeschyl. Pers. 38, Sophocl. Oedip. Col. 138, Antig. 370, Trach. 938, nostrum infra 829, Plut. 904. *Ἐξ ἀπατῶν*, per fraudem, sicut pro adverbio poni solet *ἐκ* praepositio cum nomine; vulgo *ἐξαπατῶν*, minus quidem eleganter. *Hotib.*

i) 278. *Εἶτ' ἐφλέγμηνεν αὐτοῦ.* Respondent huic versui in antistropha verba *Διὰ τοῦτ' ὀδυνηθεὶς*, ad quam faciem Hermannus reposuit *E. ἔφλεγεν αὐτοῦ*. Mihi contra versus antistrophicus videtur corruptus, tum quia rarius usurpatur eiusmodi anapaesticus, tum propterea quod in resumenda oratione *οὖν* solet usurpari, ut vix dubitem qnin reliquerit poeta: *Διὰ τὸν χθεσινόν γ'* (inculcandum enim *γε* versus causa) *ἄνθρωπον*, —

Διὰ τοῦτ' οὖν ὀδυνηθεὶς etc. —

Habes iam anacreonteum formae ionicae seu potius anti-

σκέλος πάνυ χρηστῶς· καὶ θέρμη ἐπέλαβεν αὐτοῦ, καὶ βουβὼν ἐπήρθη. *Bergl.*

280. (277.) *βουβωνιώη γ'. ἢ* — Particula inseri debuit ad vitandum hiatum. *Brunck.*

283. (278.) *ἐπείθετ'*. Sic recte B. Vulgo *ἐπείθετο*. In A. eadem est menda, quae supra v. 269. *οὐκ ἀνεπείθετο*. *Brunck.*

284. Lege *ὁπότ' ἂν*. *Bentl.*

286. (280.) *λίθον ἕψεις*. Proverbium est in eos, qui aliquid frustra nituntur, simile illis, laterem lavas, ollae pigmenta addis, in aqua scribis, Aethiopem dealbas, in mare sementem iacis, et similia. Hic autem irritus est labos, lapidem vel laterem coquere, qui, quo magis coquitur, eo magis durescit. Apud Hesychium male coaluerunt duae voces et mendose. Itaque pro *λιθονεψὶς*, legendum, ut hic, *λίθον ἕψεις*. Theocritus in idyllio Gratiarum inter *ἀδύνατα* etiam scripsit *νίζειν πλίνθον*, ut diximus ad eum locum. *Fl. Chr.* Proverbium de rebus, quae fieri nequeunt, aut frustra fiunt. Scholiastes recenset similia: *πλίνθον πλύνεις. χύτραν ποικίλλεις. εἰς ὕδωρ γράφεις. Αἰθίοπα λευκαίνεις. κατὰ θαλάττης σπείρεις*. Apud Aristaenetum

---

spasticae, cui respondet similis choriambicus, ut solent componi atque opponi inter se variarum formarum versus anacreontei: vid. ad. Ran. 326 seqq. cf. Aeschylum Sept. 680 seqq., Sophoclem El. 1232, 3, Antig. 610, 11, Philoct. 212 cum versu antistrophico et 213, nostrum Thesm. 110 seqq. 977 seqq., Eccles. 596 seqq., Pac. 949, 1031, versibus illis diversae formae anacreonteis catalecticis, qui sibi invicem respondent, denique Terentianum Maurum Putsch. pag. 2439. Servata igitur librorum lectione, aut versum eiusmodi antispasticum habebis in stropha, aut verbi *ἐφλέγμηνεν* secundam syllabam corripies, invito quidem Dawesio Miscell. crit. 197, sed non invita linguae analogia; nam quas ibi scribit vir sagacissimus leges prosodicas, bonas quidem esse, sed non eas tamen, quas nunquam fas sit transgredi, iam suboluerat Piersono ad Moer. 20, quicum cf. Brunck. ad Lysistratae 334, 551. Cratinus quoque *Πυτίνῃ* loco, quem laudat Schol. ad Equ. 523.:

Καναχῶσι πηγαὶ, δωδεκάκρουνον στόμα,

producta syllaba media *τοῦ δωδεκάκρουνον*. *Οὖν* raptum fuerit a simili syllaba, quae sequitur. *Hotib.*

etiam lib. II. epist. 20. talia recensentur, ubi inquit: *ἐμοὶ προσλωλῶν, εἰς πῦρ ξαίνεις. γύργαθον φυσᾷς. σπόγγῳ πάτταλον κρούεις, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀμηχάνων ποιεῖς. Bergl.*

289. *k*) (281.) Bene hic impressi *διεδύετ'*. In A. *διεδύετο*. *Brunck.*

292. (283.) *τὰν Σάμῳ l*). Milesii cum Samiis bellum gesserunt, et quum inferiores essent, accersiverunt auxilium Atheniensium, qui quadraginta navibus cum imperatore Pericle Xanthippi filio missis Samo urbe potiti sunt, et statum popularem constituerunt, obsidibus acceptis et Lemni collocatis. Postea quum Samii defecissent ad regem barbarum, Persarum puto, rursum Athenienses duce eodem Pericle triremes bellicas plures instruxerunt et beneficio Carystionis cuiusdam, qui consilium ipsis Samiorum aperuit, victores evaserunt et ad deditionem murorumque destructionem Samum coegerunt. Causa autem belli inter Milesios et Samios Priene fuit, ut videre est apud Thucydidem in primo commentario (sic enim *ξυγγραφὴν* vocare possumus) de bello Peloponnesiaco. Paulo post ubi legitur *ἀνὴρ ταχὺς*, legendum procul dubio censui *παχύς*; et postea sic reperi scriptum in exemplari Veneto. Per *παχὺν* autem *πλούσιον* innuit; ut contra pauperes vocant tenues et *λεπτούς*, ut non immerito apud Romanos Crassus dictus fuerit dives. Sic Herodotus in V. [30.] Musa *ἄνδρας τῶν παχέων*, potentes dixit. *Fl. Chr.* *ταχὺς* ed. Ph. Iuntae.

293. Lege *τοῦτ' οὖν*. *Bentl.*

296. (286.) Hic et sequens versus dimetri sunt anapaestici, pessime vulgo habiti. *Brunck.* Vulgo haec leguntur ut in Invern. edit.

297. Lege *σεαυτόν γ' Bentl.*

298. *σαυτὸν ἔσθιε.* Alcaeus: *ἔδωδ' ἐμαυτὸν ὡς πολύπους. Bergl.* Conf. Valcken. ad fr. Callimach. p. 107.

---

k) Lege *ὅς γ' ἡμᾶς διέδυ' ξαπατύλλων — τις ἦν. Bentl.*

l) V. g. si in illa insula forte aliqui conspirarent contra Athenienses. Subiecta autem eorum erat imperio. *Bergl.* Cf. not. ad Schol.

299. (288.) *ἀνὴρ παχὺς* etc. In Pace 638. *τῶν δὲ συμμάχων ἔσειον τοὺς παχεῖς καὶ πλουσίους, αἰτίας ἂν προστιθέντες, ὡς φρονεῖ τὰ Βρασίδου. Bergl.*

301. *m*) (289.) *ἐγχυτριεῖς.* Quae mortuis inferias dabant et quae piaculares purgabant, velut Circe Iasona et Medeam apud Apollonium, victimae sanguinem immolantes, deinde praeficae et quae obstetrices exponebant in ollis infantes, dicebantur *ἐγχύτριαι*, vel Platone teste in Minoe. Hinc factum ut *ἐγχυτρίζειν* pro *φονεύειν* usurpatum sit. Sed hoc loco nihil aliud puto esse, quam conficere et macerare. Scholiastes Graecus a nostro Comico scribit alibi dictum *καταχυτρίσαι* pro *βλάψαι;* quod hic valere puto: atque ut dixit Ennius de cura,

quae nunc te coquit et versat sub pectore fixa,

sic arbitror *ἐγχυτριεῖν* dictum, coquere in olla, id est dolore afficere et velut conficere. *Fl. Chr. ἐγχυτριεῖς. φονεύσεις.* Vide Suidam in *ἐγχυτρίστριαι. Brunck.*

302. *n*). *XOP.* Edd. Aldina et Iuntina et nupera male *ΠΑΙΔ.* Farrei et Brubachii *XOP.* recte: mox eaedem istae recte etiam *ΠΑΙ.* quod in illis deest. *Bergl.*

ὔπαγ', ὦ παῖ. Adhuc haec a Choro dicuntur et puerorum persona, quae in Germanica edit. apposita est, transferenda ad sequentem versum *ἐθελήσεις*; ut et recte distinguitur in Venetis libris. Iubent autem senes facessere pueros et domum redire, quandoquidem ipsi constitere ante fores Philocleonis. *Fl. Chr.*

305. Verba *ἀλλ' εἰπὲ* usque ad *οἶμαι* sunt puerorum. *με* pro *μοι* puto plebeie positum, *quid mihi vis emere? Reisk.*

308. (294.) *ἀστραγάλους δήπουθεν.* Astragali lusus erat puerulorum, et apud Apollonium Rhodium Cupidinem habes cum Ganymede sic lusitantem. Quin

---

m) Post *ὅπως* vulgo legitur *αἰσχυνεῖς*, quod recte omittit cod. Rav. In *Αἰσχύνης* (sic) mutari volebat *Reisk.*, coll. v. 457. (478. Inv.). „Lege *ὁπωσοῦν* et mox *κἀγχυτριεῖς.*“ *Bentl.*

n) Persona puerorum ad sequentem versum promovenda. *Reisk.*

et apud Philostratum operae est pretium videre imaginem ἀστραγαλιζόντων. Vile autem pretium fuisse astragalorum satis apparet, quando hic senex pater recusat ficus emere, tanquam cariorem et delicatiorem cibum. Nam quum ait σῦκά μ' αἰτεῖς, id est, τρυφᾷν βούλει: quasi ficus haberent pro cerebro Iovis. Apparet etiam de misera et paupere conditione horum senum iudicum, quorum merces tantula fuit, vix ut sufficeret ad farinam tribus emendam, ad ligna et pisciculos. Nam κῶψον pro καὶ ὄψον intellige pisces; ut alias amplius enarravimus. Sic autem Philippus comicus in Philyra et in Ὀβελιοφόροις inducit puerum patri dicentem: παπία, βούλει δραμὼν ἐς τὴν ἀγορὰν καταγοράσαι τί μοι etc. quae habes apud Athenaeum. *Fl. Chr.*

309. (295.) παπία o). Machon apud Athenaeum XIII. p. 583. Πτολεμαῖε, διψῶ, φησι, παπία σφόδρα. Apud nostrum in Pace 119. pater inquit ad filias: ἡνίκ' ἂν αἰτίζητ' ἄρτον πάππαν με καλοῦσαι. *Bergl.*

310. Lege ad exemplar ἀντιστοίχου, 322:

..... καλόν; οἶμαι δέ σ' ἐρεῖν ἀστραγάλους δήποτε, παῖ. *Hotibius.*

311. εἰ κρέμοισθέ γ' ὑμεῖς. In Nubib. 891. εἰ κρέμαιό γε. *Bergl.*

312. Recte se habet οὔτ' ἄρα, quod non nemo impugnavit: valet οὔτοι ἄρα, priorisque horum verborum posterior syllaba cum posterioris priore in unam longam coalescit per crasin. vid. ad Av. 1454. *Hotib.*

314. (300.) Hic et duo sequentes versus dimetri sunt anapaestici, quos, ut superiores, de quibus modo monui, inepte suffarcinaverat librariorum libido. *Brunck.*

315. τρίτον αὐτόν p). Saepe ita loquitur Thucydides; unum exemplum afferam ex lib. I. Κορινθίων δὲ (στρατηγὸς ἦν) Ξενοκλείδης ὁ Εὐθυκλέους, πέμπτος αὐτός. Ubi scholia: ἀντὶ τοῦ, αὐτὸς, μετ' ἄλλων τεσσάρων. *Bergl.*

---

o) Brunckius edidit παππία. „Lege πάππ'." *Bentl.*

p) Scal. αὐτοῦ γ': lege αὐτόν γ'. *Bentl.*

317. q). (301.) *σῦκά μ' αἰτεῖς.* Paulo ante puer dicebat: *ἀλλ' ἰσχάδας, ὦ παπία.* Ergo synonyma sunt. *Bergl.*

319. *τὸ δικαστήριον ὤ"ρχων.* Infra 1449. *ἕως ἂν τὴν δίκην ἄρχων καλῇ. Bergl.*

321. *ἔχεις ἐλπίδα χρηστήν τινα.* In Pluto 212. *ἔχω τιν' ἀγαθὴν ἐλπίδα. Bergl.*

323. r) (308.) Voces illae *πόρον Ἑλλὰς ἱερὸν* e Pindaro, iuxta Scholiastem, sumta sunt, ubi significabant *Ἑλλήσποντον.* Posita prima voce *πόρον*, pro *πορισμὸν*, ridiculi causa duas insequentes addidit. *Brunck.*

325. *μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε νῶν.* Sic recte B. Versus est iambicus. Vulgo *οὔκουν. Brunck.*

326. *ὁπόθεν δεῖπνον ἔσται.* In Equit. 1188. *οἵμοι πόθεν λαγῷά μοι γενήσεται: Bergl.*

328. (312.) *πράγματα βόσκειν.* Haec sumpta ex Theseo Euripidis docent nos Graeca scholia, quae hodie fabula desideratur; ubi in haec verba loquebantur pueri, qui quotannis destinati erant pro cibo Minotauri. Et quae sequuntur *ἀνόνητον ἄρα*, indidem etiam sunt desumpta. Nam sic Hippolytus illic locutus fertur: *ἀνόνητον ἄγαλμα πάτερ οἴκοισι τεκών.* Dubium tamen mihi est, utravis lectio sit potior, *ἀνόητον*, an *ἀνόνητον.* Nam quod Germanica editio habet *ἀνώνητον*, non placet. Rectior, ut puto, nostra est coniectura *ἀνόνητον*, et video firmari a Veneta editione: ut dicat puer inutilem se attulisse cophinum. *Fl. Chr.* Noster in Av. 1559. *εἴπερ γέ μοι καὶ τὸν πατέρα βοσκητέον. Bergl.*

329. (314.) *ἀνόνητον — ἄγαλμα.* Hoc etiam ex Theseo Euripidis esse dicit Scholiastes. *Bergl.* In A. *ἀνόνητόν γ' ἄρα σ', ὦ θυλάκιόν γ',* invenuste geminata

---

q) *νῦν*, quod vulgo ante *σῦκα* lectum recte omittit cod. Rav. in *νυνὶ* mutari voluit *Bentl.*

r) Alludit ad illud Pindaricum: *πανδείματι μὲν ὑπερπόντιον Ἑλλὰς πόρον ἱερόν:* ubi *πόρος ἱερὸς*, me quidem interprete, videtur esse *μέγας πορισμός. Fl. Chr.*

particula γε. Versus est dimeter anapaesticus, pessime vulgo habitus. *Brunck.* Vulgo legebatur:

ἀνόνητον ἄρα σ', ὦ θυ-
λάκιόν γ', εἶχον ἄγαλμα.

ὦ θυλάκιον. Alloquitur sacculum, quem fert ad emendam farinam, si mercedem iudiciariam acceperit. In Eccles. 383. ille qui tardius venerat in concionem, nec mercedem acceperat, dicit: ὥστ' αἰσχύνομαι μὰ τὸν Δί' οὐδὲν ἄλλον, ἢ τὸν θύλακον. *Bergl.*

330. ἔ ἔ Bentl. in αἲ αἲ mutari voluit.

332. s) (317.) Interruptione antistrophicorum in Vespis videtur usus esse Aristophanes v. 317. ubi senex in domo sua inclusus, dolens, quod sibi non cum sodalibus suis in iudicium ire liceat, ita nunc loquitur, nunc canit:

---

s) 318. et sqq.

φίλοι, πάλαι μὲν τήνομαι διὰ τῆς ὀπῆς
ὑμῶν ὑπακούων· ἀλλὰ γὰρ οὐχ οἷός τ' ἰδεῖν·
τηροῦμαι δ' ὑπὸ τῶνδε·
βούλομαί γε πόλυς μεθ'
ὑμῶν ἐπὶ τοὺς καδίσκους
ἐλθών τι κακὸν ποιῆσαι·
ἀλλ' ὦ Ζεὺς ἐλασιβρόντας καπνὸν ἐξαίφνης με ποίησον,
ἢ τὸν Προξενίδην ἢ τὸν Σέλλου τὸν ψευδαμάμαξυν.

Hos versus ordine alio disposuerunt Porsonus ad Hec. 1169. et Bentleius: alio Reisigius Coniect. p. 199. et Hermann. de Metr. p. 746. Sed omnes falluntur. Bene tamen Porsonus expulit εἰμὶ post οἷός τ' et recepit ἰδεῖν pro ἄδειν a Dawesio p. 263. Bene quoque Bentl. τηροῦμαι δ': et sic Rav. Iure etiam Porsonus delevit τί ποιῆσω: quae fuit e var. lect. ἐλθεῖν τι κακὸν ποιήσων, quam varietatem indicabat καὶ post τῶνδε in Ald. at καὶ fuit olim γαρ. V. 4. Ms. B. πάλαι πάνυ. Porson. ut vulgo γε πάλιν. Ipse πολύς. Vid. Blomfield. ad S. C. Th. 6. Ἔτσοκλέης ἂν εἰς πολὺς κατὰ πτόλιν Τμνοῖθ'. V. 7. Vulgo Ἀλλ' ὦ Ζεῦ μέγα βρόντα κἀμὲ ποίησον καπνὸν ἐξαίφνης ἢ Προξενιάδην ἢ τὸν Σέλλου τοῦτον τὸν ψευδαμάμαξυν. Inde erui distichon Heptametrum. Vid. ad Ranas in *Classical Iourn.* No. XXV. p. 38. et 41. Pro tetrametris habuit Bentl. et Interpolator, qui addidit τοῦτον. Recte tamen Bentl. post Fl. Chr. legit Προξενίδην e Schol. citante Av. 1126. Προξενίδης ὁ κωμπασεύς. Quod ad ἐλασιβρόντας, cf. Eq. 626. ἐλασίβροντ' ἀναῤῥήγνυς ἔπη, e Pindarico Ἐλασίβροντε παῖ Ῥέας, et κεραυνοβρόντας in Pac. 375. necnon Homericum νεφεληγερέτα Ζεύς. *G. Burges* in Classical Iournal Nr. XXXI. p. 53 sq.

φίλοι, τήκομαι
1 „μὲν πάλαι διὰ τῆς ὀπῆς“ στρ.
ὑμῶν ὑπα-
3 „κούων· ἀλλὰ γὰρ οὐχ οἷός τ᾽
4 „εἰμὶ ᾄδειν. τί ποιήσω;“
1 „τηροῦμαι δ᾽ ὑπὸ τῶνδ᾽· ἐπεὶ ἀντ.
2 „βούλομαί γε πάλαι μεθ᾽ ὑ-
3 „μῶν ἐλθὼν ἐπὶ τοὺς καδί-
4 „σκους, κακόν τι ποιῆσαι.“

Ita quum omnino librorum scripturam recte se habere apparet, tum etiam verbum ᾄδειν, quod Toupio aliisque sensu carere visum est, sensum praebet aptissimum. Nam senex, quum incipit canere, prae aegritudine numeris modisque excidit, quod ipsum verbis illis significat. Porsonus in additamento ad Hecubam p. 80. *t*) fecit, quod in librariis alibi ipse vituperat: in trimetros coegit, qui non sunt trimetri. *Hermannus* Elem. doctr. metr. p. 746.

Ego antistrophicam versuum constructionem hoc modo expedio:

προῳδός. φίλοι,
ά. τήκομαι πάλαι, διὰ μὲν
τῆς ὀπῆς ὑμῶν ὑπακού-
ων, ἀλλ᾽ οὐ γὰρ ὁμοῦ γ᾽ οἷός

---

t) P. 101 sq. ed. Lips. „Totum locum emendatius, quam vulgatur, describam:

φίλοι, πάλαι μὲν τήκομαι διὰ τῆς ὀπῆς
ὑμῶν ὑπακούων, ἀλλὰ γὰρ οὐχ οἷός τ᾽ ἰδεῖν.
τηροῦμαι δ᾽ ὑπὸ τῶνδ᾽, ἐπεὶ
βούλομαί γε πάλιν μεθ᾽ ὑ-
μῶν ἐλθὼν ἐπὶ τοὺς καδί-
σκους κακόν τι ποιῆσαι.

Priores duo sunt senarii, ceteri tres Glyconici cum Pherecrateo. Delevi εἰμι post οἷός τε, quod facile subintelligitur, ut in Eq. 342. ὁτιὴ λέγειν οἷός τε κἀγώ, quodque eodem modo irrepsit in Phoeniss. 983. post ἕτοιμος. Recte deinde ἰδεῖν pro ᾄδειν correxit Dawesius, in ceteris parum felix. Simile mendum ex eiusdem fabulae v. 1517. sustulere MSS. Particulam δ᾽ addit Ravennas. Postremo ante τηροῦμαι δ᾽, ista verba, τί ποιήσω, ut manifesto spuria et ex τι ποιῆσαι in vicinia nata, delevi.“ Haec *Porsonus*. Glyconicos versus eodem modo, quo Porsonus, descripsit Bentleius.

τ᾽ εἴμ᾽ ᾄδειν· τί ποιήσω;
ἀ. τηροῦμαί δ᾽ ὑπὸ τῶνδ᾽, ἐπεὶ
βούλομαί γε πάλαι μεθ᾽ ὑ-
μῶν ἐλθὼν ἐπὶ τοὺς καδί-
σκους κακόν τι ποιῆσαι.

In vulgatis exemplaribus πάλαι μὲν legitur ante τήκομαι, in Ravennate μὲν πάλαι post τήκομαι. Vagam particulam μὲν post διὰ collocavi: quomodo anacoluthos existit oratio et reconditior ad vulgi Grammaticorum intelligentiam, ἀλλ᾽ οὐ γὰρ — οἷός τ᾽ εἰμί, pro ἀλλ᾽ οὐχ — οἷός τ᾽ ὤν. Verborum autem exemplaribus vulgatorum, ἀλλ᾽ οὐχ οἷός τ᾽ εἴμ᾽ ᾄδειν, vel ἀλλὰ γὰρ οὐχ οἷός τ᾽ εἴμ᾽ ᾄδειν ex Regio B. et Ravennate, qualis deberet sententia esse, non praeteriit Brunckium: *nequeo canere vobiscum: nequeo vobis praeeundo canere.* Cuius rei satis magno argumento chori sunt verba de eodem Philocleone, πρῶτος ἡμῶν ἡγεῖτ᾽ ἂν ᾄδων Φρυνίχου· καὶ γὰρ ἐστιν ἀνὴρ φιλῳδός. Atqui multum differt inter *nequeo canere* et *nequeo vobiscum* sive *in vestro coetu canere*; in quo autem summa sententiae vertitur, id non potest, nisi verbo expressum est, mente cogitari. Quare quum aliquid desideretur in verbis, vix potest aliud intelligi ad sententiam una cum metro explicandam, quam ὁμοῦ. Deinde in antistropha πάνυ in MSS. B. et Ravennate post πάλαι, in A. supra scriptum, promanasse ex πάλιν, annotata primo scripturae discrepantia, optime Porso vidit. Sed fugit eum, esse antiquissimam scripturam non in typis olim impressis libris, πάλιν, sed in probatis MSS. πάλαι. *Reisig.* I. p. 199 sq.

Transpositis verbis ὑμῶν ὑπακούων et male inserto μὲν post τήκομαι, quod fit in Ravennate, cum priscae editiones praebeant πάλαι μὲν τήκομαι, ut vagari interpretamenta solent, obscurata est metrorum huius loci ratio, scriptura vero depravata ᾄδειν (Dawes. ἰδεῖν, parum bene). τί ποιήσω; sententia quoque tenebris etiam fuit obvoluta. Scribam equidem:

Φίλοι, τήκομαί γ᾽ ὑπακού- στροφή.
ων πάλαι διὰ τῆς ὀπῆς
Ὑμῶν· ἀλλὰ γὰρ οὐχ οἷός
Τ᾽ εἴμ᾽ ᾄδην τι ποιῆσαι.

Τηροῦμαι δ' ὑπὸ τῶνδ', ἐπεὶ ἀντιστροφή.
Βούλομαί γε πάλαι μεθ' ὑ-
μῶν ἐλθὼν ἐπὶ τοὺς καδί-
σκους κακόν τι ποιῆσαι.

ἄδην, ἀδεῶς: non possum sine metu agere. Similiter infra 377: *Κοὐδείς μ' ἐφύλαττ', ἀλλ' ἐξῆν μοι Φεύγειν ἀδεῶς.* Non tuto effugere se posse, etiam hic senium conqueritur. Versus stropharum tres priores sunt glyconei, quorum primus est polyschematistus respondens puro, ut fit passim, ultimi pherecratei, qui subdi solent glyconeis clausularum loco. *Hotib.*

332. Senex per foramen alloquitur Chorum, quia non potest domo exire. *Bergl.*

τήκομαι. Euripides in Electr. 208. *αὐτὰ δ' ἐν χέρνηισι δόμοις ναίω ψυχὰν τακομένα.* *Bergl.*

334. (318.) Versum hunc exhibui, ut scriptus est in B. In impressis, ut in A. sic legitur:

ὑμῶν ὑπακούων· ἀλλ' οὐχ οἷός τ' εἰμ' ᾄδειν.

Dawesio ᾄδειν absurdum videtur, proinde ἰδεῖν reponit, versumque ad formam iambici metri revocat:

ὑμῶν ὑπακούων· ἀλλ' οἷός τ' οὐκ εἰμ' ἰδεῖν.

Ingeniose hercle, sed parum probabiliter. Nihil enim causae mihi videtur esse cur a codd. scriptura recedatur. ᾄδειν defendi potest: *nequeo canere*, scilicet *vobiscum: nequeo vobis praeeundo canere.* Hoc e superioribus satis intelligitur. Quidni Philocleo senes videre posset? Sane dum illud cum iis colloquium habebat, a spectatoribus conspiciebatur, et ab ipsis senibus; proinde eos etiam videbat. Nempe e fenestra prospiciebat, ut manifesto liquet e v. 397. Deinde nulla est ratio cur hic versus iambicus esse debeat, quum insequentes alius etiam sint metri. *Brunck.*

335. *ἀλλ' οὐχ οἷός τ' εἰμ' ᾄδειν.* Supra v. 270. de Philocleone dicebat Chorus: *καὶ γάρ ἐστιν ἀνὴρ φιλῳδός.* *Bergl.*

338. (330.) *βούλομαί γε πάλαι πάνυ μεθ' ὑμῶν.* Sic B. In A. vocem πάνυ, quam omiserat, superne inter lineas reposuit librarius. Vulgo *βούλομαί γε πάλιν μεθ' ὑμῶν.* *Brunck.*

339. *καδίσκους.* Hypocoristice cadiscos vocat va-

sa, in quae calculos mittebant iudices, et a particula totum innuit, nempe forum; ut prius, quum clepsydram dixit. Iamdudum, inquit, animus volat ad subsellia et tribunal et cupit aliquem condemnare, iure vel iniuria: hoc enim innuit, quum ait *κακόν τι ποιῆσαι*. *Fl. Chr.*

540. *κακόν τι ποιῆσαι*. Infra v. 559. *οὐκ ἐᾷ μ', ὦ ἄνδρες, δικάζειν, οὐδὲ δρᾷν οὐδὲ κακόν*. *Bergl.*

541. *ν*) Hi versus fortasse ita corrigendi sunt:

ὦ Ζεῦ [βασιλεῦ], μέγα βροντήσας,
ἤ με πρίησον καπνὸν ἐξαίφνης,
ἢ Προξενίδην, ἢ τὸν Σέλλου
τοῦτον τὸν ψευδαμάμαξυν.

ἀλλ' initio systematis ab interpolatore additum esse videtur, ut a Turnebo in Aeschyli Pers. 532. V. 2. *ἤ με* revocavi ex ed. Ph. Iuntae. *Dindorf.*

342. *x*) (322.) *καί με ποίησον καπνόν*. Fac, inquit, ut sim fumus, quo per minuta ista foramina evolare

---

ν) *μεγαβρόντα* una voce. Est vocativus a nominativo *μεγαβρόντης*, epitheton Iovis. *Reisk.* Forte duo sunt Aristophanei anapaestici:

ἀλλ', ὦ Ζεῦ, μέγα βρόντα καὶ δὴ καπνὸν ἐξαίφνης με ποίησον,
ἢ Προξενίδην, ἢ τὸν Σέλλου τοῦτον τὸν ψευδαμάμαξυν.

Bentl.

x) 341 seqq. Ne pherecrateus veniat inter anapaesticos, bis inferendum puto *βρόντα*. Dein scribe:

Κἀμὲ π. κ. ἐ.,
Ἢ Προξενίδην, ἢ τὸν Σέλλου
Ψευδομάμαξυν.
Τόλμησον — — — μοι
Πάθος — — — κεραυνῷ
Διατ. σπ. ταχ. etc.

Quae vulgo leguntur,

Ἢ Προξενίδην, ἢ τὸν Σέλλου, τοῦτον τὸν ψευδομάμαξυν,

eorum priora invenustum versum efficiunt paroemiacum, posteriora glossematis oppleta videntur, cum quis, *τὸν Σέλλου* absolute dici arbitratus, etiam *τῷ ψευδομάμαξυν* addendum esse articulum sibi persuaderet, deinde versus explendi causa *τοῦτον* adderet. Elegante brevitate poeta pro *τὸν Σέλλου υἱόν*, *ὄντα ψευδομάμαξυν* dixit *τὸν Σέλλου*

possim. Sic apud Homerum aviculam ἀνοπαῖαν habemus, quae avolaret διὰ τῶν ὀπῶν. Illa autem foramina erant καπνοδόχαι, et fumaria dici possunt. *Fl. Chr.* Optat hoc, ut evolare possit. Sic Aeschylus in Supplicibus v. 786. μέλας γενοίμαν καπνὸς νέφεσι γειτνιῶν Διός, τὸ πᾶν δ' ἄφαντος. *Bergl.*

343. (324.) *Προξενιάδην.* Videtur Scholiastes Graecus legisse Proxenidem: de quo ait mentionem factam in Avibus tanquam ἀλαζόνος. Sed illic reperio tantum Theagenem et Sellum γ) Aeschinem (nescio an Proxenis filium faciat Theagenem) quos καπνοὺς dictos fuisse testantur grammatici (male apud Suidam invenias alicubi καπρὸς pro καπνὸς), quia multa inaniter promittere solebant et se falso divites faciebant, praecipueque Aeschines Selli, a quo dicti ἀλαζόνες σελλοὶ, et σελλίζειν inde pro ἀλαζονεύεσθαι. Nam pauper erat, et tamen ψευδόπλουτος dicebatur, quia videri volebat μεγαλέμπορος: de quo inferius etiam verba faciet Aristophanes, quum dicet ἀπὸ Σελαρτίου. Vanitatem et, ut ita dicam, inaniam hominum, qui velut mures erant, quos montes parturiverant, antiqui significabant per haec tria, *fumos*, *umbras*, *nubes*; unde Eupolis Autolyco dixit: καπνοὺς προφαίνει καὶ σκιάς. Apud Lampridium in Alexandri Caesaris vita habes fumi venditorem fumo punitum. Sed pudet haec omnia minima persequi, praesertim quum doctissimus antiquarius Coelius Rhodiginus occuparit in lib. 26. Lectionum suarum. *Fl. Chr.* Inanes iactatores et promissores dicebantur καπνοί· fuit autem talis iactator iste Proxeniades sive Proxenides; in Avib. 1126. Προξενίδης ὁ κομπασεύς, quem locum indicavit Scholiastes. *Bergl.*

ἢ τὸν Σέλλου. Iste est Aeschines infra v. 1242. Αἰσχίνης ὁ Σέλλου. Hunc iterum fumum vocat infra v. 457. nonnihil mutato nomine paterno: καὶ σὺ προσθεὶς Αἰσχίνην, ἔντυφε, τὸν Σελαρτίου. *Bergl.*

ψευδομάμαξυν. Anapaestici paroemiaci in molossum exeuntes rarissime reperiuntur, neque sic quidem interruptum nomen proprium cuiquam placeat. *Hotib.*

γ) Debebat scribere *Selli*. Monuit L. Dos Animadv. p. 11.

344. (325.) *ψευδαμάμαξυν* z). Vitis aiunt esse speciem, quae etiam *ἀναδενδρὰς* dicitur, cuius lignum urendo sit streperum et sonificum. Itaque quia mendax Aeschines verba sonora et ampullantia loquebatur, propterea putant vocatum *ψευδαμάμαξυν*. Tamen fortassis nihil aliud notat quam *ψευδόπλουτον* et iactatorem possessionum vitiferarum. Sic in Equit. [v. 630.] dixit senatum a Cleone factum plenum *ψευδατραφύξιος*, id est vanitatum et mendaciorum, quia *ἀτράφυξις* genus est oleris cito excrescens. Hesychius ait *ἀμάμυξ* (fortassis male pro *ἀμάμαξις*) genus vitis vel uvae, atque addit usurpari de quodam claudo, qui nixus duobus scipionibus sub utraque axilla positis, pendulum racemi instar habebat pedem. Quum autem octo numerentur a Laertio Aeschinae, neque de hoc Sellio quicquam memoret, facile adducor ut credam, eum, cuius vitam ille describit, sophistam nempe et Socratis discipulum, cetera pauperem hic intelligi; etsi filium facit Charini *ἀλλαντοπώλου* tucetarii, vel Lysaniae, in eius vitae principio idem Laertius. *Fl. Chr.* *ψευδομ.* in Invern. ed. fortasse typothetae error est.

345. (326.) *τόλμησον χαρίσασθαί μοι.* Id est *χάρισαι*. Vide Marklandum ad Lysiam p. 585. edit. Reiskii. *Brunck.* Sophocles in Philoct. 1088. *ἴθ' ὦ τέκνον, τόλμησον, οἴκτειρόν τε με.* *Bergl.*

347. (327.) *κεραυνῷ.* Idem Trachin. 1104. *ἔνσεισον, ὦ ναΐ, ἐγκατάσκηψον βέλος, πάτερ, κεραυνοῦ.* *Bergl.*

διατινθαλέῳ. Rubente et igneo, *διαπύρῳ*. Hesychii codices hac parte mendum non habent, quamvis asterisco notati; sed tollendus asteriscus et legendum, *διατινθαλέῳ, διαπύρῳ*: non autem, *διὰ πυρὸς*, distinctis et divulsis vocibus. Idem significat simplex *τινθαλέον*, nempe *χλιαρὸν* et *θερμόν*: ut illud poetae apud Suidam: *τινθαλέοισι κατικμήναντο λοετροῖς.* *Fl. Chr.*

---

z) Scholia: *εἶδος ἀμπέλου ἡ ἀμάμαξυς· ἣν λέγουσιν ἀναδενδράδα· ὅλον δὲ εἴρηται παρὰ τὸ ψεύδεσθαι τὸν Αἰσχίνην, καὶ ψοφώδη κομιδῇ λέγειν· καὶ τὸ ξύλον γὰρ τῆς ἀμαμάξυος καιόμενον ψόφον ἀποτελεῖ.* *Bergl.* *ψευδαμάμαξυν, ψευδόπλουτον*, ut Suidas exponit. *Brunck.*

348. (328.) *σπόδισον ταχέως.* Ita ardens et praesens fulmen optat, ut statim cinis fiat. Nam *σποδίζειν* non est urere simpliciter, sed perurere, ita ut cinefiat, quod uritur. Quod autem ait, *μ' ἀποφυσήσας*, translatum potest esse a piscibus, qui *ὀπτοὶ* (merito *ὄψον* piscis vocatur) detergi solent, aut sufflari, ut abeat cinis conceptus inter assandum. Vel *ἀποφυσήσας* dixit ratione ignis, qui sufflando excitatur et citius assat. Sed quia dicit *ἀνελών*, malo haerere priori, quae de cinere auferendo est, expositioni. Tantum arbitror pro *μ' ἀποφυσήσας* legendum *κ' ἀποφυσήσας*, pro *καὶ ἀποφ.* Quorsum enim repetat *τὸ με*, quum iam dixerit *ἢ με κεραυνῷ? Fl. Chr.*

349. *κἄπειτ' ἀνελών μ' ἀποφυσήσας.* Nempe tanquam piscem in carbonibus tostum. Scholia: *τῶν γὰρ ἀπανθρακιζομένων ἰχθύων ἀποφυσῶσι τὴν σποδόν. Bergl.*

350. (330.) *εἰς ὀξάλμην.* Tanquam piscem, ut Cratinus: *ἀνθ' ὧν πάνυ ἐλὼν ὑμᾶς ἐρίηρας ἑταίρους φρύξας, ἐψήσας, κἀπανθρακίσας, ὀπτήσας, εἰς ἅλμην τε καὶ ὀξάλμην, κἆτα σκοροδάλμην, χλιαρὸν ἐμβάπτων, ὃς ἂν ὀπτότατός μοι ἁπάντων ὑμῶν φαίνηται κατατρώξομαι, ὦ στρατιῶται.* apud Athenaeum IX. p. 385. ubi etiam praesens Aristophanis locus citatur. *Bergl.*

352. (332.) *τὰς χοιρίνας.* Ante calces inventas conchyliis et id genus testulis, quas *χοιρίνας* Graeci (nos ex Graeco sensu et vocabulo *porcelaines*) vocabant, utebantur iudices; ut testatur Epaphroditus in vocabulario; mittebantque in vas vel cadum, quem *κημὸν* dicunt: qui factus erat velut *ἠθμὸς*, quo purpurae capiuntur; et est proprie *πλέγμα* in coni figuram desinens. Invenio autem apud veteres glossographos octo significatus *τοῦ κημοῦ*; nempe cadum iudicialem, equorum frenum, ornatum muliebrem, corium quod ori suo tibicines imponunt, speciem lilii, herbae genus, legumen Thracicum, et machinam quandam ignivomam; quamvis dubito an istud postremum verum sit, et pro *πυρφόρον μηχάνημα* melius sit *πορφύρεον*; ut de purpurarum conchyliis intelligatur. Sed ignoratio illius instrumenti *πυρφόρου* fortean mihi imposuerit. Itaque cohibebo assensionem, donec ex ampliori auctorum lectione doctior evasero. *Fl. Chr.*

Vide ad Equit. 1329. Apparet autem, super lapide solitos fuisse numerare suffragia urnis exemta. *Bergl.* Pollux VIII. 16. ubi vasa forensia recenset: *χοιρίναι· πάλαι γὰρ χοιρίνοις ἀντὶ ψήφων ἐχρῶντο, αἵπερ ἦσαν κόγχαι θαλάττιαι. Brunck.*

353. De versibus 353 — 397. haec mecum peregregia communicavit Hermannus. „V. 353 — 397. elegantissima sunt antistrophica. Scribe:

στροφή.

ΧΟΡΟΣ.

τίς γὰρ ἔσθ' ὁ ταῦτά σ' εἴργων, κἀποκλείων τὰς θύρας;
λέξον· πρὸς εὔνους γὰρ φράσεις.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

οὑμὸς υἱός. ἀλλὰ μὴ βοᾶτε· καὶ γὰρ τυγχάνει
οὑτοσὶ πρόσθεν καθεύδων. ἀλλ' ὕφεσθε τοῦ τόνου.

ΧΟΡΟΣ.

τοῦ δ' ἐφέξειν, ὦ μάταιε, ταῦτα δρῶν σε βούλεται;
τίνα πρόφασιν δ' ἔχων;

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

οὐκ ἐᾷ μ', ὦ 'νδρες, δικάζειν, οὐδὲ δρᾶν οὐδὲν κακόν·
ἀλλά μ' εὐωχεῖν ἕτοιμος ἐστ· ἐγὼ δ' οὐ βούλομαι.

ΧΟΡΟΣ.

τοῦτ' ἐτόλμησ' ὁ μιαρὸς χανεῖν ὁ Δημολογοκλέων ὅδ',
ὅτι λέγεις τι περὶ τελωνειῶν a) ἀληθές. οὐ γὰρ ἄν ποθ'
οὗτος ἀνὴρ τοῦτ' ἐτόλμησεν λέγειν, εἰ
μὴ ξυνωμότης τις ἦν.

ἀντιστροφή.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' ὅπως τάχιστα καὶ νῦν ἐκπόριζε μηχανήν b).
ἕως γὰρ, ὦ μελίττιον.

---

a) Laborabat Cleon *τελωνείας* infamia: vide Eq. 248. et ibi Schol. ac Suidam v. *τελώνης*. Non discrevit Schneiderus *τελωνείαν* et *τελωνίαν*. *Τελωνία* ipsam redemptionem vectigalium, *τελωνεία* munus potius et conditionem publicani significare videtur. Numeris hic adversaretur *τελωνιῶν*. *Hermannus.*

b) Sic emendavi veterum editionum scripturam:

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

διατραγεῖν τοίνυν κράτιστον ἐστί μοι τὸ δίκτυον.
ἡ δέ μοι Λίκτυννα συγγνώμην ἔχοι τοῦ δικτύου.

ΧΟΡΟΣ.

ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρὸς ἔστ' ἄνοντος εἰς σωτηρίαν.
ἀλλ' ἔπαγε τὴν γνάθον c).

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

διατέτρωκται τοῦτό γ'. ἀλλὰ μὴ βοᾶτε μηδαμῶς·
ἀλλὰ τηρώμεσθ', ὅπως μὴ Βδελυκλέων αἰσθήσεται.

ΧΟΡΟΣ.

μηδὲν, ὦ τὰν, δέδιθι, μηδέν·
ὡς ἐγὼ τοῦτόν γ' ἐὰν γρύ-
ξῃ τι, ποιήσω δακεῖν τὴν
καρδίαν καὶ τὸν περὶ ψυ-
χῆς δρόμον δραμεῖν, ἵν' εἰδῇ
μὴ πατεῖν τὰ
τῶν θεῶν ψηφίσματα. —"

Dindorf.

353. *d*) et sqq. Haec quatuor systemata sic legenda sunt.

τίς γάρ ἐσθ' ὁ ταῦτά σ' ἔργων κἀποκλείων
τὰς θύρας;) σύστημα ά.
λέξον· πρὸς εὔνους γὰρ φράσεις·

τοῦ δ' ἕφεξιν, ὧν μάταιος, ταῦτα δρᾶν σε
βούλεται) — — β'.
τίνα τε πρόφασιν ἔχων; λέγεις;

ἀλλὰ καὶ νῦν ἐκπόριζε μηχανὴν ὅπως τάχιστα.
quam recentiores editores indocte correxerunt, τάχιστα in τάχισθ' mutato. *Dindorf.*

c) Hanc libri Ravennatis scripturam in codice suo habuit Scholiastes. *Dindorf.*

d) 353—364. Haec quoque agnoscas esse strophica, modo in utraque stropha tollas interpretamenta γὰρ φράσεις et ἀληθές. Prius adscriptum ex quo perperam interpungi coeperat post λέξον, cum concinnius hoc poetae placuisset: *Λέξον πρὸς εὔνους.* posterius est glossema verbi τι. Totus iste versiculus sic est legendus:

Ὅτι τι λέγεις περὶ τῶν νεῶν;

Secundum antistrophae numerosiorem reddes reponendo:

Πρόφασιν ἔχων τίν';

Hotib.

τοῦτ' ἐτόλμησ' ὁ μιαρὸς χανεῖν ὁ κημο — βδελυ — κλέων, ὁ τὸ πρὶν νέων ἐν ἥθεσι; } σύστημα γ'.

οὐ γὰρ ἄν ποθ' οὗτος ἀνὴρ τοῦτ' ἐτόλμησεν λέγειν, εἰ μὴ ξυνωμότης τις ἦν. } — — δ'.

In β' optime Rav. ἔφεξιν — δρᾶν, pro ἐφέξειν et δρῶν: etenim copulantur ἔφεξιν et πρόφασιν: quod ut melius fieri posset, huc retuli ex γ'. voces ibi abundantes: legitur enim ὅτι λέγεις τι περὶ τῶν νεῶν ἀληθές: unde erui τε λέγεις ὁ τὸ πρὶν ἐν ἥθεσι, et eruta suis locis inserui. Quod ad sensum, redde ὁ τὸ πρὶν νέων ἐν ἥθεσι per Latinum illud *qui vixdum ex ephebis egressus est*: quod ad verba, adi Photium Ἤθεσι, τοῖς συνήθεσι τόποις, ταῖς ἐξ ἔθους διατριβαῖς, et confer Euripideum λέσχαι γυναικῶν. Mox vice ὦ μάταιε dedi ὢν μάταιος. Certe Chorus eo nomine minime compellasset Philocleona, sed filium eius postea dictum μιαρόν. In γ'. legitur Δημολοκλέων. At iuvenis ille fuit Βδελυκλέων: et collatis v. 99. et 100. patet quo iure dici possit κημο — βδελυ — κλέων: quo nomine et ipse pater dici poterat ad fabulae finem; ubi moribus tandem mutatis exclamat βάλλε κημούς in v, 1339.

565, 6. σύστημα, α'.
566, 570. — — β'.
573, 4. — — γ'.

In α'. vulgo ἕως γὰρ ὦ μελίτιον. Brunck. μελίττιον: qui toto coelo errat. lege ἕως γάρ· οὐ μελλητέον. Cf. Phoen. 1395. οὐ μελλητέον, et Eccl. 876. κοὐ μελλητέον; ubi Ald. μελητέον. Hinc corrige Strattidem apud Etymol. v. φώζειν, legendo ἀλλ' εἰ μελλήσεις ἀνδρείως φώζειν, ὥσπερ μύστακα, σαυτὸν vice μέλλεις — σεαυτόν: at μύστακα est dactylus apud Eubulum in τίτθῃ, teste Antiatticista p. 108. μελλήσεις quoque est legitimum futurum. In β'. vulgo ἀλλ' ἔπαγε δὴ τὴν σὴν γνάθον. Rav. omittit δὴ et σήν. Recte, ut opinor. Ipse lego τὴν γ' ὄνου γνάθον. Hesych: ὄνου γνάθος. Εὔπολις παίζει εἰς πολυφαγίαν. *G. Burges* in Classical Iournal. Nr. XXXI. p. 55.

354. (334.) λέξον. πρὸς εὔνους γὰρ φράσεις. Euripides in Iph. Aul. 44. φέρε, κοίνωσον μῦθον ἐς ἡμᾶς· πρὸς δ' ἄνδρ' ἀγαθὸν πιστόν τε φράσεις. Noster in Pluto 25. εὔνους γὰρ ὢν σοι πυνθάνομαι. *Bergl.*

357. (337.) *τοῦ δ' ἐφέξειν b*). Monet Scholiastes Graecus etiam *ὑφέξειν* legi; quod adluderet ad proximum *ὕφεσθε τόνου*, quod esset *promittere*. Sed satius duco *ἐφέξειν*, ut dicat: qua gratia te detinet et ire prohibet? quem praetextum aut causam habet quod te includat? Sed et idem notat, apud tragicos *ἔφεξιν* (male illic *ἔφεσις*) esse *πρόφασιν*, id est causam retentionis et cohibitionis; ut testatur etiam Hesychius ex Euripidis Pirithoo: ubi leve mendum corriges et pro *ἐφέξειν* et *ἐφέξεις* leges *ἔφεξιν* et *ἔφεξις*; aitque esse *χάριν* et *λύσιν*; unde verbum *ἐφέξω* est *πέμψω*. Putem vero sequentia, *τίνα πρόφασιν ἔχων* esse delenda [et uncis inclusit Bentl.] velut glossema superiorum verborum *τοῦ δ' ἐφέξειν*, id est *quo praetextu*. Tamen non absurde existimo explicari posse *ἐφελκύσειν*; quasi dicat: *quid sperat tandem obtinere, dum te hic male habet?* Paulo post ubi habet *τ' ἀνδρὸς τοῦδε*, legerem propter metrum *τουδί*: sed et paulo superius *ἐτόλμησεν λέγειν*, non *ἐτόλμησε*. *Fl. Chr.* Ellipsis; deest enim *οἴεται*, *putat*, aut *ἐλπίζει*, *sperat*, aut simile: ut sit: *τοῦδε σε ἐφέξειν οἴεται; ab hoc te inhibiturum se putat?* nemo autem putet infinitivum *ἐφέξειν* cum *βούλεται* construi; nam *βούλομαι* et similia nunquam construuntur cum futuro infinitivi *f*); non enim dicimus *βούλομαι* aut *ἐπιθυμῶ γράψειν*. Scholiastes annotat aliam lectionem, nempe *ὑφέξειν*, qua stante sensus est: *τοῦδε* (scil. *τοῦ τόνου*) *ὑφέξειν ἡμᾶς οἴει; ab hoc clamore nos aliquid remissuros putas?* dicit autem hoc Chorus, quia senex dixerat: *ὕφεσθε τοῦ τόνου*. *Bergl.*

358. (338.) *τίνα πρόφασιν ἔχων*. Infra v. 463. *τῶν νόμων ἡμᾶς ἀπείργεις, ὧν ἔθηκεν ἡ πόλις, οὔτε τιν' ἔχων πρόφασιν, οὔτε λόγον εὐτράπελον*. *Bergl.*

359. (340. Br.) *οὐδὲ δρᾷν οὐδὲν κακόν g*). Supra

---

e) Fo. *ἀφέξων*. i. e. *ἀποκωλύσων*. *Bentl.* *ἐφέξων*. *Reisk.* Scilicet vulgo legitur: *τοῦ δ' ἀφέξειν, ὦ μάτα ε, ταῦτα δρᾷν σε βούλεται*. Brunckius tacite edidit: *τοῦ δ' ἐφέξειν, ὦ μάταιε, ταῦτα δρῶν, σε βούλεται*.

f) Eundem errorem alibi Brunckius erravit. V. Schaefer. ad Gnomicos poetas p. 16.

g) Quia multa mala solebant iudices facere et saepe innocen-

v. 322. *βούλομαι μεθ' ὑμῶν κακόν τι ποιῆσαι,* id est *καταδικάσαι τινά*, ut bene exponit Scholiastes. At hic non deterior esset sententia, si legeretur, *οὐδὲ δρᾷ μ' οὐδὲν κακόν.* Sic maior esset oppositio inter hoc et sequens membrum: *nec tamen quidquam mihi facit mali; quin conviviis* etc. Si minus hoc placeat, saltem pro *οὐδὲ* legendum videtur *οὔτε. Brunck.*

361. (341.) *Δημολογοκλέων h).* Ex *δῆμος* et *λόγος* et *Κλέων*, exponitur a Scholiaste: *ὁ τύραννος καὶ ἀρχοντιῶν.* id est *tyrannus ille et imperii affectator.* Quasi sui oblitus hoc dicit Chorus: nam alias *φιλόδημον* Cleonem putat. *Bergl.* Bdelycleo, qui conciones omniaque ista otiosae plebeculae aversatur delectamenta, quo pacto dici possit *ὁ Δημολογοκλείων*, si nescis mecum, fortasse haud invitus reposueris *ὁ Δημολοχοκλέων*, i. e. quasi populo insidians Cleo. Ridicule nomen hominis sic immutat ac detorquet chorus. *Δημολόχος* formatum ut *βωμολόχος, δειπνολόχος.* Non parci eiusmodi criminum oratores atque de plebe homines: cf. infra 430, 492, 522, Equ. 456 seqq. et huc pertinet, quod coniurasse contra rempublicam suspicatur filium Philocleo 4 abhinc versu. *Hotib.*

362. (342. K. 343. Br.) *εἴπερ λέγεις.* Scholia Graeca videntur legisse *ὅτι λέγεις*, vel potius accepisse *si* pro *quia.* Tamen si legis *εἴπερ*, legendum *λέγοις:* et hanc diversam lectionem notant eadem scholia, ut dicat: *si quid mali autumas de navibus et trierarchia* (quod erat publicum munium) *hoc verum est.* Sed calumniose infert de triremibus, de quibus nulla querela instituitur, sed de eo, quod iudicare prohibetur Philocleo. Notandum vero quod, quum de Bdelycleone loquitur, eum vocat *Δημολογοκλέωνα;* quasi innuat tyrannidem erga populum occupantem et non solum *δημαγωγὸν*, sed etiam *δημαρχικόν.* At quum ait *ξυνωμότης,* ostendit Cleonem meditari solutionem status popularis. Sic enim vocabant *τοὺς συνερχομένους*

---

tes condemnare, si essent divites. Supra v. 321. idem iste dicebat: *βούλομαι — ποιῆσαι. Bergl.*

h) F. *Δημοκλονοκλέων* aut *Δημογελοκλέων, qui populum simul et Cleonem* aut *concutit, percellit,* aut *irridet. Reisk.*

ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου. *Fl. Chr.* εἴπερ λέγεις περὶ τῶν νεῶν *i*). Quasi illa causa sit, cur Bdelycleo a concione arceat Philocleonem, quia iste soleret ibi de navibus instruendis aut non instruendis audacter nimis pronuntiare; erat autem quibusdam utile, si classis instrueretur, quibusdam non: in Eccles. 197. ναῦς δὴ καθέλκειν τῷ πένητι μεν δοκεῖ· τοῖς πλουσίοις δὲ καὶ γεωργοῖς οὐ δοκεῖ. *Bergl.* ὅτι λέγεις περὶ τῶν νεῶν ἀληθές. Versus est trochaicus. Sic emendari debuit codd. scriptura. In B. ὅτι λέγεις τι περὶ τῶν νεῶν ἀληθές. Haec lectio margini etiam adscripta in A. qui vulgatum in textu habet inepte interpolatum: εἴπερ λέγεις περὶ τῶν νεῶν ἀληθὲς ἄν. *Brunck.*

363. (344. Br.) ἐτόλμησεν ad metri legem scribi debuit, ut recte est in A. Vulgo ἐτόλμησε. *Brunck.*

364. εἰ μὴ ξυνωμότης τις ἦν. Levibus de causis statim quemlibet suspectum habebant coniurationis aut tyrannidis affectatae: infra v. 485. ὡς ἅπανθ' ὑμῖν τυραννίς ἐστι καὶ ξυνωμόται. *Bergl.*

366. τἀνδρὸς τουδί. Perperam vulgo, metro ruente, τοῦδε. *Brunck.*

367. (348. Br.) ὡς πᾶν ἂν ἔγωγε ποιοίμην. Exciderat particula ἄν, a praecedente πᾶν absorpta: eam reponi iubebant et sermonis et metri lex, quod Dawesius [et Bentl.] observavit. *Brunck.* Legendum, τίς ἂν οὖν εἴη; ζητεῖθ' ὑμεῖς. ὡς πᾶν ἂν ἔγωγε ποιοίην. *Elmsleius* ad Euripid. Heraclid. 1017. p. 131. ποιοίην iam legitur in ed. Ph. Iuntae.

368. (349. Br.) κιττῶ. Metaphora sumpta ab uterum ferentibus mulieribus et tactis alicuius cibi cupiditate. Diximus in glossematis comment. ad Irenam [v. 496. οἱ κιττῶντες εἰρήνης. *Bergl.*], quis esset morbus in foeminis ἡ κίττα: piget revocare. Sed hoc quidem loco Graecas glossas non sequor, quae vocem translatam volunt ἀπὸ τῶν ἀρτίως τικτουσῶν γυναικῶν. Non enim hoc foetis usu venire solet, sed incientibus aut potius gravidis ex foetu concepto. Quod autem

---

i) νέων, *iuvenum*, retracto accentu. *Reisk.* Sic etiam *Bentl.*

ait σανίδων, vel intelligendum cancellos iudiciales et tabulata sedilia, vel tabulas illas, quae nomina continent per seriem eorum, qui iure agunt et in iudicium introducuntur. *Fl. Chr.*

μετὰ χοιρίνης περιελθεῖν. Optimam lectionem, qua melior altera ex ipsius Comici manu esse non possit, emendat, si diis placet, Abreschius ad Aristaenetum p. 239. festive sic disputans. τῷ περιελθεῖν, *quod editur*, *substitui* παρελθεῖν, *sensu ita postulante — nec spondeum metrum hac sede refugere docet Hephaestio p*, 26. *Adde ipsum Aristoph. Vesp.* 701. *et Nub. v.* 972. Age ergo versum dimetiamur:

οὕτω | κιττω | δια των | σανιδων | μετα χοι | ρινης | παρελ | θειν.

Bono isti homini παρελ pes erat spondeus. Nescio quo ille prosodiae magistro usus fuerat: crediderim fere ex disciplina Clarissimi Professoris Parisini eum profecisse. Versus quem citat e Nubibus, nobis est 976, ad quem vide quae notavimus. Quem ex hac fabula citat v. 701. peius adhuc ac foedius, quam alter e Nubibus depravatus erat, eumque feliciter, ut opinamur, restituimus. Nusquam Aristophanes in tetrametris anapaesticis syllabam catalecticam spondeo subiicit. Hanc sibi licentiam sumsisse Cratinum testatur Hephaestio, cuius hunc versum profert:

ὡς ἂν μᾶλλον τοῖς πηδαλίοις ἡ ναῖς ἡμῶν πειθαρχῇ.

Sed nihil tale de Aristophane dicit. Alia quae adducit istius metri exempla, e Doricis poetis petita sunt, quorum inventum fuisse videtur; nec adeo temere metrum ipsum *Laconicum* appellatum fuit. Quid alii fecerint, non curamus: Comicum vero nostrum, Cratino longe castigatiorem, istius vitii immunem esse contendimus. Quod autem ad sensum adtinet, is illam mutationem minime suadet. Perperam Scholiastes verbum περιελθεῖν exponit per εἰσελθεῖν. Fucum non fecit interpretibus. *Brunck.*

369. *k*) (350. Br.) Propter dactylum in quarta sede Porsonus praefat. ad Hecub. p. L. corrigebat:

---

k) ἔστιν. Immo οὔκ ἔστιν. *Bentl.*

ἔστιν ὁπῃ δῆθ' ἥντιν' ἂν οἷός τ' ἔνδοθεν εἴης διορύξαι. Refutarunt Hermannus Elem. doctr. metr. p. 402. et Reisig. I. p. 156.

οἷός τ' εἴης διορύξαι. Sic et metri et linguae ratio poetam scripsisse ostendit [et coniecit *Bentl.*]. Soloece in impressis et versu ruente οἷός τ' ἦς διορύξαι. In codd. non melius οἷός τε ἦς. *Brunck.*

370. (351. Br.) ῥάκεσιν κρυφθείς. Sic scribendum. Perperam vulgo ῥάκεσι. Vide not. ad Thesm. 450. *Brunck.* In fine huius versus signum interrogationis poni debuit [in Br. ed. omissum]. *Brunck.* in Supplem.

371. (351. K.) σέρφῳ *l*). Est bestiola parva, quibusdam *formica alata*. Scholiastes hic annotat proverbium: ἔνεστι κἀν μύρμηκι κἀν σέρφῳ χολή. *Bergl.*

372. ὀπίαν *m*). Quam Chorus ὀπήν, iste ὀπίαν dicit. *Bergl.*

373. (353. K.) κλέψας ποτὲ τοὺς ὀβελίσκους. Supra etiam v. 237. unus de Choro commemorat sodali suo furtum, quod militiae commiserint: περιπατοῦντες νύκτωρ τῆς ἀρτοπώλιδος λαθόντ' ἐκλέψαμεν τὸν ὅλμον. Iste ipse Bdelycleo narraturus quid ipse iuvenis fortiter et praeclare gesserit, dicit: ἐκεῖν' ἐκεῖν' ἀνδρειότατόν γε τῶν ἐμῶν, ὅτ' Ἐργασίωνος τὰς χάρακας ὑφειλόμην. *Bergl.*

374. ἴεις *n*). Ita recte edd. pristinae; non ἰεὶς ut nupera, quod orationem imperfectam reddit. *Bergl.*

---

l) Animalculum est instar culicis vel formicae *serphus*, quem *cossum* dicerem, nisi Hesychius vocaret πτερωτόν. Cratinus formicam sic vocat; sed diversa esse proverbialis senarius arguit: ἔνεστι — χολή. Quo admonemur, ne infima quidem contemnere. Et Nicophon in Ἀφροδίτης γοναῖς eum numerat inter malignas et parvas aviculas, ἀκρίδας et πάρνοπας. Habes infra in Avibus hanc vocem bis aut ter. *Fl. Chr.*

m) Festive ἀπὸ τῆς ὀπῆς formavit ὀπίαν, negatque eum per foramina posse evadere, et interim alludit ad caseum ὀπίαν sic dictum, quia lacte fici concretus induit δριμύτητα. Nam apud Euripidem Cyclope [v. 136.] habes καὶ τυρὸς ὀπίας καὶ βοὸς γάλα, quod recenset Athenaeus, sed legit Διὸς non βοός. *Fl. Chr.*

n) ἴεις, retracto accentu, in imperfecto, ut est in edit. Leidensi, *demittebas*. *Reisk.*

ὅτε Νάξος ἑάλω. Quod fuit tempore Pisistrati. Est autem una ex insulis Cycladibus, cuius descriptionem et irritam Persarum cum exsulibus obsidionem operae pretium est videre apud Herodotum in Terpsichore [c. 28.]. Plures vero sunt Naxi, sed haec nobilior et a qua pendent Parus et Andrus. Ibi Bacchum natum credunt *ὀκτάμηνον:* et propterea Asclepiades scripsit solas Naxias feminas octomestres partus edere, idque Iunonis munere, postquam Baccho coepit bene velle. Ibi magna vinearum fertur esse fertilitas; quin et fons perhibetur suavissimo manans vino. Dictam vero *Νάξον* existimant *ἀπὸ τοῦ νάξαι,* quod quidam sacrificare sic vocent; alii a Naxo Carum duce; alii ab Endymionis filio, ut voluit Euphorion. *Fl. Chr.* Veram scripturam, ex libro Rav. repositam, *κατὰ τοῦ τείχους ταχέως, ὅτε Νάξος ἑάλω,* in libro suo habuisse videri potest Scholiastes, cuius adnotationi praefixum est *ὅτε Νάξος ἑάλω,* omisso interpolatoris additamento *δή γ' ἦ.*

375. *τοῦτ' ἐστ' ἐκείνῳ* [sic veteres aliquot edd.]. Lege *ἐστὶν,* ut constet versus mensura. Nam et sic in Veneta impressione. Sed et mox legerem *ἐφύλαττ',* non autem integre *ἐφύλαττεν.* Sunt enim hi septem versus dimetri anapaestici sibique similes praeter septimum, qui catalecticus est et coronis. *Fl. Chr.*

376. *ἴσχυόν τ' αὐτὸς ἐμαυτοῦ.* Pro: *καὶ τότε αὐτὸς ἐμαυτοῦ ἰσχυρότατος ἦμην. Bergl.*

377. (358. Br.) *κουδείς μ' ἐφύλαττ', ἀλλ' —* Sic bini codd. recte, ut iam emendaverat Dawesius Miscell. crit. p. 98. Perperam vulgo cum versus labe *μ' ἐφύλαττεν. Brunck.*

378. (359. Br.) *νῦν δὲ ξὺν ὅπλοις.* Sic certissime Dawesius vulgatam lectionem *σὺν ὅπλοις* emendavit Miscell. crit. p. 196. Eius doctrinam de potestate consonantium tenuium et asperatarum post vocales breves rursus hic confirmat codd. consensus. In duobus nostris distincte scriptum *ξὺν ὅπλοις.* Unde liquet recte in Pluto e sagacissimi viri sententia nos edidisse v. 449.

ποίος ὅπλοισιν, ἢ δυνάμει πεποιθότες.

ubi vulgo legebatur *ποίοισιν ὅπλοις, ἢ δυνάμει* — producta contra artem et Comici usum prima in *ὅπλοις*, ut et in hoc versu necesse erat eam produci iuxta mendosam impressorum lectionem. *Brunck.*

380. *σκοπιωροῦνται. Speculantur:* voce ducta, auctore Hermippo, *ἀπὸ τῆς σκοπῆς* (malim *σκοπιᾶς*) et *θεωρεῖν.* Sunt enim *σκοπιωροῦντες, κατάσκοποι*, vel *φυλακτικῶς σκοποῦντες ἐκ μετεώρου.* Qui etiam simpliciter *σκοποὶ* dicuntur, ut in illo: *σοὶ δ' ἐγὼ οὐκ ἀλαὸς σκοπὸς ἔσσομαι.* Sic duos exploratores et speculatores Iuno apud Callimachum Latonae erranti collocaverat in Haemo et Mimante, Mortem et Irida; quos vocat Callimachus *σκοπούς* et *φρουρούς γαῖαν ὑποπτεύοντας. Fl. Chr.*

382. (362.) *γαλῆν κρέα κλέψασαν.* In Pace v. 1132. *εἴ τι μὴ 'ξήνεγκεν αὐτῶν (τῶν λαγώων) ἡ γαλῆ τῆς ἑσπέρας. Bergl.*

384. Hanc strophan putat Scholiastes Graecus amoebaeam esse et antistrophan superiori strophae respondentem, sed mancam et deficientem, quia octo tantum constet colis sive versibus. Quod ego non puto verum esse vel ex eo quod sextus versus, qui hic dimeter est iambicus, similis non est sexto alterius strophae, ubi habes, *τίνα πρόφασιν ἔχων;* quem nos diximus supra videri nobis irreptitium glossema. Verum quidem est, ut et illic, primum versum, ut et sequentes longiores, esse trochaicum tetrametrum catalecticum, quales amavit Epicharmus, ut ille:

νῆφε, καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν, ταῦτα νεῦρα τῶν φρενῶν.

id est:

sobrius nec credulus sis; nervus hic prudentiae est.

Ceterum legendum est *ὅπως τάχιστ' ο)*, non autem plene *τάχιστα.* Nam eliditur *τὸ α* propter vocalem in secundo versu sequentem. *Fl. Chr.*

385. (365.) *μελίττιον.* Ita edd. pristinae, non [ut Kust.] *μελίτιον. Bergl. μελῖττιον.* Longum est *λῑ. Bentl.*

386. (366.) *διατραγεῖν.* Supra v. 164. *διατρώξομαι*

ο) Sic etiam Bentleius.

τοίνυν γ' ὀδὰξ τὸ δίκτυον. Erat autem area aedium reti obducta, ne senex tanquam avis evolare possit: supra v. 131. ἡμεῖς δὲ τὴν αὐλὴν ἅπασαν δικτύοις καταπετάσαντες ἐν κύκλῳ φυλάττομεν. *Bergl.*

387. (367.) ἡ δέ μοι Δίκτυννα p). Ludit in vocibus Δίκτυννα et δίκτυον. Notum est Dianam dictam Dictynnam ἀπὸ τῶν δικτύων. In Ranis 1402. ἅμα δὲ Δίκτυννα παῖς Ἄρτεμις καλὴ τὰς κυνίσκας ἔχουσ' ἐλθέτω. Ubi scholia: Δίκτυνναν δὲ λέγει τὴν Ἄρτεμιν διὰ ταῦτα, ἐπειδὴ τῶν κυνηγετῶν ἐστι τὸ δίκτυα φέρειν· ἔφορος δὲ κυνηγίας ἡ Ἄρτεμις. *Bergl.*

388. (369. Br.) ταῦτα πρὸς ἀνδρός ἐστί. In Ranis 531. ταῦτα πρὸς ἀνδρός ἐστι νοῦν ἔχοντος. Euripides in Hercule f. 585. πρὸς σοῦ μέν, ὦ παῖ, τοῖς φίλοις εἶναι φίλον. *Bergl.*

ἄνοντος q) ἐς σωτηρίαν. De ellipsi vide ad Av. 241. Verbum ἄνω Ionicae dialecti est, vel, si mavis, veteris Atticae. E Phrynicho ἄνοις, ἀντὶ ἀνύοις citatur a Suida, si Kusteri editioni fides habeatur; nam in Mediolanensi res aliter se habet. Utut sit, certum est, poetarum nostrorum aetate formam illam ἄνειν obsoluisse, Atticisque frequentatum fuisse ἀνύω vel magis ἀνύτω. Ab ἄνειν est ἄνη, vox itidem Ionica, quae occurrit apud Aeschylum S. Th. 715.

λέγοιτ' ἄν, ὧν ἄνη τις, οὐδὲ χρὴ μακράν.

Ad quem versum ineptissima est Pawii nota. Non memini apud posteriores Aeschylo poetas Atticos nomen ἄνη observare, ut neque verbum ἄνειν, praeterquam hoc in loco. Sed alia quaedam sunt apud Comicum ad antiquissimam dialectum Atticam pertinentia, quod ostendam in supplemento notarum ad Ra-

---

p) Iure inretitus Minervam vocat sub nomine Dictynnae, quae sic dicta ἀπὸ τῶν δικτύων: nam venatu gaudet dea. *Fl. Chr.*

q) Scholia: ἀντὶ τοῦ ἀνύοντος τὰ πρὸς σωτηρίαν καὶ εὑρίσκοντος· τὸ δὲ ἄνοντος γίνεται παρὰ τὸ ἄνω, βαρύτονον· οὗ τὸ τρίτον τοῦ παθητικοῦ ἐνεστῶτος, ἄνεται· ὡς το· μάλα γὰρ νὺξ ἄνεται. Utitur hoc verbo et Aeschylus in Choephoris 797. ἀνομένων πημάτων. ubi scholia: ἀνυομένων. *Bergl.* ἄγοντος, *tendentis ad — Reisk.*

nas: et forte hic versus e veteri aliquo tragico per parodiam expressus est. Quod eo probabilius mihi videtur, quo facilius erat poetae absque ullo concinnitatis detrimento scribere:

ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρὸς ἔστ' ἀνύτοντος ἐς σωτηρίαν.

De verbo ἄνω disputavit pro more suo ad Sophoclis Trachin. 317. diobolaris Magister, cui dialectorum tam perspecta est ratio, quam prosodiae et metrorum. *ἄνειν Ionicum esse et poeticum*, ex eo elucet, quod Herodotus et Ionici poetae eo usi fuerint. *Atticum non esse* ex eo liquet, quod apud Atticos scriptores non occurrit, nisi rarissime, et solum apud eos, quibus antiqua et obsoleta sectari licuit. Ubinam exstat apud Thucydidem? Xenophontis locum, ubi ἄνειν (sic enim scribendum erat, non ἀνεῖν) *reperitur*, indicare debuerat. Atqui non *reperitur*: sed si Suidam audiamus, sublestae fidei testem, *reperiebatur* olim. At vero vel scriptura depravata est in Suida, vel ipse fallitur. Atque etiam sic sentit summus Valckenarius, cuius en tibi verba in nota ad Herodotum [VII. 20.] p. 520. 1. *Sed quod illic (Miscell. observ. V. p. 95.) Vir eruditissimus Xenophonti tribuit ex Suida, id ego velut minime Xenophonteum Suidae libenter reliquerim.* Videat nunc *CLARISSIMUS PROFESSOR*, quo eum abripuerit furor: nam furor est is qui eum perpetuo agitat, obloquendi mihi, me carpendi et sugillandi. Nihil tamen mihi unquam fuit cum illo homine, nec eum noveram, neque novisse etiamnum volo. Ex unico hoc Comici exemplo, ἦνεν, quod in Euripidea Andromache unica exhibet Musgravii editio, unici Ms. cod. fide nixum, tuetur, quia ego scite, ut opinor, et prudenter ceterorum codd. omnium et primariarum editt. revocavi lectionem, ἤννεν, *nescire me* professus, *an illud in tragico senario locum tueri possit.* Ceteras illius ad Trachinias notae ineptias persequar suo loco. *Brunck.*

390. (370.) διατέτρωκταί τοῦτό γε. Apparet senem edentulum misere laborasse in perrodendo reti. Supra v. 164. quum dixisset: διατρώξομαι τὸ δίκτυον· filius ad eum dicebat: ἀλλ' οὐκ ἔχεις ὀδόντας. *Bergl.*

393. r) (372.) ἐὰν γρύξῃ τι. In Nub. 942. ἢν ἀναγρύξῃ. *Bergl.*

δακεῖν τὴν καρδίαν. In Acharn. 1. ὅσα δὴ δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν. *Bergl.*

395. (375.) τὸν περὶ ψυχῆς δρόμον s). Euripides in Oreste 875. de Oreste cui capitale iudicium instabat: Ὀρέστην ἐκεῖνον οὐχ ὁρᾷς πέλας στείχοντ' ἀγῶνα θανάσιμον δραμούμενον; *Bergl.*

396. (376.) μὴ πατεῖν t). Pro *contemnere.* Aeschylus in Agamemn. 378. οὐκ ἔφα τις θεοὺς βροτῶν ἀξιοῦσθαι μέλειν, ὅσοις ἀθίκτων χάρις πατοῖτο. *Bergl.*

ταῖν θεαῖν v). Recte Rav. τῶν θεῶν, deorum, i. e. dignitate praestantissimorum, Cleonisque adeo. cf. Erasm. adag. 1, 5, 99, 100. Ceterum non inepte τὸ ψηφίσματα pro interpretamento quis habuerit, reponatque, usurpato iambico senario:

Δραμεῖν, ἵν' εἰδῇ μὴ πατεῖν τὰ τῶν θεῶν.

Τὰ τῶν θεῶν, hoc est τοὺς θεούς, sicut Sophocl. Trach. 490. cf. eiusdem fabulae 431, Oedip. R. 956, Electrae 1162. Hoc longe fortius vulgato. vid. etiam ad Thesm. 318 seqq. *Hotib.*

ψηφίσματα. Scholia: ἀντὶ τοῦ μυστήρια εἰπεῖν, ψη-

---

r) Sic lege: τὴν καρδίαν· καὶ τὸν δρόμον ψυχῆς πέρι Δραμεῖν, ἵν' εἰδῇ μὴ πατεῖν τ' Ἀθηναίων (sic enim lego pro τὰ ταῖν θεαῖν), deleto ψηφίσματα: quod praecepit et Hotibius. *G. Burges* in Classical Iournal Nr. XXXI. p. 35.

s) Per cursum certamen intelligo. Sic doctissimus poetarum dixit: *certare de vita et sanguine Turni;* hoc est περὶ ψυχῆς. *Fl. Chr.*

t) Ut suo malo, inquit, cognoscat non laedere dearum mysteria. Nam velut qui Cereris arcana vulgabant et Proserpinae, quas deas innuit, debebantur morti; vel, ut ait Flaccus lyricus, trabibus naufragis; vel exsecrati et devoti erant omnibus diis, ut factum est de Alcibiade, qui Cereris initia enuntiarat teste Iustino, praeter Plutarchum. Ita qui decreta et psephismata Themidis et Minervae violant (hoc enim est πατεῖν) periculum subire debent mortis. Haec ait senum chorus in gratiam Philocleonis, quibus mores suos ostendit φιλοδίκους; et Comicus quum debuisset μυστήρια, addidit ψηφίσματα. *Fl. Chr.*

v) Cereris et Proserpinae. *Bergl.*

φίσματα εἶπεν, ὡς δὲ οὐχ ἧττον περὶ ταῦτα ἢ περὶ ἐκεῖνα ἐσπουδακέναι. Bergl. Schoemannus de comitiis Athen. p. 249. postquam ostendit *ψήφισμα* interdum de *lege* dici „illud quoque, inquit, fortassis non alienum est hoc loco notari, quod Aristophanes Vesp. v. 377. *τὰ ταῖν θεαῖν ψηφίσματα* dicit, facete, pro *τοὺς ταῖν θεαῖν νόμους*, de pietate erga parentes, quae ideo earum dearum, Cereris atque Proserpinae, lex dici poterat, quoniam omnem in vita et moribus humanitatem iis acceptam referebant, mysteriaque iis etiam in huius rei memoriam celebrabant."

398. *καθίμᾶ δήσας σαυτόν.* Infra v. 395. *καθιμᾷ αὐτὸν δήσας." Bergl.*

399. (380. Br.) *Διοπείθους x).* Amipsias comicus: *Διοπείθει τῷ παραμαινομένῳ.* apud Schol. ad Aves 989. Posuit autem Comicus noster Diopithem pro furore Diopithis, per metonymiam subiecti pro ad-

---

x) Videtur furiosum innuere Diopithea, qui rhetor fuit, et fortassis is, quem Phrynichus induxit in scenam his versibus:

ἀνὴρ χορεύει, καὶ τὰ τοῦ θεοῦ καλά.
βούλει Διοπείθη μεταδραμῶ καὶ τύμπανα;

Quin Amipsias eum ut furentem et *χρησμολόγον* (quod et Aristophanes innuit in Avium fabula) describit in *Κόννῳ:* sic enim corrigo locum Scholiastae Aristophanici in Avibus, qui male *κοινῷ* scripsit. At in Equitum fabula claudus memoratur; ubi Scholiastes ait Niciae fuisse sodalem, neque solum *κυλλὸς*, sed et *δωροδόκος*. Sed Symmachus ipsum rhetorem facit vere *μανώδη*, ut in Amphictyonis ostendit Teleclides. De hoc Diopithe tradit Suidas, eum olim legem tulisse, ut damnas esset mortis, qui urbe egressus in Piraeeo mansisset. Postea ipse legislator quum serius adveniens coactus fuisset ibidem consistere, vocatus est in ius ab adversariis. Haec narrantur ab Aeliano apud collectorem Suidam. *Fl. Chr.* Vel scripsit Aristophanes *διοπετοῦς*, vel si scripsit ut editum est et ut legunt Scholiastae, eo quod *Διοπείθης* fuit nomen rhetoris eo tempore viventis, allusit procul dubio in hoc viri nomine ad vocem *διοπετής*. Nam quum ex alto in terram desilire vellet Philocleo tenuis funiculi adiumento, adhortantur eum socii et aiunt eum debere fieri *διοπετῆ;* nam simulacra quae e coelo decidisse putabantur, dicebantur *ἀγάλματα Διοπετῆ*, tanquam a Iove cadentia, ut simulacrum matris deum in Pessinunte Phrygiae. *Palmer.*

iuncto; sic in Acharnensibus Euripidem ponit pro eius arte musica v. 483. *καταπιὼν Εὐριπίδην*. *Bergl.* Tanquam furentem perstrinxerunt illum rhetorem comici. Vide Scholiastem ad Aves 989. *Brunck.*

400. (381. Br.) *ζητῆτον*. Sic bene ambo codd. in subiunctivo, quem modum requirit coniunctio *ἤν*. Male vulgo *ζητεῖτον*. *Brunck.*

ἐκκαλαμᾶσθαι. Pro *ἀνασπᾶσθαι*, quod est *extrahere* et *evellere*, sumpta metaphora ab iis, qui post messem stipulas ex agris auferunt qui calami sunt, unde casas et dura mapalia tegant. Nos Gallo-Franco idiotismo hoc vocamus *chaumer*, quasi *calamare*; et in agro Belsiae latissimo et frumentario calami illi vicem praestant tegularum. Fortassis etiam a piscibus translatio est, quos attrahunt piscatores cum arundine vel calamo, quasi *ἀνιμᾶν*. *Fl. Chr.* Scholia: *ἀντὶ τοῦ ἀνιμᾶν· ὡς οἱ τοῖς καλάμοις τοὺς ἰχθύας ἀνέλκοντες*. Occurrit et infra v. 607. *Bergl.*

402. *τὸν πρινώδη θυμόν*. In Acharn. 179. *στιπτοὶ γέροντες, πρίνινοι, ἀτεράμονες — σφενδάμνινοι*. *Bergl.*

405. *γ*) (384. Br.) Toto pede defectus est hic versus. Legendum:

ὥστ᾽ οὐ δυνατόν σ᾽ εἴργειν ἔσται· τὰ τοιαῦτα ποιήσομεν ἡμεῖς.

Brunck. Satis probabile est verbum *ἔσται* olim in hoc versu fuisse, et librarii negligentia excidisse. Redigit mihi in memoriam hic error alium similem in Lysistrata versum toto pede defectum, ad quem oblitus sum coniecturam meam proponere, non ita certam quidem, nec tamen forte contemnendam. Est illius fabulae 1109. ubi legi possit: *ἀγανὴν, γλαφυρὴν, πολύπειρον*. *Brunck.* in Supplem. *ἐστὶν* vel *ἔσται* inseri iam voluit *Bentl.*, *ἔσται* Tyrwhittus. Scribo:

γ) *Ὥστ᾽ οὐ δυνατόν σ᾽ εἴργειν . . . . . τὰ τοιαῦτα ποιήσομεν ἡμεῖς*. Hiat versus, quem sic sarciendum putabat Bruncius, ut *ἔσται* inculcaretur post *εἴργειν*. Non male etiam addas *ἀργὸν*, quod raptum fuerit a voce simili, quae antecedit. Senis, qui cupit *ποιῆσαί τι, ποιῆσαί τι κακὸν*, recte chorus conqueritur *τὴν ἀργίαν*. cf. supra 336 ex nostra correctione, item 340, 359. *Hotib.*

ὥστ᾽ οὐ δυνατόν σ᾽ εἴργειν εἶναι, τοιαῦτα ποιήσομεν ἡμεῖς.

Dindorf.

404. (384.) δράσω τοίνυν ὑμῖν πίσυνος. In Nub. 456. δράσω τοῦθ᾽ ὑμῖν πιστεύσας. quod idem plane est. *Bergl.* τοίνυν ὑμῖν. Sic B. omissa quae vulgo inseritur particula [γε]. *Brunck.*

καὶ μανθάνετ᾽ z) ἤν τι πάθω ᾽γώ a). Hic τὸ μανθάνειν est σκοπεῖν. Nam *discere* saepe pro *contemplari*. Sic divinus poeta:

disce puer virtutem ex me verumque laborem;
fortunam ex aliis.

Sane enim fortuna non est τῶν διδακτῶν aut μαθητῶν; sed hoc loco lusit ad verba μαθεῖν et παθεῖν; ut ille qui dixit παθήματα esse μαθήματα. Per illud autem πάθος letum intelligere videtur. Nam et de vetula annosiore Nicarchus epigrammatarius, miratus longaevitatem, ait:

ὥστε με διστάζειν, μή τι πέπονθ᾽ Ἀΐδης.

Quin mors domini nostri servatoris a theologis πάθος vocatur. Ipse, inquit, sive Orcus sive Pluto leto forsan datus est, quando ista tam senex vivere potest, neque eum visere. *Fl. Chr.*

405. (386. Br.) ὑπὸ τοῖσι δρυφάκτοις. Videte, inquit, ut, si forte ex lapsu moriar, dum vobis obtemperare volo, elatum me et defletum collocetis in foro iudiciali. Nam quum ait δρυφάκτοις, quae sunt septa lignea et tabulata iudicialia, vel ligna quae ex aedificiis superextant velut moeniana, quae κιγκλίδας et καγκελωτὰς vocant, partem accipit pro toto; nempe subsellia pro foro, quae ἐκ δρυὸς structa erant, propterea δρύφακτα dicta. *Fl. Chr.*

Vulgo sic legitur hic versus:

ἀνελόντες καὶ κλαύσαντες θεῖναί μ᾽ ὑπὸ τοῖσι δρυφάκτοις.

Corrupti sunt numeri, claudicante versu in tertio pede. Certissima emendatione reposui [quod etiam *Bentl.*

---

z) Fo. μέμνησθ᾽. *Bentl.*

a) *Si moriar delapsus. Bergl.*

coniecit] praepositionem verbi compositi, e quo simplex fecerat librarius, *κατακλαύσαντες*. Vide not. ad Thesm. 408. *Brunck.*

406. (386.) *καθίει*. Euripides in Troad. 1010. *κἄπειτα πλεκταῖς σῶμα σὸν κλέπτειν λέγεις πύργων καθιεῖσα. Bergl.*

408. (388. K. 389. Br.) *ὦ Λύκε b*). Lycum heroem invocat potius quam alios deos, quia erat forensis. Infra v. 825. Philocleo litem canum domi diiudicaturus, etiam simulacrum Lyci, tanquam rem scilicet necessariam in iudicio, iubet efferri. *Bergl.* Dii *Πατρῷοι* Atheniensibus erant Apollo et Iupiter. Facete vero Comicus Philocleoni *Πατρῷον* esse fingit Lycum. Erat autem ille heros, Pandionis filius, cui posita erat Athenis statua, ad quam erat forum, ex eo vocatum *τὸ ἐπὶ Λύκῳ δικαστήριον*. Vide Pollucem VIII. 121. et Meursii Lect. Att. III. 9. *Brunck.*

409. *τοῖς δακρύοισιν*. Sic emendate scriptum in A. Male vulgo *δακρύοισι*. *Brunck.*

411. *παρὰ τὸν κλάοντα*. Imo damnati plorantes sedent ad heroum; sed voluit *εὐφημότερον*, et Lycum ait voluisse sedere iuxta miseros et moerentes. *Fl. Chr.*

412. *σῶσον νυνί*. Propter metrum lege, *σὺ νυνί;* vel puta *νυνὶ* spondeum esse. *Fl. Chr.*

413. (394. Br.) *παρὰ τὰς κάννας c*). *Ad septum tuum.* Lyci statua ab accessu munita erat septo e pa-

---

b) Lyci herois effigies, quae et *ἡρῷον* dicta, stabat in foro, ubi tribuebant et partiebantur sportulam, vel mercedem trioboli iudicibus sorte electis debitam: atque inibi decem olim viri vel sycophantae conveniebant, unde proverbium *Λύκου δεκάς:* quod referunt ad decada numerum: sed fortassis, quia respicit *δωροδόκους*, dicta est *δεκὰς ἀπὸ τοῦ δεκάζειν*, vel *ἀπὸ τοῦ δικάζειν*, ut sint Lyci *δίκαι*. *Fl. Chr.* Vide not. ad schol.

c) Quia *τὸ ἡρῷον* septum erat cannis et tegetibus, ubi libere meiere et pedere solebant ipsimet iudices, promittit se porro cautius acturum et venerabiliorem sibi fore illam sedem Lyci. *κάννη* vel *κάννα* Latine canna; sed et notant grammatici *κάννητα* dici, a *κάννης*, unde *καννηφόρος*. Nam *κάνης* et *κάννης* eadem. *Fl. Chr.* Scholia: *ὡς ψιάθοις δὲ*

lis et plexis viminibus. Hoc κάννας appellat. Non perspicuum est, quod in versione reliqui, *ad storeas tuas.* ἀποπαρδεῖν ex consequenti significat *ventrem exonerare*, idque magno cum crepitu, ἀποπατεῖν, ut est in Pluto 1184. ubi Iovis sacerdos dei sui religionem ita contemni queritur, ut nemo amplius templum ingrediatur:

πλὴν ἀποπατησόμενοί γε πλεῖν ἢ μυρίοι.

Brunck.

ἀποπαρδῶ. Scr. ἀποπάρδω. Monuit Buttmannus Gr. Gr. T. I. p. 407.

415. (396. Br.) μῶν ὁ γέρων ὅδε πῆ διαδύεται. Claudicat versus in libris omnibus: μῶν ὁ γέρων πῆ διαδύεται. Numeros restituere mihi visus sum inserendo voculam ὅδε. Vereor, ut bene, quod ad dictionem; tum in διαδύεται tertia syllaba producitur. Excidit οὐ, quod bis a poeta positum, semel tantum scripsit librarius:

μῶν ὁ γέρων πη διαδύεται; — οὐ μὰ Δί' οὐ δῆτ', ἀλλὰ καθιμᾷ.

Probabile est hoc et pro certo admitti potest. πη encliticum est. *Brunck.*

416. *d*) Porsono in praefat. ad Hecubam p. LIV. scribendum videtur:

αὐτὸν δήσας. ὦ μιάρ' ἀνδρῶν, τί ποιεῖς; οὐ μὴ καταβήσει.

scilicet ne dactylum anapaestus sequatur. Reisigius I. p. 167. scripsisse Aristophanem putat:

αὐτὸν δήσας. ὦ μιάρ' οὗτος, τί ποιεῖς; οὐ μὴ καταβήσει;

Vulgatam scripturam sanam esse putat Hermannus Elem. doctr. metr. p. 402.

περιφραττομένου τοῦ ἡρῴου καὶ ἐστεγασμένου φησίν, οὐ παρὰ κάννας οὐρήσω· τοῦτ' ἐστιν· οὐκ ἐνυβρίσω σου τὸ ἡρῷον, ἀλλὰ τιμήσω. Similis phrasis est κατατιλᾶν τῶν Ἑκαταίων, in Ran. 369. *Bergl.*

d) δήσας. λήσας. *nos latens, nobis insciis. Reisk.* οὐ μὴ καταβήσει. Typothetae errore repetitum hic fuit interrogationis signum [in Br. ed.] *Brunck.*

417. *ταῖσιν φυλλάσι.* Male vulgo *ταῖσι. Brunck.*

418. *πρύμναν e) ἀνακρούσηται.* Quasi de remigante. *Bergl.* Baifius notat ex Livio et aliis bonis auctoribus, *πρύμναν κρούσασθαι* esse remum inhibere, vel inhibere simpliciter: aliquando *ὑπομυλκεῖν*, *remulco trahere.* Hic nihil aliud est quam navem repellere in posticam; quod saepe faciunt remiges ut portum appellant, aut orae alicui applicent: scilicet ut puppem habeant terrae propinquam et intra littus; proram autem versus mare. Hic ergo ait, feri ipsum ramis siccis (sic vocat *εἰρεσιώνας*) ut retro per sua vestigia regrediatur et recurrat. *Fl. Chr.*

εἰρεσιώναις. Hoc loco *ταῖς φυλλάσι.* Sunt autem *φυλλάδες* rami aridi una cum foliis. Quid proprie sit *εἰρεσιώνη* vide ad Plut. 1055. *Bergl.*

419. (399. K. 400. Br.) Puto hic loqui Philocleonis personam *f*); sed legendum, ut constet metri ratio, *ὀπόσοισι.* Mox ubi habes, *πότε δ' εἰ μὴν ἐπαρήξετε*, quoniam deest syllaba ad metri supplementum, lege, *εἰ μὴν νῦν*, cum Veneta edit. Tamen mentem Comici propius rimanti, videtur mihi potius legendum, *εἰ μὴ νῦν: quando*, inquit, *mihi succurretis, si non nunc, priusquam introire magis cogar? Fl. Chr.*

ὀπόσοις δίκαι. Turpiter claudicat versus. Scribi debuit *ὀπόσοισι δίκαι.* Vide not. ad Pl. 815. Versus hic filio continuatur in impressis: patri melius eum tribuit A. *Brunck.*

420. (400.) *ὦ Σμικυθίων.* Pherecrates apud Athenaeum VI. p. 246. *Σμικυθίων ἐπισίτιε.* Noster in Eccles. 46. *τὴν Σμικυθίωνος οὐχ ὁρᾷς Μελιστίχην;* ibidem v. 293. aliter: *ὦ Χαριτιμία καὶ Σμίκυθε καὶ Δράκη.* In Equit. 964. *διώξεις Σμικύθην.* Qui forte diversi sunt. Alloquitur autem membra chori. *Bergl.*

---

e) Elmsleius in Museo crit. Cantabrig. VI. p. 278. scribendum esse putat *πρύμνην*, postulante, ut ait, veterum Atticorum consuetudine.

f) Philocleoni, cui etiam *Reisk.* assignaverat, tribuitur in ed. Brubach., monente *Berglero.*

422. *g*) (402.) *εἰπέ μοι.* Verbo singularis numeri alloquitur plures: ut in Acharn. 318. *εἰπέ μοι, τί φειδόμεσθα τῶν λίθων; Bergl.*

κινεῖν ἐκείνην τὴν χολήν. Sic Latine dicitur *movere bilem;* ut Horatius: *saepe mihi vestri bilem movere tumultus.* Sic dicunt Graeci *κινεῖν καμάριναν,* ut est in versu proverbiali: *μὴ κίνει καμάριναν· ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων.* Dixit autem hic *κολαζόμεθα* pro *κολάζομεν. Fl. Chr.*

423. *ὀργίσῃ τὴν σφηκιάν.* Mox v. 423. *σμῆνος οἷον ὤργισεν. Bergl.*

424. *h*) Totus locus foede corruptus est, tum scholiastarum interpretamentis, tum etiam scripturae depravatione. Primum hosce tres versiculos,

καὶ κελεύετ' αὐτὸν ἥκειν
ὡς ἐπ' ἄνδρα μισόπολιν
ὄντα καπολούμενον,

qui vel orationis frigore malam manum produnt, cave

---

g) 422—433. Haec strophica esse, quibus respondeant versus 480 seqq., pulcre vidit G. Hermannus de Metr. p. 109; sed quod et verba *ὡς ἐπ' ἄνδρα μισόπολιν ὄντα καπολούμενον* prorsus damnat, servatis sequentibus *ὅτι τόνδε λόγον εἰσφέρει, ὡς χρὴ μὴ δικάζειν δίκας,* nisi quod *οὗτος* inculcat ante *ὅτι* et pro *χρὴ* scribit *χρεών*, id nemini facile verum se approbabit, siquidem verba *μισόπολιν* et *ἀπολούμενον* ingenium interpolatoris minime produnt, servata ista produnt. Reponendum censeo:

Ὡς ἐπί τε μισόπολιν ὄντα κωλόμενον, ὅτι
Τόνδε λόγον εἰσφέρει.

Hotib.

h) 405 [ed. Br.] et sqq.
νῦν ἐκεῖνο, νῦν ἐκεῖνο
τοὐξύθυμον, ᾧ κολαζό-
μεσθα, τὸ κέντρον
ἐντέτατ' ὀξύ.

Hic vulgo deest *τό.*

410. et sqq.
καὶ κελεύετ' αὐτὸν ἥκειν,
ὡς ἐπ' ἄνδρα μισόδημον
ὄντα καπολούμενον,
ὃς λόγον τόνδ' εἰσφέρει,
ὡς μὴ δικαζ-
ειν χρὴ δίκας.

Pro *μισόπολιν* dedi quod est in 473.

418, 9. *στρ.* 428, 9. *ἀντιστρ.*) Ita Bentl. qui legit *θεοισεχθρία* et sic Brunck. in Supplemento. *G. Burges* in Classical Journal Nr. XXXI. p. 35.

ab Aristophane scriptos putes. Interpretis haec verba esse, post in Aristophanis orationem illata, antistrophica monstrant, quae v. 468. et seqq. leguntur. Ista autem verba quum semel pro Aristophaneis haberi coepissent, fieri non potuit, quin ipsis poetae verbis aliquid detrimenti afferrent. At haec si vel nutu indicentur, facile erit genuinam scripturam restituere. Sic igitur totus locus legendus est:

νῦν ἐκεῖνο, νῦν ἐκεῖνο
τοὐξύθυμον, ᾧ κολαζό-
μεσθα, κέντρον ἐντέτατ' ὀξύ.
ἀλλὰ θαιμάτια βαλόντες ὡς τάχιστα, παιδία,
θεῖτε καὶ βυᾶτε καὶ Κλέωνι ταῦτ' ἀγγέλλετε,
οὗτος ὅτι τόνδε λόγον
εἰσφέρει, ὡς χρεὼν
μὴ δικάζειν δίκας.

Sequuntur duo trochaici tetrametri catalectici: qui vero tum sequitur eiusdem metri versus, is in duos dimetros acatalecticos dispesci debet, hoc modo *i*):

ταῦτα δῆτ' οὐ δεινὰ καὶ τυ-
ραννίς ἐστιν; ἐμφανής γε.

Haec, inquit, non est audacia, non dominatio? Immo aperta quidem. *I'ε* excidit, quoniam videbatur in septenario redundare. *Hermannus* de metris p. 109 sq.

His dudum reiectis, nuper vir eximius haec mecum communicavit: „*In antistropha* [v. 484.] *non dubitandum, quin sanum sit* ὡς ἐλάνθαν' ὑπιοῦσά με. *Corruptum strophicum ita restituendum puto:*

τοὐξύθυμον, ᾧ κολαζό-
μεσθα, κέντρον
ὀξὺ τέταταί τινι.

Quae mox sequuntur, ita emendari debent, ut appareat, unde nata sint ista interpretamenta. Apparebit autem, si sic scribetur:

μισόπολιν ἄνδρ' ἐπ' ἀπο-
λούμενον, ὃς εἰσέφερε (*sive* εἰσφέρει)
μὴ δικάζειν δίκας.

---

i) Non assentior. Vide quae ad antistroph. v. 492. dicentur. Cf. etiam Reisig. I. p. 300.

Ἐπὶ pendet ex verbo βοᾶτε." *Dindorf.*

427. (408.) *θαιμάτια βαλόντες.* Vulgo *θοιμάτια λαβόντες.* Illorum prius *θαιμάτια* est in utroque cod. In A. contextus exhibet *λαβόντες*, et superne scriptum ab eadem manu *βαλόντες*, quod verum est. Non enim pallium deposuerant illi pueri. Quorsum ergo monentur ut id sumant? Sed quia iubentur quam citissime currentes Cleonem arcessere, ut expeditiores sint, praecipit eis Chorus senum, pallium ut abiiciant. *θοιμάτιον λαβεῖν* id significare non potest, quod Latini Comici dicunt *pallium attollere, colligere, in collum coniicere:* id graece diceretur *θοιμάτιον ἀναστέλλεσθαι.* Qui celeriter aliquid acturi erant, pallium aut deponebant, aut colligebant: prius hic facere iubentur pueri. *Brunck.*

428. *Κλέωνι ταῦτ' ἀγγέλλετε.* In Ran. 571. *ἴθι δὴ κάλεσον τὸν προστάτην Κλέωνα. Bergl.*

433. (414.) *ὡς δίκας χρὴ μὴ δικάζειν.* Ordinem vocum inverterant librarii: *ὡς χρὴ μὴ δικάζειν δίκας.* Versus hic, ut superiores, trochaicus est. *Brunck.*

434. Hic est *εἴσθεσις διπλῆς ἀμοιβαίας*, versus continens 48. omnes trochaicos tetrametros catalecticos, praeter quartum et quintum, decimum quartum et decimum quintum, qui trimetri sunt antispastici acatalecti, mixti epitritis et diiambis. Sed notandum decimum quintum habere secundum pedem quinque syllabarum. Lego autem pro *τόνδ' ἐγὼ οὐ μεθήσομαι*, ut versus constet suis pedibus, *τόνδε γ' οὔ:* sed et malim *μεθήσομεν.* Quod autem ait, *μὴ κεκράγατε*, in hoc oeconomiam fabulae agnoscas. Nam interea saltaturus pallium ponit Chorus, et facessunt pueri. *Fl. Chr.*

435. (414. K. 416. Br.) *νὴ Δί' ἐς τὸν οὐρανόν γε.* Scilicet *κεκραξόμεθα.* In Ran. 787. *νὴ Δί', οὐρανιόν γ' ὅσον (ἀνεβόα).* Euripides in Hippolyt. 1203. *ὀρθόν τε κρᾶτ' ἔστησαν, οὖς δ' εἰς οὐρανὸν ἵπποι. Bergl.*

τόνδ' ἐγὼ οὐ μεθήσομαι. In unam syllabam coalescunt *ω ου*, quod miror Florentem ignorasse. Vide not. ad Ran. 515. p. 229. [136. ed. Lips.] Praeterea observandum librorum omnium hanc esse lectionem:

nullus habet, *τοῦδ' ἐγὼ οὐ μεθήσομαι*, quod, ni fallor, ingratum auribus accideret. Haud temere ergo in nota ad Euripidis Medeam 737. statui formam mediam *μεθίεμαι* aeque bene cum quarto et cum secundo casu construi *k*), tametsi hic frequentius occurrit. Mox in v. 434.

καὶ λάβεσθε τουτουΐ, καὶ μὴ μεθῆσθε μηδενί.

Tam bene *αὐτὸν* quam *αὐτοῦ* subaudiri potest. Mecum sensisse videtur Musgravius, quem non offendit istud in Iphig. A. v. 510. *οὐκ ἂν μεθείμην*, quod Menelaus respondet seni, qui dixerat:

ἄλλως ἁμιλλᾷ ταῦτ' · ἄφες δὲ τήνδ' ἐμοί.

ibi et *αὐτῆς* et *αὐτὴν* subaudiri potest. *Brunck.*

456. Hunc versum Choro tribuunt *Bentleius* et *Tyrwhittus*.

437. (416. K. 418. Br.) *Θεώρου θεοσεχθρία.* Theorus perstringitur alibi a nostro Comico ut periurus et moechus, olim missus ad Sitalcem ab Atheniensibus: hic vero tanquam assentator et *δημαγωγὸς*, quique cum Cleone praefuerit iudiciis et iudicibus. Meminit huius in Equit. [608.] et in Acharn. [134. 135.] et infra [599. 1220. 1256.] in hac fabula. Quod autem improbus esset et nequam, ei *θεοσεχθρίαν* tribuit, i. e. *odium deorum:* ut a *καλὸς* et *ἀγαθὸς* dicitur *καλοκἀγαθία*, sic a *θεὸς* et *ἐχθρὸς*, *θεοσεχθρία*, quae proprie est malitiosa impietas et *πανοῦργος ἀσέβεια*. Usus est hac voce in Pluto suo Archippus: *οἴμοι, τί ἐστι, μῶν ἔδωκε* (lege *ἔδακε*)*; τί δ' ἔδακεν; κατὰ μὲν οὖν ἔφαγε κἀπέβρυξε, τίς ἡ πανουργία τε καὶ θεοσεχθρία; Fl. Chr.* Hunc

---

k) Brunckio repugnant Porson. ad Euripides Med. 734. eiusque sectatores. „Huiusmodi regulae eo plerumque vitio laborant, quod non ad omnes locos accommodari possunt. *Μεθίεσθαι* non magis quam *λαμβάνεσθαι* per se genitivum regit, sed tum demum, ubi partem alicuius rei omitti significamus. Ubi autem aliquid totum, quod nostrum est aut ad nos pertinet, nos omittere dicimus, nihil impedit, quin etiam accusativo utamur. Neglexerunt, qui regulam istam procuderant, Aeschyli locum licet non vacuum menda, in Suppl. 856. *πελεύω βίᾳ μεθέσθαι ἴχαρ φρενί τ' ἄταν.*" *Hermann.* ad Sophoclis Electr. 1269.

tanquam periurum perstringit in Nub. 599. Vide supra ad v. 45. *Bergl.*

Manifesto vitio laborat huius versiculi metrum. Tetrameter est paeonicus e solis creticis constans, ut et sequens: unde liquet 1° mendosam esse codicis B. lectionem, *ὦ πόλι, καὶ* — 2° versum in tertio pede claudicare, qui dactylus est. Haud proclive est divinare, quid poeta reliquerit: forte *καὶ Θεώρου θεοισεχθρία*. Versus 428. et sequens sunt etiam tetrametri paeonici. *Brunck.* in Supplem. *Δὲ* inserendum post *Θεώρου* metri causa. *Hotib.*

438. (419. Br.) *προέστηκεν ὑμῶν*. Ex vi sententiae Florens et Berglerus verterunt, tanquam si legissent *ἡμῶν*, quod in textu reponi debuit, eoque fidentius, quod sic plane scriptum est in B. Frequens in horum pronominum permutatione librariorum est lapsus. *Brunck.* in Addendis.

440. *ἐν δίκῃ*. Scholia: *ἐν τῇ δίκῃ· ἀντὶ τοῦ δικάζοντες*. *Bergl.*

Φίλιππον — τὸν Γοργίου l). Hos ambos tanquam sycophantas et barbaros notat in Av. 1700. *καὶ τρυγῶσι ταῖς γλώτταισι συκάζουσί τε· βάρβαροι δ' εἰσὶν γένος, Γοργίαι τε καὶ Φίλιπποι· — κἀπὸ — κείνων τῶν Φιλίππων — ἡ γλῶττα χωρὶς τέμνεται*. Ex quibus posterioribus verbis etiam apparet, eum poenam aliquam sustinuisse. *Bergl.*

442. (423. Br.) *ἵεσο*. Sic A. Perperam vulgo *ἵεσο*. Est ab *ἵεμαι* significante *ὁρμῶ*, cuius prima producitur. *Brunck.*

443. (424.) *ἐμπλήμενος*. Codd. ut primariae editt. *ἐμπλησμένος*. At illud in A. superscriptum. Vide ad Conc. 56. *Brunck.*

---

l) Gorgias tangitur ut proditor, barbarorum partes fovens. Puto itaque legentum *τοῦ Γοργίου*, vel *τῇ*. Valet autem *ἐν τῇ δίκῃ* idem ac *δικάζοντες:* sed fortassis de Philippo quodam innuit Gorgiae filio. Tamen puto intelligi de Macedonum rege, paulo retro tempora Aristophanis et convenienter pro aetate senum istorum. *Fl. Chr.*

444. *σμῆνος*. Examen apum proprie *σμῆνος*, et recte his senibus attribuitur, quorum chorus est *σύστημα σφηκῶδες*. *Fl. Chr.*

448. *m*) *τὰς χελώνας μακαριεῖν σε τοῦ δέρματος n*). Ita verberaberis, ut cupias te habere cutem testudinis, ut ille servus infra v. 1283. *ἰὼ χελῶναι μακάριαι τοῦ δέρματος — ὡς εὖ κατηρέψασθε καὶ νουβυστικῶς κεράμῳ τὸ νῶτον, ὥστε τὰς πλεύρας στέγειν· ἐγὼ δ' ἀπόλωλα στιζόμενος βακτηρίᾳ*. *Bergl.*

449. (430.) *εἶα νῦν, ὦ ξυνδικασταί*. Sic B. omissa particula *γε*, post *νῦν* vulgo inserta: et hoc quidem bene. Sed male in eo cod. *εἶα* geminatum. In A. etiam *ξυνδ—*. *Brunck.*

ὀξυκάρδιοι. Aeschylus in Septemth. 913. de Eteocle et Polynice loquens: *ἐμοιράσαντο δ' ὀξυκάρδιοι κτήματα*. ubi scholia: *ὀξύθυμοι ὄντες*. Noster paulo ante: *ἐκεῖνο τὸ ὀξύθυμον κέντρον*. Et infra v. 452. *οἷός ἐστ' ἀνδρῶν τρόπος ὀξυθύμων*. *Bergl.*

450. *αὐτῶν*. F. *ἀνδρῶν*. *Reisk.*

451. (432. Br.) *τῷ 'φθαλμῷ κεντεῖτε*. In Nub. 943. *τὸ πρόσωπον ἅπαν καὶ τῷ 'φθαλμῷ κεντούμενος ὥσπερ ὑπ' ἀνθρηνῶν — ἀπολεῖται*. *Bergl.* *οἱ δὲ τῷ 'φθαλμῶν κύκλῳ κεντεῖτε καὶ τοὺς δακτύλους*. Sic optime Florens *o*). Mendosissime in libris omnibus legitur:

οἱ δὲ τῷ 'φθαλμῷ κύκλῳ κεντεῖθ'· οἱ δὲ τοὺς δακτύλους.

Brunck. Reponendum *τῷφθαλμῷ 'ν κύκλῳ*. *Elmsl.* ad Acharn. p. 108.

---

m) 447. *εἰ δὲ μή γε, φημ' ἐγώ*. *Reisk.*

n) Ita, inquit, calebunt tibi costae prae verberibus ut pellem cupias habere testudinis. Et enim ossea testudinum cutis et apta ictibus accipiendis. In hoc versu ut diximus, secundus pes est *πενθασύλλαβος*. *Fl. Chr.*

o) Haeret in hoc versu metrica macula, quam eluere possis, si legas me coniectore, *κεντεῖτε καὶ τοὺς δ*. Sed et putarem melius *τῷ 'φθαλμῶν κύκλῳ*, *orbes* oculorum: nisi intelligas de vespis circumvolantibus ipsos oculos. *Fl. Chr.*

452. *p*) (433. Br.) Sic legitur hic versus in libris omnibus, scriptis et impressis:

ὦ Μίδα, καὶ Φρύξ, βοηθεῖτε δεῦρο, καὶ Μασυντία.

Prorsus corrupti sunt numeri, quod statim animadvertit, quicunque legitimum sonum digitis et aure callet. In perspicienda menda acutus non fuit Florens: aliquid his inesse a more alienum persensit, sed vitium dissimulavit festiva excusatione: *Notandum est in hoc versu βοηθεῖτε trisyllabum esse et coalescere (ut ego quidem iudico, raro tamen exemplo) ο et η.* Sed, o dulcissime, si *ο* et *η* coalescunt, quidni scribebas *βωθεῖτε?* Nempe hoc Ionicum est, ut norunt qui Herodotum legerunt, quod et docent Hesychii interpretes ad *βωθεῖν.* Neque sic quidem versui consultum esset, inducto in tertiam sedem spondeo contra metri legem, idque sive *βωθεῖτε*, sive *βοηθεῖτε* legatur: nam syllaba e duabus vocalibus in unam coalitis necessario longa est. Iam quod res est dicam. Scripserat Comicus:

ὦ Μίδα, καὶ Φρύξ, βοηδρομεῖτε, καὶ Μασυντία.

Superscripta verbo *βοηδρομεῖτε* glossa, *βοηθεῖτε*, in genuinae vocis locum irrepsit: postea versus fulciendi gratia sciolus *δεῦρο* infersit. Vide Suidam in *βοηδρομεῖν*, ubi per verbum *βοηθεῖν* bis illud explicat. Est vox veteris Atticismi, ut liquet e mensis nomine *Βοηδρομιών*, et nomine festi *Βοηδρομία.* Mirabor, ni ludos faciat emendationem hanc facetus aliquis cavillator: sed ipse ludet operam, eumque deridebit quidquid est ERUDITORUM. *Brunck.* Mirare Brunckii, dum errat, confidentiam. Quid tanto molimine opus erat? Quod Aristophanem scripsisse primus adspectus docet, *βοήθει*, repositum est a *Bentleio.*

---

p) *ὦ Μίδα καὶ Φρύξ.* Servos vocat. *Bergl.* Servorum nomina sic olim imposita a gentibus vel regibus devictis; proinde ut vides apud Vitruvium columnas Doricas, Persicas, et Caryatidas, figuram habentes feminarum ex illis nationibus ad memoriam perpetuae servitutis et gloriam victorum, qui has sibi obnoxias reddiderint et fecerint esse Atlantes et Telamones in oneribus ferendis. Notandum —*η. Fl. Chr.* Vulgatae inconcinne *βοηθεῖτε δεῦρο*, Brunckius pro arbitrio *βοηδρομεῖτε.* scribendum *βοηθεῖν δεῦρο*, infinitivo posito loco imperativi, sicut passim. *Hotib.*

453. (454. Br.) *λάβεσθε τουτουί.* Sic codd. ut impressi. *FLORENS: Nescio quo modo malim legere τουτονὶ, non τουτουΐ.* Quod tu nescis, neque ego profecto scio. *λαβέσθαι* eodem modo, quo *ἔχεσθαι, μεθίεσθαι,* cum genitivo construitur. In Lys. 445. *ταύτης ἔχου.* 1121.

οὗ δ' ἂν δίδωσι, πρόσαγε τούτους, λαβομένη.

ubi constructio est: *πρόσαγε δὲ τούτους, λαβομένη οὗ ἂν δίδωσι.* Lucianus in *Cataplo, ὧν εἰ λαβοίμην* — quod non absimile est Virgiliani *Quos ego — μὴ μεθῆσθε.* Sic duo codd. recte. Vulgo *μεθείσθε.* Vide not. ad Ran. 1380. *Brunck.*

454. *q*) (435. Br.) *εἰ δὲ μή, 'ν πέδαις.* Istone modo scribatur, an plene *μὴ ἐν,* nihil interest. Vide Orvillium ad Charit. p. 325. [396. ed. Lips.]. In codd. ut in primariis editt. omissa praepositione, scriptum est *μὴ πέδαις.* At in A. superscripta nostra lectio. *Brunck.*

455. (454. K.) *πολλῶν ἀκούσας οἶδα θρίων τὸν ψόφον r*). Alludit ad proverbium *πολλῶν ἐγὼ θρίων ψόφους ἀκήκοα.* quod alias illi usurpant, qui minas alicuius parum se curare volunt significare; hic Bdelycleo timet minas chori: itaque, ut dixi, tantum est allusio ad proverbium. Vocat autem senes istos *θρῖα,* id est, *φύλλα συκῆς, folia ficus,* respiciens ad etymon vocis *συκοφάντης,* atque istos tecte sycophantas appellat. *Bergl.*

456. (437. Br.) *εἰ δὲ μὴ τοῦτον μεθήσεις.* Sic recte

---

q) *εἰ δὲ μή, πέδαις* [ut pars vett. edd.]. Ex Graeco Scholiaste suspicor legendum, *μὴ 'ν* pro *μὴ ἐν. Si,* inquit, *statim non accurritis huc et succurritis, faciam ut vincti crassis compedibus nihil omnino habeatis ad edendum.* Sic autem Aeschylus Agam.: *ἀλλ' ὁ δυσφιλὴς σκότῳ* (male *κότῳ* legebatur ante correctionem Iosephi Scaligeri) *λιμὸς οὐνοικος μαλθακὴν σφ' ἐπόψεται.* Ubi *σκότῳ* pro tenebrico carcere dictum est. Et Pacuvius in Duloreste (censente divino coniectore eodem Scaligero) dixit: *tenebrica lacerabo fame clausum et fatigans artus torto distrahiam. Fl. Chr.*

r) Haec folia, ut lauri, in ignem posita crepitant, et locum dedere proverbio per hunc senarium: *πολλῶν — ἀκήκοα.* in eos, qui interminari solent et tumultuari ventoso et inani conatu. *Fl. Chr.*

B. Soloece vulgo *μεθήσῃς*. Vide not. ad v. 190. — *ἔν τί σοι* — Sic bini codd. recte, ut et primariae editt. Male Berglerus s) *ἐν τί σοι*. Scilicet *ἔν παγήσεταί τι κέντρον σοι*. In altera lectione quam auctoritate carentem invexerunt Farrei operae, ex errore, ut videtur, tmesis est, *ἐμπαγήσεταί τι σοι*. *Brunck.*

457. *Δρακοντίδη*. Tractus a servis Philocleo, quiritat et Cecropa urbis conditorem inclamat, qui *διφυὴς* fuisse perhibetur et pedes in serpentem desinentes habuisse. Propterea ludit Aristophanes et iocatur in nomine *Δρακοντίδου*, qui et serpentis naturam designat, et eo tempore hoc nomine vocatum reum quendam antea vidimus. *Fl. Chr.*

458. *βαρβάρων*. Evocabantur enim Midas et Phryx v. 431. *Bergl.*

459. (438. K.) *ἐδίδαξα κλαίειν*. Voluerat non *κλαίειν*, sed *πέττειν* et *διαρτίζειν*. Tamen ambigua significatio *τῆς χοίνικος*, qua et notantur pedicae et mensura sextarii, facit ut non male existimem servis exprobrari vetera beneficia tanquam ingratis: ut hinc eos *μαστιγίας* et *ἀνδραποδώδεις* significet. Porro in choenice mensura quatuor magni panes pinsebantur, octo parvi. Fortassis autem haec verba, *οὓς ἐγὼ 'δίδαξα*, proverbium fuit. *Quos*, inquit, *docui farinas pinsere et coquere. Fl. Chr.* Beneficia sua commemoraturus, contrarium dicit, ut infra v. 447. *οὐκ ἀναμνησθεὶς ὅθ' εὗρων τοὺς βότρυς κλέπτοντά σε — ἐξέδειρ' εὖ κἀνδρικῶς· σὺ δ' ἀχάριστος ἦσθ' ἄρα*. Dicitur autem *κλαίειν τέτταρα*, ut *ἠσθῆναι τέτταρα*, in Acharn. 2. *Bergl.*

ἐς τὴν χοίνικα. Ludit in ambiguitate vocis, quae et mensuram quandam significat, ut satis notum, et pedicam, ut in Plut. 276. Vult autem significare illos servos vinctos fuisse. *Bergl.*

461. (442. Br.) *Δηλαδὴ* ab antiquioribus scriptoribus, si recte memoriae fido, non ita nude, ut Latinorum *nempe, utique*, sermoni adiungitur, sed vel se-

s) *ἔν τι σοι*. Male Aldina et Iuntina et Brub. *ἔν* pro *ἐν*. Farrei *ἐν τί σοι*. *Bergl.*

quente ὅτι, vel absolute et elliptice in responsionibus. Quare non recte editur in Ar. Vesp. 441. 442.

εἶτα δῆτ' οὐ πόλλ' ἔνεστι δεινὰ τῷ γήρᾳ κακὰ
δηλαδή; κ. τ. λ.

cum scribendum sit:

εἶτα δῆτ' οὐ πόλλ' ἔνεστι δεινὰ τῷ γήρᾳ κακά;
δῆλα δή a)· κ. τ. λ.

Buttmann. ad Platonis Critonem p. 93.

τούτω b), dualis. Operarum errore in Kusteriana τούτῳ, quam mendam retinuit novissima Batava. *Brunck.*

462. (441. K.) πρὸς βίαν χειροῦσι. Aeschylus in Prometh. 352. ἰδὼν ὄρνιτειρα δαΐου τέρας ἑκατογκάρηνον πρὸς βίαν χειρούμενον Τυφῶνα. Ibidem aliter v. 212. οὐ κατ' ἰσχύν, οὐδὲ πρὸς τὸ καρτερόν. et in Agam. 133. ἁλαπάξει πρὸς τὸ βίαιον. Sophocles in Philoct. 613. πρὸς ἰσχύος κράτος. Vide ad Acharn. 73. *Bergl.*

464. c) (443. K.) καὶ κυνᾶς. Rustici galeri pel petasi, quales Mercurius ferre solet, ex canina olim pelle fiebant et iis utebantur ad defendendam pluviae iniuriam. Sic in Nubibus [268.] senex ille imbrem metuens ait: τὸ δὲ μὴ κυνῆν οἴκοθεν ἐλθεῖν ἐμὲ τὸν κακοδαίμον' ἔχοντα. Dixit autem ῥιγῶν pro ῥιγοῦν Dorico more et Atticis usitato. *Fl. Chr.*

469. (450. Br.) πρὸς τὴν ἐλάαν. Sic B. In A. ut vulgo, ἐλαίαν. Sed ι delendum esse, subscriptum minio punctum indicat. Vide notam ad Aves 617. *Brunck.*

470. ἦσθ' ἄρα. Conf. Heindorf. ad Platon. Phaedon. p. 54.

472. (451. K.) ἀλλὰ τούτων μέν. Pro ὑπὲρ τούτων, vel τούτω in duali legendum, ut respondeat ad δώσετον. *Fl. Chr.* δώσετον καλὴν δίκην. In Equit. 918. δώσεις ἐμοὶ καλὴν δίκην. *Bergl.*

---

a) Emendationem occupavit *Fl. Chr.* „post κακὰ distinguo cum interrogatione, et lego δῆλα δή: Attice pro δῆλον."

b) τούτων. *horum*, servorum nempe, *pristinum dominum. Reisk.*

c) χειμῶνος οἵως ὠφέλει. *Reisk.* Idem v. seq. ῥιγεῖν aut ῥιγῶεν scribi vult et v. 468. ἀναμνησθήσει.

473. *οὐκέτ' ἐς μακράν.* Aeschylus in Suppl. 932. *κλάοις ἄν, εἰ ψαύσειας, οὐ μάλ' ἐς μακράν.* Demosthenes Olynth. II. *δοκεῖ δ' ἐμοιγε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δείξειν οὐκ εἰς μακρὰν, ἂν οἵ τε θεοὶ θέλωσι, καὶ ὑμεῖς βούλησθε. Bergl. οἷον. οἷος* Suid. v. *ἵν' εἰδῇς. Bentl.*

474. *ὀξυθύμων.* Euripides in Bacch. 669. *τὸ γὰρ τάχος σοῦ τῶν φρενῶν δέδοικ', ἄναξ, καὶ τοὐξύθυμον.* Noster infra v. 1100. *οὐδὲν ἡμῶν ζῶον ἠρεθισμένον μᾶλλον ὀξύθυμόν ἐστι. Bergl.*

δικαίων. Fo. *δικαστῶν:* vid. 548. [570.] *Bentl.*

βλεπόντων κάρδαμα. Id est *δριμύτατα, acerrime videntium.* Nihil enim acrius nasturtio, quod a tormento narium dictum; et testatur Plinius et Virgilius ostendit in Moreto: *quaeque trahunt acri vultus nasturtia morsu.* Proverbium habes apud Hesychium: sed deest explicatio. Etymon censent quidam quasi *κάρη δάμνον,* quia tentet caput sua acrimonia et torpori addicat: alii *ἀπὸ τῆς καρδίας;* unde stolidi et segnes *κάρδαμον ἐσθίειν* iubentur, ut sint acriores: quod mirari me facit de torpore. Dioscorides erucae simile facit et propterea *τὰ ἀφροδίσια παρορμᾷν* scribit. Contra censet Plinius, cui succinit Cassianus in Geoponicis l. II. c. 27. Ait enim: *τὸ κάρδαμον συνουσίας ἐφεκτικόν.* Sane quum vim habeat attractivam, non mirum si officia naturae inhibeat. Sunt enim *τὰ κάρδαμα ἐπισχετικὰ τῶν οὔρων καὶ τῶν πτυσμάτων.* Itaque pueri Persarum pro opsoniis assuescebant cardamis, quia apud ipsos turpe erat palam mingere, mungere, spuere, ut scribit Xenophon l. I. [2, 16.] *τῶν Κύρου πράξεων:* hunc enim titulum malo, quando invenitur etiam in vetustis codicibus, quam *Κύρου παιδείας:* plenior enim, imo verior videtur. Nicander *καρδαμίδα* dixit pro *cardamo. Fl. Chr.* Vide ad Ranas 616. *Bergl.*

475. (454. K.) *τοὺς σφῆκας ἀπὸ τῆς οἰκίας.* In Acharn. 864. *οἱ σφῆκες ἀπὸ τῶν θυρῶν· πόθεν προσέπταν οἱ κακῶς ἀπολούμενοι;* Menander: *οὐ σοβήσει' ἔξω, φησὶ, τὰς ὄρνιθας ἀφ' ἡμῶν; Bergl.*

476. *τῦφε πολλῷ τῷ καπνῷ.* Apes enim et vespae fumo et suffitu exagitantur, ut dixit Maro: *fumos*

praetende sequaces. Hoc enim est *καπνῷ διώκειν* vel *ἀποσοβεῖν.* Ceterum *σοῦσθε* verbum abigeum, ut supra *σοῦ, σοῦ. Fl. Chr.*

477. (456. K. 458. Br.) *σοῦσθε d).* Verbum *σοῦσθαι* habet significationem concitationis et impetus. Aeschylus in Persis 24. *βασιλῆς βασιλέως ὕποχοι μεγάλου σοῦνται.* ubi scholia: *ὁρμῶσι.* Idem in Suppl. 843. *σοῦσθε, σοῦσθ' ἐπὶ βᾶριν ὅπως ποδῶν.* Sophocles in Aiace 1423. *σούσθω, βάτω.* ubi scholia: *ὁρμάσθω. Bergl.*

οὐκ ἀπίεσθε. Sic omnino scribi debuit. Vulgo corruptis numeris legitur *οὐκ ἄπιτε* [quod in *οὐκ ἄπεστε* mutari volebat *Bentl.*], quintam sedem pyrrichio tenente. *Brunck.* Vulgo: *οὐχὶ σοῦσθ' ἐς κόρακας; οὐκ ἄπιτε; παῖε τῷ ξύλῳ.* Meliorem scripturam ex cod. Rav. recepit Invern. G. Burgesio in praefat. ad Euripid. Troad. p. XVI. scribendum videtur: *οὐχὶ σοῦσθ' ἐς κόρακας· ἄπιτε. παῖε, παῖε τῷ ξύλῳ.* Reiskio in mentem venerat *οὔκουν ἄπιτε.*

478. *Αἰσχίνην.* Scholia: *ἀντὶ τοῦ καπνὸν εἰπεῖν ἢ πῦρ, Αἰσχίνην εἶπεν, ἐπεὶ καπνὸς ἐκαλεῖτο.* Vide supra ad v. 324. *Bergl.*

Σελαρτίου e). Scholia: *ἀντὶ δὲ τοῦ εἰπεῖν Σέλλου, ἔπαιξεν, ἐπεκτείνας Σελαρτίου, ἕνα πάλιν ὡς καπνὸν κωμῳδήσῃ καὶ ψευδόπλουτον· παρὰ τὸ σέλας.* Vide 324. *Bergl.*

479. *ἆρ' ἐμέλλομέν ποθ' ὑμᾶς ἀποσοβήσειν.* In Nub. 1305. *ἔμελλον ἄρα παύσειν σ' ἐγώ.* In Ran. 268. *ἔμελλον ἄρα παύσειν ποθ' ὑμᾶς. Bergl.*

480. 481. Inepte vulgo Choro tribuuntur duo isti versus. *Brunck.* Editor adnotationum Bentleii refert, haec Sosiae a Bentl. tributa esse, ut a Brunckio quoque factum sit. Apparet, eum aut Bentleii librum aut Br. editionem negligenter inspexisse.

---

d) Conf. Valcken. ad Theocrit. Adoniaz. p. 265.

e) Quum debuisset ignem vel fumum dicere, dixit Aeschinem Selli filium, qui, ut supra notavimus, fumus dictus est ob *ψευδαλαζονείαν.* Lusit autem facete ad Selliadem, quum ait *Σελαρτίου:* quia *σέλας* flamma est et fumus a flamma. *Fl. Chr.*

481. *f*) (460. K. 462. Br.) Hic est ultimus versus *τῆς εἰςθέσεως*, quam diximus 48 versibus constantem. Salse autem invehitur in Philoclem poetam, ut arbitror, comicum, dura et aspera vocans ipsius carmina. Non me latet duos fuisse tragicos, ut in Avibus [282.] notat Scholiastes quum de Philocle tragico, qui post Sophoclem Tereum vel Epopa scripsit in tetralogia Pandionide. Sed quum idem glossographus dicat de tragico, eum *οὐδαμοῦ κεκωμῳδῆσθαι*, facile adducor ut ad comicum haec referam, qui Philopeithis filius fuit, ex Aeschyli sorore, qui *Ἀλμίων* dictus, quia asper et amarus erat: est autem *ἅλμη, πικρία*. Haec sane expetere videntur in hunc Philoclem, neque aliter censeam. *Fl. Chr.* Xenarchus [Aristophanes] comicus apud Athenaeum IX. p. 367. *καὶ πῶς ἐγὼ Σθενέλου φάγοιμ' ἄν ῥῆμά τι εἰς ὄξος ἐμβαπτόμενον, ἢ λευκοὺς ἅλας;* Philocles autem fuit malus poeta; noster in Thesm. 174. *ταῦτ' ἄρ' ὁ Φιλοκλῆς αἰσχρὸς ὢν αἰσχρῶς ποιεῖ. Bergl.*

Vulgo legitur corruptis numeris:

εἴπερ ἔτυχον τῶν μελέων Φιλοκλέους βεβρωκότες.

quartam sedem iambo tenente, cui non magis locus est in metro trochaico, quam trochaeo in iambico. In B. scriptum *τῶν μελέων τῶν*. In A. posterior articulus *τῶν* inter lineas repositus. Inde pronum fuit versum restituere:

εἴπερ ἔτυχον τῶν μελῶν τῶν Φιλοκλέους βεβρωκότες. Brunck.

482. *g*) Chori persona hic reponi debuit: libri semichorum habent e librarii sedulitate, qui sic erro-

---

f) Fo. *τῶν τι μελέων* vel *τῶν μελέων τῶν. Bentl.*

g) 462. [ed. Br.] et sqq.

ἆρα δῆτ' οὐκ αὐτὰ δῆλα
τοῖς πένησιν, ἡ τυραννὶς
ὡς λάθρα γ' ἔλαβ'
ὑποπιοῦσά με.

Vulgo *ἐλάνθαν' ὑπιοῦσα*. Rav. *ἐλάμβαν':* Ipse dedi *ἔλαβ' ὑποπιοῦσα;* cf. Antig. 531. *ὡς ἔχιδν' ὑφειμένη, λήθουσά μ' ἐξέπινες.*

468. et sqq.
οὔτε τιν ἔχων πρόφασιν
οὔτε λόγον εὐτράπελον

473. et sqq.
σοὶ λόγους, ὦ μισόδημε
καὶ μοναρχίας ἐραστά,

rem corrigere se existimavit, quo binis superioribus versibus pro Bdelycleonis persona Chorum praefixerat. *Brunck.*

οὐκ αὐτὰ δῆλα. Cum interrogatione haec legenda. Male autem videtur Scholiastes referre *αὐτὰ δῆλα* ad *τυραννίς:* male, inquam. Nam primus hic versus cum secundo dimeter est trochaicus. *Fl. Chr.*

484. *h*) (465. Br.) Vulgo sic legitur hic versus:

ὡς λάθρα γ' ἐλάνθαν' ὑπιοῦσά με.

Reiectis librariorum sordibus, dimeter fit trochaicus, ut duo superiores:

ὡς λάθρα μ' ἐλάνθαν' ὑπιοῦσ',

Brunck. Vide supra p. 396.

485. (464. K. 466. Br.) *πονωπόνηρε.* Hoc etiam verbum, ni fallor, exstat in Lysistrata, ubi nos aliquid notavimus. Valet autem hic, *ἐν ἀσκήσει καὶ μελέτῃ τῆς τυραννίδος πεπονημένε.* At *κομηταμυνία* vox est composita a *κομᾶν*, quod est *μέγα φρονεῖν* et proinde *λακωνίζειν* (nam Lacones gloriabantur de fortitudine) et ab Amynia, qui notus erat osor populi. Epitheton utrumque nihil aliud innuit, quam patriae inimicum et tyrannum. Ceterum *κόμης* est etiam *ὁ λαοῦ ἄρχων:* Latina, ut reor, originatione, quae *comites* regulos vocat. *Fl. Chr.*

πόνῳ πονηρέ. Sic divisim scribendum *i*). In Lys.

αὐτὸς ἄρχων μόνος.

καὶ ξυνῶν Βρασίδᾳ καὶ φορῶν κράσπεδα στεμμάτων τὴν δ' ὑπήνην ἄκουρον τρέφων.

486, 7.

οὐδέποτ' ἄν· οὐχ ἕως σοῦ τι λοιπὸν ᾖ,
ὅστις ἡμῶν ἐπὶ τυραννίδ' ἐστάλης.

Vulgo *τί μου.* *G. Burges* in Classical Iournal N. XXXI. p. 35.

h) 484. *Ὡς λάθρα γ' ἐλάμβαν' ὑπιοῦσά με.* His non respondet strophicus 425. Puto equidem, forte depravatum *ἐλάνθανεν* addendi *λάθρα* ansam praebuisse, scribendumque esse:

Ὡς ἐλάνθανέν μ' ὑπιοῦσα,

vel, fere secundum Brunckium, *Ὡς λάθρα μ' ὑπιοῦσ' ἐλάνθαν',* Versus glycon. hypercat., sicut ille. *Hotib.*

i) Monuerat iam Lennepius ad Phalarin p. 61. b.

350. [quem locum attulit *Bergl.*] ὦ ἄνδρες πόνῳ πονηροί. Ibi observare neglexi scripturam hanc exhibere Regium B. et Augustanum. Eadem est etiam apud Suidam. *Brunck.*

κομηταμυνία. κομήτης dicitur homo superbus, ut in proverbio, οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐ ψηνίζεται. Amynias autem erat talis; hinc infra etiam v. 1259. Ἀμυνίας ὁ Σέλλου οὐκ τῶν κρωβύλου. *Bergl.*

488. λόγον εὐτράπελον. Comici hoc nomine δεξιὸν vocant (et Comicus hic noster celebris est δεξιότητος ἕνεκα ἐν λόγοις et προσώποις, quod tamen negat Plutarchus) et hominem natura factum ad ἀρέσκειαν, imo natum rebus agendis; hic sane pro εὔστροφον et πιθανὴν ἀπολογίαν. Saepe pro scurra et faceto μιμολόγῳ usurpatur, et apud M. Tullium pro urbanitate εὐτραπελίαν agnoscas. Nos Gallofranco idiotismo dicimus *un plaisant.* Hoc nomine dives vocatur apud Horatium in Sermonibus; sed fortasse ab εὐτραπελίᾳ hoc ille nomen sibi pepererat. *Fl. Chr.*

490. Sanissima librorum omnium scriptura καὶ τῆς Elmsleio ad Euripidis Medeam p. 99. in τε καὶ mutanda esse videtur.

491. ἔλθωμεν. Elmsleius l. l. scribi vult ἔλθοιμεν, collata Hermanni nota ad Sophoclis Aiac. 1200.

492. *k*) — 496. Respondent haec versibus 456 — 438. et sic scribenda sunt:

σοὺς λόγους, ὦ μισόδημε καὶ μοναρχίας ἐρῶν,
καὶ ξυνὼν Βρασίδᾳ, καὶ φορῶν κράσπεδα
στεμμάτων, τὴν θ' ὑπήνην ἄκουρον τρέφων;

Vulgatam scripturam ἐραστὰ agnoscit Suidas v. μισόδημε et ἄκουρος. *Dindorf.*

---

k) 492 seqq. Haec ita scribenda ac digerenda:

Σοὶ 'ς λόγους, ὦ μισόδημε καὶ μοναρχίας ἐρα-
στροφῆ.
στὰ, ξυνὼν Βρασίδᾳ, καὶ φορῶν κράσπεδα
Στεμμάτων, τὴν θ' ὑπήνην ἄκουρον τρέφων;

Mire chori increbrescens πάθος exprimit medio in verbo coepta stropha, sicut Ran. 243. Σοὶ 'ς λόγους, i. e. Σοὶ ἐς λόγους, pro vulgato Σοὶ λόγους reponi lingua iussit. Καὶ vulgo lectum ante ξυνὼν versum evertit. *Hotib.*

494. (475.) καὶ ξυνὼν Βρασίδᾳ. Id est λακωνίζων. Nam Brasidas fuit Lacedaemoniorum imperator fortissimus, cuius mater egregia matrona, quum fortiter ipsius occasum accepisset, memorabile dictum extulit, quod recenset Plutarchus in apophthegmatis Laconum. Dux ille in bello Peloponnesiaco occubuit cum Cleone Atheniensium duce, ita ut mutua ambo occidione occiderent. Eum Brasidam alterum Graeciae pistillum vocat hic Comicus in Irena; non alia ratione, nisi quia paci adversabatur. Causam cum elogio refert Thucydides: διὰ τὸ εὐτυχεῖν καὶ τιμᾶσθαι ἐκ τοῦ πολεμεῖν. Multi enim bello nobiles et clari evaserunt, qui si pacem quaesivissent, ignoti fuissent. Sed illa saepe φιλοτιμία et ducibus et civibus fraudi fuit. Testis Annibal, qui cladibus Romanis saepe clarus victor, laudem et decus ad tempus sibi forsan paravit; tandem pacem petere coactus a Scipione, non ultra aestimatus est, et patriae Carthagini periculum imo excidium paravit. *Fl. Chr.* Ita solebant calumniatores statim fingere aliquem conspirare cum Lacedaemoniis; in Pace 939. αἰτίας ἂν προστιθέντες, ὡς φρονεῖ τὰ Βρασίδου. Erat autem Brasidas celebris strategus Lacedaemoniorum. *Bergl.*

495. (476. Br.) Perperam digesti sunt hi duo versus. Uterque paeonicus est: prior, ut praecedens, trimeter: posterior, dimeter. Proinde sic divisos eos oportuit:

κράσπεδα στεμμάτων, τὴν θ' ὑπή-
νην ἄκουρον τρέφων.

Versus 465. ut antea legebatur, erat etiam trimeter paeonicus. Non reluctabor, si quis veterem scripturam retineri malit. *Brunck.* in Supplem.

κράσπεδα στεμμάτων. Fimbriae sunt ex lana. Nam στέφειν, unde στέμματα, est colum nubere, ut notavit iam dudum divinus coniector [Scaliger]. Sic usurpat Euripides in Oresta [v. 12.]. Ea *velamina* vel *vellimina* vocat Varro, quae in colu sunt; ut dubium mihi de etymo, sitne a velando, an a vellendo. στεμμάτων nomen postea latius diffusum, et Latini ex eo stemmata dixerunt titulos et insignia nobilitatis. *Fl. Chr.* Scholia exponunt ἀντὶ τοῦ ἐξ ἐρίου. Id est *ex lana.*

Dicitque illud gestamen fuisse Laconum. Hoc ergo etiam signum erit Philocleonem [Bdelycleonem] λακωνίζειν cum ceteris. *Bergl.*

τὴν θ' ὑπήνην ἄκουρον τρέφων. Barba et coma promissa gaudebant Lacones. Hoc fuit vetus Lycurgi nomothetae institutum, qui etiam, ut ait Xenophon, viris κομᾶν permisit, quo maiores, liberiores et formidabiliores apparerent hostibus. Eius legislatoris hoc dictum recenset Plutarchus in apophthegmatis Laconum. Ideo Spartiatas comam producere et colere, quia formosos deceat; deformes, ut metuantur, faciat. Recteque respondit Lacon rogatus, quare comam et barbam sic colat: ut, quum canos videbo, nihil indignum illis faciam. Similiter Nicander Lacedaemonius eadem de re interrogatus: quia, inquit, decor ille et ornatus virorum est proprius et nativus, nulloque sumtu coli potest. *Fl. Chr.* Ad haec Bisetus: ὑπήνην δὲ κυρίως καλοῦσιν (ὥς φησιν Εὐστάθιος [p. 1353, 56.]) τοῦ πώγωνος τὰς κάτω τρίχας, μύστακας δὲ τὰς ἄνω χείλους τρίχας. Ergo tempore Eustathii mutata erat nominis significatio, ut fit aliquando. Nam priscis Graecis e contrario ὑπήνη erat superioris labri barba, quae etiam μύσταξ dicebatur. Eius rei testis Aristoteles l. III. de hist. animal. c. 11. περὶ δὲ τὸ γένειον τοῖς μὲν συμβαίνει καὶ τὴν ὑπήνην καὶ τὸ γένειον δασὺ ἔχειν: opponit ὑπήνην τῷ γενείῳ, quod est mentum. Sed apertius Diodorus l. V. οἱ δὲ εὐγενεῖς τὰς μὲν παρειὰς ἀπολειαίνουσι, τὰς δὲ ὑπήνας ἀνειμένας ἐῶσιν, ὥστε τὰ στόματα αὐτῶν ἐπικαλύπτεσθαι. At menti barba non potest obumbrare aut occultare os, sed labri superioris barba, si intonsa geratur, id facit. Breviorum scholiorum auctor ad Odyss. κ'. 279. ὑπήνη δέ ἐστι τὸ ἐπάνω χεῖλος, ἀφ' οὗ πρῶτον γεννᾶται χνοῦς. Sed et ipse Bisetus etiam infra ad Lysistrat. ex Suida, ubi ἡ τοῦ ἄνω χείλους τρίχωσις dicitur ὑπήνη et μύσταξ. Ergo facessat Eustathius, qui secundum sui temporis morem loquitur, cuius locum Bisetus citare [non] debebat. Iam Hesychii tempore videtur ea vox fuisse ambigui significatus: utrique enim interpretationi adstipulatur. ὑπήνη· τὸ γένειον ἤτοι πώγων, ἄλλοι μύσταξ, ἄλλοι ὑπήνη· ὃ ἐστὶν ὑπὸ τὴν ῥῖνα τόπος. *Palmer.*

499. *l*) (478. K. 480. Br.) *οὐδὲ μέν γ'* — Prava est haec scriptura; reponi debuit *οὐδὲ μήν γ'* — *Ne in apio rutave res est adhuc*, proverbium est in eos qui nondum initium rei attigerunt: sumta metaphora ab iis qui hortos ingrediuntur. Horum olim ambitus apio vel ruta conserebatur, quam qui nondum praeteriissent, velut in horti limine adhuc esse videbantur. *Brunck.*

οὐδ' ἐν σελίνῳ. Proverbium *οὐδ' ἐν σελίνοις* dictum in eos, qui ne minimum quidem processerunt in opere, quod aggressi fuerint: translatum ab hortis, in quorum ambitu et ingressu (*περίκηποι* vocantur illi ambitus) apium et rutam serere solebant. Alii ad apium referunt gymnici agonis. Nam apio imponebant recens natos infantes, quasi ut rudimentis eruditantur certaminis in ludicro agone postea obeundi. Legendum autem puto *πω 'στιν*, non *που*; ut sit: *nondum principium habes instituti operis. Fl. Chr.* Ceterum in reliquis edd. haec Choro tribuuntur.

500. *τῶν τριχοινίκων ἐπῶν.* Sic *ῥῆμα μυριάμφορον* in Pac. 520. *Bergl.* Vilia et inepta deridet poetarum carmina, praecipue Archippi, qui fortassis proverbium illud de apio et ruta extulerat, quod *εὐτελές* censet et dignum tribus choenicibus. Puto autem per parenthesin scribendum hunc versum *τοῦτο γὰρ παρεμβαλοῦμεν* etc. et quasi dicere: *nam hanc quasi insertam dabimus ex vulgari et ridendo carmine.* Ceterum *ξυνηγόρος m*) hic est rhetor et accusator: nam *καταντλῇ* est *καταχέῃ* et *κατηγορῇ*, ut docuit glossographus. *Fl. Chr.*

502. *ταὐτὰ ταῦτα.* Ita scribo: mirum est in omnibus edd. haerere *ταῦτα ταῦτα. Bergl.* Emendavit etiam *Reisk.*

καὶ ξυνωμότας καλῇ. Quia illi identidem dicebant, *haec sunt tyrannica et coniurationis plena*, ut postea illis exprobrat Bdelycleo, propterea ait: haec sola ve-

---

l) *μέν γ'. μέν τ'.* i. e. *μέν τοι. Reisk.*

m) Conf. Schoemann. de comitiis Athen. p. 210.

stra est meditatio et cantio, verberare et verberari. *Fl. Chr.*

503. ἀπαλλάχθητε aut ἀπαλλαχθῆτε. *Reisk.* Lege διαλλαχθῆτε. *Bentl.*

504. (485.) οὐ δέδοκται. *Reisk.* δέρεσθαι καὶ δέρειν. Sic δάκνειν καὶ δάκνεσθαι in Ranis 897. *Bergl.*

507. (487. Br.) Hunc versum pessum dedit librariorum imperita temeritas. Scripserat procul dubio poeta:

ὅστις ἡμῶν ἐπὶ τυραννίδα κατεστάλης.

Versum dimetire, et tetrametrum paeonicum esse deprehendes suis absolutum numeris. Tetrametri paeonici catalectici nulli sunt, si bene memini, apud Comicum. *Brunck.* in Supplem. Reponendum versus causa, qui est paeonicus tetrameter, sicut strophicus 495.:

Ὅστις ἡμῶν ἐπὶ τυραννίδα γ' ἐπεστάλης,

quod et elegantius. cf. Ach. 321. *Hotib.* Fo. ἐπὶ τυραννίδι διεστάλης. *Bentl.* Sed multo probabilius Hermannus in Elem. doctr. metr. p. 200. scribit ἐπὶ τυράννιδ' ὧδ' ἐστάλης.

508. (486. K.) ὡς ἅπανθ' ὑμῖν τυραννίς ἐστι καὶ ξυνωμόται. Athenienses memores eorum, quae sub tyrannide Pisistratidarum respublica esset passa, semper cavebant ne iterum aliquando exsisteret aliquis tyrannus Athenis: hinc etiam si quid insoliti in urbe accideret, statim suspicionem de dissolvendo populari eorum statu et de instituenda tyrannide in promtu habebant. Sic quum Hermae fuissent mutilati et mysteria profanata tempore Alcibiadis, tyrannidis causa id factum putabant: καὶ πάντα αὐτοῖς ἐδόκει ἐπὶ ξυνωμοσίᾳ ὀλιγαρχικῇ καὶ τυραννικῇ πεπράχθαι, ut dicit Thucydides l. VI. [c. 27.] Sic quum parietum perfossores aerarium aperuissent: item quum remi furto essent ablati, ut ait Demosthenes de Syntaxi [p. 176.] reprehendens hanc suspicacitem: ἀνέῳξάν τινες πρωΐην δήπου τὸ ὀπισθόδομον· οὐκοῦν οἱ παριόντες ἅπαντες τὸν δῆμον καταλελῦσθαι, τοὺς νόμους οὐκέτ' εἶναι, τοιαῦτ' ἔλεγον. καί τοι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, σκοπεῖτε ἂν ἀληθῆ λέγω· οἱ μὲν ταῦτα ποιοῦντες ἄξια ἐποίουν θανάτου, ὁ δὲ δῆμος

οὐ διὰ τοῦτο καταλύεται. πάλιν κώπας τις ὑφείλετο· μαστιγοῦν, στρεβλοῦν, πάντες ἐβόων, λέγοντες καταλύεσθαι τὸν δῆμον. ἐγὼ δὲ, τί φημι; τὸν μὲν ὑφαιρούμενον θανάτου ποινὴν ἄξια, ὥσπερ ἐκεῖνοι· τὸν δῆμον δ' οὐ διὰ τούτων καταλύεσθαι. Comicus ridiculas causas suspicionum comminiscitur. *Bergl.*

509. τ' post μεῖζον recte abest a reliquis edd.

510. οὐδὲ πεντήκοντ' ἐτῶν. Nam post caesum ab Harmodio et Aristogitone Hipparchum et paullo post eiectis Hippia et Pisistratidarum tyrannide, quae teste Aristotele in quinto Politic. [p. 235. ed. Schneid.] stetit totos triginta quinque annos, fluxerunt circiter quinquaginta anni usque ad oligarchiam primam et quadringentos abrogatos *n*). Tamen putat Scholiastes dictum quasi ἐκ πολλοῦ χρόνου *o*), a multo, inquit, tempore tyrannidis nomen ignotum mihi fuit: at nunc, inquit, vilius est vili opsonio. ἄξιον apud Atticos est εὔωνον, ut in Equit. [v. 673. *Bergl.*] dixit: οὐ πώποτ' ἀφύας εἶδον ἀξιωτέρας. Sic Latini *dignum* (ut etiam digitus) ab indicando, quasi sit δεῖγμα. Haec

---

n) Nescio quare oligarchiam primam incipere dicat post quadringentos abrogatos: contra enim status quadringentorum fuit oligarchia prima, qui ad se attraxerant potestatem et ius, quod fuerat universi populi. Ideo forte habebat in animo *constitutos*, quod inadvertentia mutavit in *abrogatos*. Sed maius ulcus sanandum est in eius sententia, et cavendum est nobis et omnibus ab ista chronologia, qua nihil falsius: errat enim calculus ille totis quinquaginta annis. Audi Thucydidem l. VIII. χαλεπὸν γὰρ ἦν τὸν Ἀθηναίων δῆμον ἔτει ἑκατόστῳ μάλιστα, ἐπειδὰν οἱ τύραννοι κατελύθησαν, ἐλευθερίας παῦσαι. Et Pisistratidae eiecti secundum Thucydidem et marmoreum chronicon anno 2. Olymp. LXVII. secundum Eusebium vero sex annis prius. Status vero quadringentorum Athenis constitutus Olymp. XCII. annis 99. post Pisistratidas eiectos, anno 20. vel 21. belli Peloponnesiaci. Itaque error typographo tribuatur, aut non potest excusari Florens, quin gravissime lapsus fuerit. *Palmer.*

o) Recte hoc putat: „nam ab anno, quo Vespae agebantur Ol. 89, 2. ad Ol. 80, 3. [quo tempore oligarchici homines res novas moliebantur] triginta quinque tantum anni intersunt.“ *Meier.* de bonis damnatorum p. 4.

autem dicuntur, ut appareat Athenas non fovere tyrannos. *Fl. Chr.*

513. (491. K.) ὀρφῶς. Utraque declinatione dicitur ὀρφὼς ut λαγὼς et ὀρφὸς ut λόγος. Itaque sive ὀρφοὺς hic legas, sive ὀρφῶς, nihil refert. Piscis est, qui apud Graecos fuit in pretio, marinus et littoralis. Latinum nomen non habere ait Bellonius satis diligens piscium historiae scrutator et scriptor. Nam cernuam quod vocant, id a Gaza est, et fortasse quia latere solet et caput abdere, sic vocare voluit. Sane Graeci ὀρφὸν dixisse videntur quasi orbum, quia est μονήρης. Ex parvo (tunc vocari ὀρφακίνην scripsit Dorion) statim crescit et grandis evadit, ut testatur Aristoteles et recenset Athenaeus in Dipnosoph. Hyeme quia φωλεύει, vix capitur, idque statis et certis tantum diebus. Mirum est quod de eo tradidere, meatus feminales non habere, ut ceteri pisces, qui auctore Aristotele omnes testibus carent, et in partes dissectum etiam diu vivere. Ceterum vitam non extendit ultra bimatum. Littore et terra potius gaudet, quam pelago. Esse autem cartilaginosum (id est σελαχώδη vel χονδρώδη) testatur Plato in Cleophonte: σὲ γὰρ, γραῦ, συγκατώκισεν σαπρὰν, ὀρφοῖσι σελαχίοις τε καὶ φάγροις βορὰν. Et tamen ut asperum Numenius dixit ὀρφὸν περιτρήχεα. Nam praeterea serratis est dentibus et carnivorus. Vide Athenaeum l. VII. ubi multa ex veteribus poetis invenies de hoc pisce. Orphum luculentis versibus descripsit Oppianus in Piscatu, ὀψίμορον vocans. *Fl. Chr.* Codices Athenaei T. III. p. 155. qui h. l. citat, habent ὀρφὼς, ὀξυτόνως. ὀρφοὺς ut variam lectionem commemorat Scholiastes.

516. (496. Br.) ἦν δὲ γήτειον προσαιτῇ τις ἀφύαις ἥδυσμά τι. Sic legendum ad metri normam. Mendosissime in libris omnibus ταῖς ἀφύαις, dactylo in quinta sede. Supra ἦν μὲν ὠνῆταί τις ὀρφῶς: nunc vero ἦν δὲ γήτειον προσαιτῇ τις. *Brunck.*

ἀφύαις. Pisces sunt minuti (*apuas* recte dicas), quorum genus a coeno vel spuma, unde aphritides dictae, multas habet species, nempe ἔγγραυλιν, κωβῖτιν, ἐγκρασίχολον, μαινίδα, μεμβρύδα et μικρὸν κεστρέα. Celeriter autem coquuntur: unde proverbium ἀφύα

εἰς πῦρ. Aristophanes ἐν *Ταγηνισταῖς* usus est singulari ἀφύη, quod placuisse videtur Aristarcho: alias semper plurali. Sed quod rarius est, etiam Latini in singulari usurparunt. Nam Catullus, corrigente Scaligero, dixit:

at Volusi annales apuam porgentur ad ipsam.

Tamen in loco Catulliano adhuc assensionem cohibendam puto et de lectionis veritate satis liquere non puto. Hos pisciculos fluviatiles, si sale condiantur, edi cum alacriori olere scribit Oribasius. Tanta vero fuit apuarum Athenis affluentia, ut eas auctore Chrysippo dixerint esse opsonia plebis, ut de alausis dixit Ausonius. Sed et solas Atticas apuas in commendatione esse, ceteras stercori comparandas, si bene memini, scriptum reperies apud Athenaeum. Itaque quum grandes et praestantes apuas dicere volebant, Phalericas dicebant, a Phalereo portu Atticae, ut habes in Avium fabula [v. 76.] τότε μὲν ἑρᾷ φαγεῖν ἀφύας Φαληρικάς. Recte autem et proprie ὀψωνεῖν dixit, quod de piscibus, ut saepe monuimus, ὀπτοῖς primaria significatione usurpatum est. *Fl. Chr.*

γήτειον — ταῖς ἀφύαις ἥδυσμά τι. In Equit. 673. κορίαννʼ ἐπριάμην — τά τε γήτει ὅσ᾽ ἦν ἐν τῇ ἀγορᾷ· ἔπειτα ταῖς ἀφύαις ἐδίδουν ἡδύσματα. *Bergl.*

517. θατέρᾳ. Elmsleio ad Acharn. p. 218. scribendum videtur θάτέρᾳ.

518. γήτειον. Sic caepe vocant, quia κεφαλωτόν: aliter κρόμμυον, quia facit τὰς κόρας μύειν, connivere oculis, ut fletum alliciat. Gratum vero ad opsonia condimentum hinc fiebat. Imo hic videtur *regium cibum* vocare, quasi deorum dapes; ut qui hoc embammate utatur, affectare videri possit tyrannidem. *Fl. Chr.*

520. (498.) κἀμέ γ᾽ ἡ πόρνη. Ex apuis minuto opsonio tyrannidem erumpere posse narraverat herus Bdelycleo. Nunc Xanthias servus, non recedens a nomine, ad πόρνας hoc transtulit et figuram τῆς συνουσίας. Sane enim etiam meretrices olim quaedam dicebantur ἀφύαι. Equitandi autem verbum etiam in obscoenis esse patet ex illo versu a nobis alias lauda-

to: *Hectoreo quoties sederat uxor equo.* Imo in veterum grammaticorum glossis reperio, φιλίππους dici τοὺς μοιχούς. Et recte, quia κελητίζειν dicit, quod est singulari equo pugnare, Hippiam tyrannum memorat, crudelissimum tyrannum inter Pisistratidas. Nam longe deterior Hippias fuit non fratre solum Hipparcho, sed Pisistrato patre. Quumque quatuor fuerint Pisistratidae, Hippias iste et maior fuit et tyrannide potitus est, ut ait Thucydides. Constitutaque fuit tyrannis per annos quinquaginta, ut vult Eratosthenes, non satis accuratus temporum censor aut pensiculator; Aristophanes *p*) quadraginta et unum numerat; Herodotus sex et triginta. *Fl. Chr.*

521. κελητίσαι. Equitare significat et certare singulari equo; transfertur autem ad obscoena, estque σχῆμα συνουσίας. In Pace 900. ἱπποδρομίαν ἄξετε· ἡνίκα δὲ κέλης κέλητα παρακελητιεῖ. ubi ambae significationes miscentur. Vide notam sequentem. *Bergl.*

522. (500.) τὴν Ἱππίου τυραννίδα. Hippias tyrannus nomen habuit ab equis, ἀπὸ τῶν ἵππων. Xanthias autem iusserat meretricem κελητίσαι, quod, ut dixi, ab equitatione transfertur ad obscoena: ut et verbum ἱππάζεσθαι, quamvis rarius, ut in Machonis iambis apud Athenaeum XIII. p. 581. κατεσχόλαζε τῆς Γναθαινίου λέγων, ἑτέρῳ τρόπῳ μὲν συγγενέσθαι μηδενὶ, ἑξῆς καθιππᾶσθαι δ' ὑπ' αὐτῆς πεντάκις. Describit rem Horat. II. Sat. 7, 50. *clunibus aut agitavit equum lasciva supinum.* Ab ista igitur equitatione festive dicit meretricem suspicatam esse, Xanthiam tyrannidem, qualis erat Hippiae, moliri. *Bergl.*

523. Quod in Rav. libro scriptum esse refert Invern. ἡδέα. εἰ καὶ νῦν, habet etiam melior pars edd. vett. nulla distinctione post ἡδέα posita. Brunckius ex Bern. Iuntae ed. et aliis scripsit ἡδέα γε. καὶ νῦν — quae tamen distinctionem post γε omittunt. εἰ καὶ νῦν agnoscit Suidas s. h. v. et hoc revocandum.

524. (504.) τὸν παιέ' ὅτι βούλομαι. Sic ad metri

---

p) Vide not. ad schol.

normam legendum. Mendose libri omnes q) ὁτιὴ, dactylo in prima sede. *Brunck.*

525. ὀρθροφοιτοσυκοφ r) — Scholia: παρὰ τὸ ὀρθρεύειν καὶ φοιτᾶν καὶ συκοφαντεῖν καὶ ἐν δίκαις ταλαιπωρεῖν. Nempe quia summo mane iret et in litibus diiudicandis se maceraret atque sycophantam etiam ageret. Ita autem recte ὀρθρο— ed. Brubachii et in scholiis Aldina, non ὀρθο— [ut Suidas l. l. et edd. quaedam]. *Bergl.*

526. ὥσπερ Μόρυχος. Tragicus erat poeta hic Morychus, qui propter ὀψοφαγίαν et victum deliciosum non semel perstringitur ab hoc Comico, ut videre est in Acharn. [887.] et Irena [1008.]. Non puto esse eundem, de quo proverbium tollitur: μωρότερος Μορύχου. Zenodotus et post eum Suidas tradunt, apud Siculos Bacchum cognomen tulisse Morychi, quia ora peruncta esset faecibus, ut dixit Horatius: nam μορύξαι esse μολύνεσθαι. Vide Erasmum in hoc adagio [p. 100. ed. Wechel.]. Ceterum hic αἰτία est μέμψις et ἔγκλημα. *Fl. Chr.* Iste erat luxui deditus; Plato comicus apud Schol. ad Nubes 109. ὦ θεῖε Μόρυχέ τε, νῦν γὰρ εὐδαίμων ἔφυς, καὶ Γλαυκέτης, ἡ ψῆττα, καὶ Λεωγόρας, οἳ ζῆτε τερπνὸν, οὐδὲν ἐνθυμούμενοι. Noster semel iterumque eum tanquam ὀψοφάγον notat. *Bergl.*

527. ξυνωμότης ὤν, καὶ φρονῶν τυραννίδα. Erravit Valckenarius ad Herodot. I. 59. ὡς pro ὤν legens. Sed recte ὤν retinet Suidas vv. εἰ καὶ νῦν ἐγώ. ξυνωμότης. recte utrobique τυραννικὰ habet pro τυραννίδα. *Porson.* ad Euripid. Hecub. 788. p. 64. ed. Lips.

528. (506.) ὀρνίθων γάλα. Proverbium est, quod de beatis et divitibus dici solet. Eustathius in Dionysii Periegesin scribit de Samo Ionica, eam eo feli-

---

q) Non *omnes*. „Ald. et Suid. v. εἰ καὶ νῦν, ὅτι. at ὁτιὴ Suid. in ὀρθοφοι— ubi Kusterus corrigit ὁτιὴ θέλω: male." *Bentl.*

r) Verbum hoc sesquipedale concinnatum est παρὰ τὸ ὀρθρεύειν — ταλαιπωρεῖν, ut etiam notavit glossographus Graecus. Sed fortasse melius legatur ὀρθροφ. ut sit παρὰ τὸ ὀρθρεύεσθαι, quia summo mane senes illi itabant ad iudicia. *Fl. Chr.* ὀρθροφ. probat etiam *Reisk.*

citatis venisse, ut crederentur illic aves lac habere: sed ea felicitas postea Sylosontis duro imperio decollavit. Eo pertinet quod de haustu lactis gallinacei dici solet in eos qui grandia promittunt: et sane putem nomine ὀρνίθων gallinas proprie intelligi. Sic Theocritus [XXII, 72.] ὄρνιθας φοινικολόφους gallos gallinaceos dixit; et in epigrammate ὄρνις κατοικίδιος gallina est. Sic etiam Martialis dixit *cortis aves*. Huic vero proverbio non abludit versiculus senarius, quem Tranquillus in vita, ut puto, Caligulae laudat: τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία. *Etiam beatis sunt trimestres liberi.* Tamen apud Athenaeum *lac avium* dicitur ovi albumen. *Fl. Chr.* Notum proverbium de rebus quae ob raritatem in pretio sunt. Noster in Avib. 1672. ὀρνίθων παρέξω σοι γάλα. Vide et infra v. 732. *Bergl.*

530. (508.) βατίσιν. Diximus in Irena, quid esset βατίς: a qua differt βάτος, ut censet magnus magister Aristoteles. Videtur olim fuisse in commendatione piscis; sed puto apud plebeium palatum. Sane Dorion tibicen apud Athenaeum l. VIII. [p. 337. E.] dicenti cuidam, batin optimum esse pisceum, respondit: ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐφθὸν τριβώνιον ἐσθίοι. In Irena [811.] βατιδοσκόπους vocat ὀψοφάγους, ut putem a secando pisce, non inspiciendo factum nomen. *Fl. Chr.*

ἐγχέλυσιν. Athenaeus VII. p. 299. C. et grammaticus post Hermanni librum de em. rat. Gr. gr. p. 322. ἐγχέλεσιν scriptum citant. ἐγχέλυσιν agnoscit Suidas v. οὐδὲ χαίρω.

ἥδιον ἂν δικίδιον σμικρὸν φάγοιμι. Infra v. 1365. ἡδέως φάγοις ἂν ἐξ ὄξους δίκην. *Bergl.*

531. (509.) πεπνιγμένον s). κρέα πεπνιγμένα et πνι-

s) Pro ἑψημένον putat dictum Scholiastes; sed παρὰ προσδοκίαν expressisse iudicum poenam, quae suspendio et strangulatione reos damnat. Sed fortassis respicit ad veteres delicias suffocatae carnis, de quibus Athenaeus. Sane inter dapes prohibitas ab antiqua apostolorum ecclesia etiam locum habent τὰ πνικτά, ut apparet ex ipsorum actis, quae scripsit D. Lucas, quaeque nos in epici carminis Graecam paraphrasin transtulimus. *Fl. Chr.*

κτὰ sunt quae in vase obturato coquuntur et simul torrentur in vapore et proprio succo: vide Athenaeum IX. p. 396. ubi hic locus citatur. Vocat autem *δικίδιον πεπνιγμένον* metaphorice, quia in iudiciis innocentes saepe misere vexarentur et pene enecarentur. *Bergl.*

532. *εἰθίσθης.* Nempe iniustis condemnationibus. Quae autem hic ad Philocleonem dicit et de eo, illa de plebe Atheniensi accipienda sunt; haec enim gaudet foro et sycophantas atque rhetoras fovet. *Bergl.*

536. *ὑπ' ἀνδρῶν.* Intelligit demagogos, *τοὺς τοῦ δήμου προστάτας*, et rhetoras. *Bergl.*

541. (521. Br.) *τούτοισιν.* Invenuste vulgo *τούτοισί γ' — Brunck. ἐπιτρέψαι θέλω.* Sic Demosthenes dixit, *ἐπιτρέπειν τοῖς οἰκείοις*, i. e. *δικαστὰς αἱρεῖσθαι, iudices ipsos capere.* Et Lysias, *ἐπέτρεψεν ἀνδράσι*, i. e. *arbitros constituit.* Sic etiam dicitur *δίαιταν ἐπιτρέπειν.* Itaque mox ait, *ἢν τῇ διαίτῃ μὴ 'μμένῃς*, i. e. *si dicta arbitrorum refellis. Fl. Chr.*

543. *ἢν γὰρ ἡττηθῶ λέγων σου, περιπεσοῦμαι τῷ ξίφει.* In Acharn. 316. *κἄν γε μὴ λέγω δίκαια, μηδὲ τῷ πλήθει δοκῶ, ὑπὲρ ἐπιξήνου θελήσω τὴν κεφαλὴν ἔχων λέγειν. Bergl.*

544. *t*) Hunc versum a Bdelycleone malim pronunciari. *Bergl.* Aliud egisse videtur. Versus in omnibus edd. Bdelycleonis est.

545. *μισθόν.* Intelligitur *merces iudiciaria.* Dicturus autem erat *πύλικα* aut *ποτήριον.* Sed animus ei alibi est. *Bergl.*

ἀγαθοῦ δαίμονος. Festiviter et lepide *ἄκρατον*, i. e. *merum*, vocat *ἀγαθὸν δαίμονα, bonum genium.* Scholiastes putat *μισθὸν* positum pro *ἄκρατον;* non puto, etsi certum est id additum *παρὰ προσδοκίαν.* Sed quia

---

t) Forte *εἰ δὲ νικῴην, ὁ δεῖνα τῇ διαίτῃ μὴ 'μμένῃς* vel *οὐ δ' εἶτα* [vice *ὁ δεῖνα*] vel *εἰ δὲ μὴ νίκη 'σθ', ὁ δεῖνα.* Scaliger *ὁ δεῖνα.* [Illud *νίκη* tuetur] infr. 725. [at vulgatum retinere voluit Bentl. propter] Pac. 879. Lys. 920. 925. 1170. *Bentl.* Quae uncis inclusa sunt, debentur editori adnotationum.

mens huius senis tota est in mercede senatoria, propterea dixit *μισθὸν* pro triobolo, sed non dixisset *ἄκρατον*, imo potius *κύλικα*, quandoquidem iam dixerat *ἀκράτου*. In fabula Equitum habes *ἀλλ' ἄκρατον οἶνον ἀγαθοῦ δαίμονος*. Quod velut proverbiale recensetur ab Erasmo paroemiographo, et *bonam fortunam* intelligit. Non puto hic aliud esse quam bonum Bacchi genium. Quidni enim, si de fortuna accipiendum, dixisset *ἀγαθῆς δαίμονος*. In Irena diximus satis aut nimis multa de hoc antiquorum more, qui, ut ait Theopompus, solebant quum mensa tollenda esset, *ἐπιῤῥοφεῖν ἀγαθοῦ δαίμονος*. Nam, teste Apollodoro, rursum poculum implebant. Hunc morem libavit divinus Parthenius in Georgicis:

non ego te mensis et diis accepta secundis
transierim, Rhodia, et tumidis Bumaste racemis.

sane innuens secundas mensas et *ἐπιῤῥόφησιν ἀγαθοῦ δαίμονος* (quid enim aliud est *diis secundis?*). Sed ista iam pridem in nostris ad Irenam glossematis non satis pensiculate enucleavimus; imo duce Graeco glossographo erravimus (veniam peto pudentem) quum existimavimus apud illum Scholiastam legendum non *δειπνήσαντες*, sed *δειπνήσοντες*. Hoc enim fiebat in fine convivii. Est dictum vulgarium in ore gentis nostrae: *post actionem gratiarum bibisse deum.* Hoc ad servatorem dominum Iesum refertur, qui post coenam poculum implevit vere *ἀγαθοῦ δαίμονος*, et bibi iussit. Ceterum non videntur Platonis in Symposio interpretes locum, qui illic est, intellexisse, *ἀγαθῇ τύχῃ Φαῖδρος καταρχέτω*, quum verterunt, *bonis avibus Phaedrus exordiatur.* Nam potius dixissem: *bonae fortunae princeps libet Phaedrus.* Xenophon vero in Symposio hoc vocat libare, quum ait: *ὡς δ' ἀφῃρέθησαν αἱ τράπεζαι, καὶ ἐσπείσαντο καὶ ἐπαιάνισαν. Fl. Chr.*

546. *ν*) — 565. His respondent 651. — 667. Monuerunt Porson. ap. Gaisford. ad Hephaest. p. 292. et Bentleius. V. 546. scribe *νῦν δή*, ut recte cod. B.

546. (524. K. 526. Br.) *ἐκ θημετέρου*. Pro *ἐκ τοῦ*

ν) 546 — 48. Respondent haec versibus 651 — 653. Simile est illud epiphonema Chori. *Hotib.*

ἡμετέρου, et hoc ad Cleonem dirigit. Sequentia vero ἀτὰρ φανεῖ etc. etsi obscura et intricata videntur, sic explicanda puto: *at vide*, inquit, *si Cleon ille hoc permittat, ut aliter ores quam iuvenis ille filius tuus et melius magisque serio causam dicas.* Et autem hic παραιτελεύειν, προτρέπεσθαι, διεγείρειν, ἐπιτρέπειν. *Fl. Chr.* Philocleonem alloquitur Chorus. Vel pronomen σὲ subauditur; vel, quod probabilius mihi videtur, scriptum oportuit:

νῦν σέ, τὸν ἐκ θἠμετέρου.

Enimvero nullus est hic locus particulae adversativae δέ. In cod. B. scriptum νῦν δή, quod ad sententiam praestaret longe, et esset optimum: sed metrum scripturam illam non admittit. *Brunck.* in Supplem.

548. *x*) (528. Br.) ὅπως φανήσει. Sic ex Atticismi usu scribi debuit. Male vulgo φανῇ. Illa ipsa scriptura exstat in B. ut et in primariis editt. transpositis elementis, φανείσῃ, quod in φανήσει, non in φανῇ mutandum erat. Orationis connexionem indicavi parentheseos signis: ὅπως φανήσει μὴ κατὰ τὸν νεανίαν τόνδε λέγειν. *Brunck.*

549. (529. Br.) ἐνεγκάτω — τὴν κίστην τις. Interpellat orationem Chori. Petit autem cistam cum instrumentis scriptoriis, quia vult, memoriae causa, describere argumenta Philocleonis, ut ipse dicit v. 536. γράψομαι μνημόσυνα. *Bergl.*

Quo diligentius hunc locum considero, eo minus excogitare possum quid lepidi aut faceti sit in hac parenthesi. Tam absurde Chori ῥῆσις intercisa est, ut animum inducere nequeam, sincerum esse et ex poetae sententia istum, quem habemus, versuum ordinem. Grassatus hic fuit veteris alicuius librarii, stupor, haud secus ac in Acharnensium loco [976.], ubi versus in ordinem restitui, quod et hic etiam facere debueram. Tales versuum traiectiones in libris quos nunc habemus, occurrunt permultae: nec contra rationem istas ineptias tueri potest codicum numerus. Nam si centum etiam sint, non plus in cen-

---

x) V. 530. [552.] habentur quae cum his cohaerent. *Bergl.*

tum illis est auctoritatis, quam in antiquiore unico, in quo menda iam pridem inoluerat, et a quo posteriores derivati sunt. Ridiculus est Gruterus, vir doctus alioquin, sed erga codices suos male religiosus, quum versus in Plautinis fabulis manifeste transpositos in suum locum reponi aegre patitur, *ob pervicacem omnis aevi codicum consensum.* Iam vero, ut e diverticulo in viam revertar, hos versus sic in posterum legi velim:

ΧΟΡΟΣ.

νῦν σὲ, τὸν ἐκ θημετέρου
γυμνασίου, λέγειν τι δεῖ
καινὸν, ὅπως φανήσει
μὴ κατὰ τὸν νεανίαν
τόνδε λέγειν. ὁρᾷς γὰρ ὡς
σοὶ μέγας ἔστ' ἀγὼν,
καὶ περὶ τῶν ἁπάντων,
εἴπερ, ὃ μὴ γένοιτο, νῦν
οὗτος ἐθέλει κρατῆσαι.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

ἐνεγκάτω μοι δεῦρο τὴν κίστην τις ὡς τάχιστα.

ΧΟΡΟΣ.

ἀτὰρ φανεῖ ποιός τις ὢν,
ἢν ταῦτα παρακελεύῃ.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ.

καὶ μὴν ὅσ' ἂν λέξῃ γ', ἁπλῶς μνημόσυνα γράψομαι 'γώ.

Cupisne iam scire, qui contigerit, ut tres isti versus loco suo moti fuerint? facilis coniectura est. Eos supinus quis omiserat librarius: animadverso deinde errore, in margine illos reposuit, e regione novem priorum versiculorum Chori, quia ibi erat amplius marginis spatium. Alius librarius, qui postmodo codicem illum descripsit, non animadverso forte signo, quod versuum illorum sedem indicabat, aut quia signum nullum fuerat adscriptum, eos textui inseruit, post versiculum, quem proxime contingebat horum primus, nulla sententiae, quam probabile est eum ne quidem adsequi potuisse, habita ratione. Et quod huiusmodi bardis temere libuerit, nobis erit hodie recte sentiendi norma! Rem autem proinde se habere, ut dico, liquet etiam ex ipso metrorum genere. Animadverte Philocleonis qui proxime antecedit ver-

sum, trochaicum, ut superiores, esse: novem Chori versiculos choriambicos esse; tum a versu ἐνεγκάτω incipere iambicos, qui sunt quinque continui. *Brunck.* in Supplem.

550. et 551. in unum coniungendi sunt.

550. (530. Br.) ἀτὰρ φανεῖ ποιός τις. Obiter alloquitur Bdelycleonem, qui Chori orationem interruperat. Deinde rursus convertens se ad Philocleonem, orationem ad eum continuat. ποιός τις est *aliqualis; ποῖός τις quisnam? Bergl.* ποιός τις ὤν. Sic scribi debuit, non ποῖός τις, quod subindicavit Berglerus. ποιός τις valet οὐχ ὁ τυχών. Vide Henr. Stephani Thesaurum T. III. col. 449. *Brunck.*

551. παρακελεύῃ. A παρακελεύεσθαι, *iubere. Bergl.*

552. μὴ κατὰ τόν. Scholia: τινὲς τοῦτο πρὸς τὰ ἄνω, ὅπως φανήσῃ μὴ κατὰ τόνδε λέγειν, ἀλλὰ δηλονότι πραγματικώτερον καὶ βέλτιον. *Bergl.*

553. Lege τονδί. *Bentl.*

554. Bene Iuntina minor ἐστὶν, quod reponendum esse metri causa animadvertit G. Hermannus de Metr. p. 315. *Hotib.* Porsono apud Gaisford. ad Hephaest. p. 292. et Bentleio scribendum videtur ἔστ' ἀγὼν νῦν. Sed propter ed. Iuntinae scripturam recte Elmsleius ad Euripidis Heraclid. 722. scribit σοὶ μέγας ἐστὶν ἀγών. Thucydides II. 45. παισὶ δ' αὖ ὅσοι τῶνδε πάρεστε, ἢ ἀδελφοῖς, ὁρῶ μέγαν τὸν ἀγῶνα. Cum Porsoni coniectura conf. Pac. 276.

556. 557. Recte haec descripsit Porsonus l. l.

εἴπερ, ὃ μὴ γένοιθ', οὗτός σ' ἐθέλει κρατῆσαι.

eodemque modo Bentleius, nisi quod non σ' sed γ' post οὗτος addidit.

557. ἐθέλει. De hoc usu verbi θέλειν v. Coray ad Isocratem T. II. p. 244.

558. (538. Br.) ὅσ' ἂν λέξῃ γ'. In A. ὅσ' ἂν λέξῃς. Male interpunctus est hic versus: post λέξῃ γ' distinctio poni debuit. ἁπλῶς pertinet ad γράψομαι. *Brunck.*

μνημόσυνα γράψομαι. Ut memoriae haereant, in-

quit, ea describam. Hic versus quum sit iambicus, legendum affirmo *γράψομαι γώ* [nam vett. edd. *γράψομ' ἐγώ*]. *Fl. Chr.* Facit hoc infra v. 556. *τουτὶ περὶ τῶν ἀντιβολούντων ἔστω τὸ μνημόσυνόν μοι.* et v. 572. *δεύτερον αὖ σου τουτὶ γράψομαι.* *Bergl.*

559. *ἢν ὁδί με κρατήσῃ.* Vide not. ad Av. 419. *Brunck.*

560. Euripides [Aeol. fr. XVIII.]:

φεῦ φεῦ, παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει.
γέροντες οὐδὲν ἐσμὲν ἄλλο πλὴν ὄχλος
καὶ σχῆμ', ὀνείρων δ' ἕρπομεν μιμήματα.

Bergl.

562. Haec interpolata sunt. Scribe:

σκωπτόμενοι δ' ἐν ταῖς ὁδοῖς
θαλλοφόροι καλοίμεθ' ἀν-
τωμοσιῶν κελύφη.

Dindorf.

564. *θαλλοφόροι.* Senes qui in Quinquatribus vel Panathenaeis oleae termitem ferebant pro pompa, nullique praeterea rei utiles aut commodi erant, *θαλλοφόροι* dicebantur. Eius moris meminerunt ex antiquis Cratinus in Deliasin et Pherecrates Epilesmosin et Philochorus l. II. (*τῆς Ἀτθίδος* puta), ut ait glossographus. Eorum opera si exstarent, maiorem lucem aspiceremus in vetustis ritibus et sacris. Xenophon certe in Symposio pulcros senes *θαλλοφόρους* memorat, qui Minervae in pompa Panathenaeorum servirent. Sed et traditur, auctore Dicaearcho in Panathenaico, mulieres vetulas in ea pompa adhibitas ramum olivae gestantes, quod merito miratur Scholiastes Graecus. Neque enim hoc alibi traditum existimo. Hesychius, bonus et antiquus glossematarius, in hac voce videtur corrigendus, quum ait hos senes tantum utibiles *πρὸς τὸ θάλλειν:* legendum enim *πρὸς τὸ θαλλοφορεῖν.* Neque vero spernendum, quod notat idem Scholiastes scriptum in commentariis (sic *ὑπομνήματα* vocabimus) huius, ut opinor, Comici ad hunc locum, nempe *θαλλοφόρους* dici *τοὺς ἐργάτας*; additque hemistichium ex epico poeta, ut arbitror: *θάλλον τ' ἐρίφοισι φορῆναι.* Quo intelligitur arbuteas frondes a senibus dari solitas

hoedis, credo, depulsis: id enim praecipue satagere in agris senes homines. *Fl. Chr.* Scholiastes docet in pompa Panathenaeorum festi senes gestasse θαλλούς, i. e. *olivae ramos*, et auctorem laudat Xenophontem in Symposio [IV, 17.]; respicit autem, ut puto, ad haec verba, quae ibi leguntur: θαλλοφόρους γὰρ τῇ Ἀθηνᾷ τοὺς καλοὺς γέροντας ἐκλέγονται. *Bergl.* Vide Meursii Panathen. cap. XX. *Brunck.*

565. ἀντωμοσιῶν κελύφη. Scholia: δικῶν. *Bergl.* Primum iusiurandum, ut ait Pollux in Onomastico [VIII. 54.], quo adigebatur qui litem intendebat, vera se crimina obiecturum, dicebatur προωμοσία. At ἀντωμοσία, quo reus promittebat, se non iniuria acturum. Tamen etiam actor dicebatur ἀντομόσαι, ut apud Isocratem in oratione περὶ ζυγοῦ. Et apud Laertium in vita Socratis de Melito accusatore, ubi habes τὰ δ' ἐγράψατο καὶ ἀνθωμολογήσατο, putavi legendum ἀντωμόσατο, quia dixerat ἀντωμοσίαν τῆς δίκης. Sunt autem κελύφη ovorum putamina: sed hic sic vocat litium ablegmina. Quod autem ait ἀπὸ βαλβίδων περὶ τῆς ἀρχῆς, ludit in ambiguitate vocis. Nam βαλβῖδες sunt carceres et initium stadii decurrendi: ἀρχὴ vero et principium et principatus. *Fl. Chr.*

568. (546.) ἀπὸ βαλβίδων. *A principio.* Quia a carceribus fit initium cursus. In Equit. 1154. ἄφες ἀπὸ βαλβίδων ἐμέ τε καὶ τουτονί, ibi autem cursu certant duo adulatores Populi, ut ostendant, uter promtior sit in cultu praestando. In Lysistrata v. 1001. aliter: ἀπὸ μιᾶς ὑσπλάτιδος. Vide ad Acharn. 482. *Bergl.*

περὶ τῆς ἀρχῆς. Significat principium et imperium. Ad hunc duplicem significatum alludens dixit: ἀπὸ βαλβίδων περὶ τῆς ἀρχῆς ἀποδείξω pro ἀπ' ἀρχῆς περὶ τῆς ἀρχῆς ἀποδείξω. Latine: *a principio de principatu ostendam. Bergl.*

570. εὔδαιμόν γ' ἢ καὶ μακαριστόν. [Sic Phil. Iunta.] Expungenda particula coniunctiva καὶ, ut constet versus Aristophanicus. *Fl. Chr.* Secutus est Brunckius: sed Invernizius recte omisit γε, Ravennatis libri opinor auctoritate. ἢ librariorum emendatio est propter sequentia facta. Scribe,

τί γὰρ εὔδαιμον καὶ μακαριστὸν μᾶλλον νῦν ἐστὶ δικαστοῦ, —

Theopompus Athenaei T. IV. p. 474. *ἐσπούδαζον δὲ δοκεῖν εὐδαίμονες εἶναι καὶ μακαριστοί.* ibid. p. 475. *συνῆν μετὰ τῶν ὑπάρχων εὐδαίμων καὶ μακαριστὸς ὤν. Dindorf.*

571. *τρυφερώτερον.* Scholiastes ait *τρυφῆς δεόμενον*, non sane ex meo sensu. Recte vero addidit *γέροντος*, quia ut plurimum hebent senes et languidiores sunt in fructu voluptatum. *Fl. Chr.*

ζῶον. In Pluto 443. *πενία — ἧς οὐδὲν πέφυκε ζῶον ἐξωλέστερον. Bergl.*

573. (550 K. 553. Br.) *μεγάλοι καὶ τετραπήχεις.* Quatuor cubitorum magnitudo non excedit iustam hominis mensuram. Longe grandior et fidem mihi non faciens vir illius Syracusiae, quem in idyllio *Ἀδωνιαζουσῶν* [v. 17.] Theocritus vocat *τρισκαιδεκάπηχυν.* Tamen alias hac voce usus videtur hic Comicus, quum loquitur de generosis. Hoc loco lictores, ut puto, designat et ostiarios. *Fl. Chr.* In Ranis 1026. *γενναίους καὶ τετραπήχεις. Bergl.*

προσιόντι ἐμβάλλει μοι. Sic rei repetundarum crimini obnoxii iudices prensare solent et manum blande contrectant. Malim autem legere *προσιών τις* quam *προσιόντι*, non quod prava sit lectio vulgaris, sed quia *ἐμβάλλει* non potest referri ad nomen multitudinis *ἄνδρες μεγάλοι*, ut sequentia *ἱκετεύουσι ὑποκύπτοντες.* Nisi dicamus transitum esse a plurali numero ad singularem, ut postea *ἕως ἂν ἰσώσῃ τοῖσιν ἐμοῖσι. Fl. Chr. προσιών τις.* Male vulgo *προσιόντι*, illato verbo, cui deficit suus nominativus. *Brunck.* Male Brunckius de suo dedit *προσιών τις*, invito etiam libro Rav. *Heindorf.* ad Platonis Protagoram p. 500. ubi similia exempla allata sunt. Conf. Reisig. I. p. 153.

574. *ἐμβάλλει μοι τὴν χεῖρ' ἁπαλήν γ).* Hoc modo blandiri solitos reos iudicibus, dicit etiam Xenophon in libro de Rep. Athen. [I, 18.] cuius verba adscribam,

---

γ) In *χεῖρ' ἁπαλὴν* latet nomen aliquod proprium, e. c. *χεῖρα Πάχης* vel simile quid. *Reisk.*

quia in illis notari aliud etiam debet scitu necessarium, nempe quod dicit, sociis Atheniensium Athenas proficiscendum ad iudicia fuisse: *νῦν δ' ἀναγκάζεται τὸν δῆμον κολακεύειν τῶν Ἀθηναίων εἷς ἕκαστος τῶν συμμάχων· γινώσκων ὅτι δεῖ μὲν ἀφικόμενον Ἀθήναζε δίκην δοῦναι καὶ λαβεῖν, οὐκ ἐν ἄλλοις τισιν, ἀλλ' ἐν τῷ δήμῳ, ὅς ἐστι νόμος Ἀθήνησι· καὶ ἀντιβολῆσαι ἀναγκάζεται ἐν τοῖς δικαστηρίοις, καὶ εἰσιόντός του ἐπιλαμβάνεσθαι τῆς χειρός. διὰ τοῦτο οὖν οἱ σύμμαχοι δοῦλοι τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων καθεστᾶσι.* *Bergl.*

575. *ἱκετεύουσίν θ'* — Male vulgo omissum *ν* paragogicum. *Brunck.*

τὴν φωνὴν οἰκτροχοοῦντες. Fundentes vocem miserabilem. Sic apud Homerum: *ἥτε χέει πολυηχέα φωνήν.* *Fl. Chr.*

578. (558. Br.) *οὐδ' ἂν ζῶντ' ᾔδειν.* Nisi, inquit, beneficium a me accepisset, non me nosset, neque mei rationem ullam haberet. Malim autem *ᾔδει* quam *ᾔδειν*, et sic Scholiasten puto legisse. *Fl. Chr.*

ἀπόφευξιν. Sic bene scriptum mox et in Nub. v. 8-4. Hic vero libri omnes *ἀπόφυξιν.* *Brunck.* Correxit iam *Bentl.*

579. (559. Br.) *τουτὶ, signum hoc, quod in pugillari exaro, ἕστιω τὸ μνημόσυνόν μοι.* Articulum *τὸ* non minus requirit sermonis proprietas, quam metri lex: et est in libris omnibus, praeterquam in novissima Batava, ubi operarum errore omissus fuit. *Brunck.*

580. *τὴν ὀργὴν ἀπομορχθείς.* Ira detersa et abiecta, leviter curo, quo promissa cadant. Claudicabit versus, nisi fulmentum adhibemus et legimus *καὶ τὴν ὀργήν.* *Fl. Chr.*

581. *τούτων — πεποίηκα.* Euripides in Phoeniss. 459. *ἔδρασεν οὐδὲν ὧν ὑπέσχετο.* *Bergl.*

583. Fallitur Elmsleius ad Acharn. p. 30. corrigens *τί ἆρ' οὐκ.*

585. (565. K. 565. Br.) *ἕως ἂν ἰσώσῃ τοῖσιν ἐμοῖσιν z).* Sophocles in Oedipo tyr. 1506. *μὴ δ' ἐξισώσῃς*

---

z) Donec mala sua nostris aequaverint. Atticismus est, quo

τοῖς ἐμοῖς κακοῖς. *Bergl.* Lege κακὰ πρὸς τοῖς οὖσιν, ut Schol. [et cod. Rav.] *Bentl.* Sic vulgo legitur hic versus:

κακά γε πρὸς τοῖσιν οὖσιν, ἕως ἂν ἰσώσῃ τοῖσιν ἐμοῖσιν.

In B. nec melius, nec peius, κακὰ πρὸς τοῖς οὖσιν, ἕως ἂν ἰσώσῃ τοῖσι ἐμοῖων [sic. videtur typothetae vitium esse.]. In istis nulla metri forma apparet. Numeros restitui ea ratione, cuius frequentissimum in emendando Comico nostro usum esse in not. ad Lys. 408. ostendi, revocanda praepositione verbi compositi:

κακὰ πρὸς τοῖσίν γ' οὖσιν, ἕως ἂν παρισώσῃ τοῖσιν ἐμοῖσιν.

Brunck.

οἱ μέν γ' ἀποκλάονται πενίαν αὑτῶν, καὶ προστιθέασιν
κακὰ πρὸς τοῖς οὖσιν, ἕως κλάων ἂν ἰσώσῃ τοῖσιν ἐμοῖσιν.

id est, *illi quidem lamentantur egestatem suam, et malorum cumulum addunt iis ipsis, quibus urgentur, malis donec lamentando sua quisque meis aequaverit.* — Suam autem Erfurdtius [ad Sophoclis Electram p. 472.] correctionem verborum, κακὰ πρὸς τοῖς οὖσι κακοῖσιν, ἕως ἂν ἰσωθῇ τοῖσιν —, ipse, sat scio, aliqua certe ex parte improbaret, si viveret. *Reisig.* I. p. 152.

586. *Αἰσώπου τι γέλοιον a*). Quia dixit μύθους, fortassis erunt qui de Aesopo fabularum scriptore hoc ridiculum intelligunt. Sed fuit Aesopus tragoedus histrio facetissimus et γελωτοποιὸς, qualis Oeagrus postea *b*). Lego autem κατάθωμαι i. e. ἀναπαύσωμαι, nisi malis esse *deponere iram. Fl. Chr.* Infra v. 1257. ἢ λόγον ἔλεξας αὐτὸς ἀστεῖόν τινα Αἰσωπικὸν γελοῖον. *Bergl.*

---

a plurali numero transitur ad singularem, Thucydidi familiaris; debuerat enim ἰσώσωσιν. Neque vero male legendum putem τοῖσιν ἐοῖσιν, quod ex Scholiasta coniicio. *Fl. Chr.* ἕως ἀνισωθῇ. *Reisk.*

a) γελοῖον diserte Scholiastes et pars veterum edd.

b) Sed vide not. ad schol.

588. (568. Br.) Vulgo sic legitur hic versus:

κἂν μὴ τούτοις ἀναπειθώμεσθα, τὰ παιδάρι' εὐθὺς ἀνέλκει.

Corruptelam prodit caesura post quartum pedem. In utroque codice scriptum *ἀναπειθόμεθα*. In A. litera *σ* superscripta minio a secunda manu. Legendum:

κἂν μὴ τούτοις ἀναπειθώμεθα, τά γε παιδάρι' εὐθὺς ἀνέλκει.

Brunck. Porso [praef. ad Hecubam p. XLVII.] additamentum Brunckii probans, *γε* ante *παιδάρια*, correctione utitur ea, ut *ἀναπεισθῶμεν* scribat. Atqui sic reprehendendus est grammaticus, quod non satis via processerit et ordine, quum *γε* posuerit propter *ἀναπεισθῶμεν*, et *ἀναπεισθῶμεν* propter *γε*. In utroque igitur Brunckii codice est *ἀναπειθόμεθα*, in altero autem *σ* supra scriptum minio. Unde colligimus, syllabam $\overline{\vartheta\alpha}$ ex subsequenti prognatam esse, Aristophanemque scripsisse:

κἂν μὴ τούτοις ἀναπείθωσίν με, τὰ παιδάρι' εὐθὺς ἀνέλκει.

Reisig. I. p. 151.

τὰ παιδάρι' ἀνέλκει. Ut infra in iudicio canum v. 978. *ποῦ τὰ παιδία; ἀναβαίνετ', ὦ πόνηρα, καὶ κινοῦμενα αἰτεῖτε, κἀντιβολεῖτε καὶ δακρύετε. Bergl.* Conf. Meier. de bonis damnatorum p. 226.

591. *τῆς εὐθύνης ἀπολῦσαι.* Quid sit *εὐθύνη* vide apud Suidam: hic est *τιμωρία. Fl. Chr.*

592. c) (570.) *εἰ μὲν χαίρεις ἀρνὸς φωνῇ.* Nempe ut leo delectatur bovis voce, quia libenter comedit illius carnem. *Bergl.*

φωνὴν παιδός. Gravior est vox agnorum et virorum, quam foeminarum. *Bergl.*

593. d) (573. Br.) *εἰ δ' αὖ τοῖς χοιριδίοις χαίρω,*

---

c) *εἰ μὲν χαίρω — ἑλεῖσαι.* Pendet ab *ἀντιβολεῖ:* cohaerent enim hi infinitivi. *ἀντιβολεῖ με ἀπολῦσαι, ἑλεῖσαι τίθεσθαι.* Dicunt nempe Graeci *τίθεσθαι τινὶ alicui se apponere*, ad alicuius partes accedere, alicui patrocinari, *sich jemandes annehmen. Reisk.*

d) *εἰ δ' ἄρ' τοῖς χοιριδίοις* [sic Phil. Iunta]. In editione Ve-

θυγατρὸς etc. Vocem feminarum comparat cum voce porcorum. In Acharnensibus rusticus filias suas tanquam porcas venum ferens, dicit v. 746. ὅπως δὲ γρυλλιξεῖτε καὶ κοἴξετε, χ' ἡσεῖτε φωνὰν χοιρίων. deinde quum puellae vocem edidissent, mercator, qui ante dubitabat an [non] verae essent porcae, voce audita, credit v. 781. νῦν γε χοῖρος φαίνεται. hic in Vespis v. 36. ἔχουσα φωνὴν ἐμπεπρησμένης συός. Male autem pro αὖ τοῖς omnes quas vidi edd. αὐτοῖς. *Bergl.* εἰ δ' αὖ τοῖς χοιριδίοις. Sic bene Berglerus e Florentis sententia. Perperam in aliis editt. εἰ δ' αὐτοῖς. Inepte in A. emendatum inter lineas αὐταῖς. *Brunck.*

594. (572.) τὸν κόλλοπ' ἀνεῖμεν. Diximus in Irena, quid esset κόλλοψ: solidum nempe et nervosum corium. Hic nihil aliud quam tensio, translatum a citharae tendinibus, circum quos volvuntur et tenduntur nerviae. Graeci vocant πασσαλίσκους i. e. *paxillos*. Nos Gallofranco idiomate *chevilles*, quasi *capitulos*. Hic igitur κόλλοπα τῆς ὀργῆς irae intensionem et rigorem vocat. *Fl. Chr.* Scholia: κόλλοπες λέγονται οἱ πασσαλίσκοι τῆς κιθάρας, εἰς οὓς ἀποδεσμοῦνται αἱ νευραὶ, καὶ τείνονται στρεφομένων. ὀργῆς οὖν κόλλοπα ἀντὶ τοῦ τὴν τάσιν τῆς ὀργῆς. In Ranis 712. est τῆς ὀγῆς ἀνέντες. In Avibus 583. aliter τῆς ὀργῆς χαλᾷν. *Bergl.*

595. τοῦ πλούτου καταχήνη. In Eccles. 650. καταχήνη τῶν σεμνοτέρων ἔσται πολλή. *Bergl.*

596. e) (576. Br.) δεύτερον. Vide supra v. 535. *Bergl.* Sic legitur hic versus in primariis editt.

---

neta legitur αὐτοῖς. Fortasse distinguendum αὖ τοῖς [sic etiam Bentl.]. Vocari autem χοῖρον vel ὑποκοριστικῶς χοιρίδιον partem eam, qua mulieres feminae sunt, alibi diximus ex Varrone, et in Acharnensibus satis apparet ex Megarensi χοιροπώλῳ. *Fl. Chr.* εἰ δ' αὖ τοῖς χοιρ. — τίθεσθαι. *Reisk.*

e) δεύτερον ἄν σου τουτὶ γράψομαι [sic Ph. Iunta]. Iamdudum censebam legendum αὖ pro ἄν: postea in Venetis libris coniecturam meam vidi confirmatam. Legerem autem γράψω, non γράψομαι: aut certum est αι diphthongum breviari, quod et alias alii adverterunt. Ceterum καταχήνη risus est et ludibrium, atque adeo contemtus divitiarum. Origo est παρὰ τὸ καταχαίνειν, quod est cum risu inhiare.

δεύτερον αὖ ταυτὶ γράψομαι, τὴν τοῦ πλούτου καταχήνην.

Et sic etiam Kusterus, nisi quod *τουτὶ* dedit. Ant. Fracinus vero edidit:

δεύτερον ἄν σου τουτὶ γράψομαι, τὴν τοῦ πλούτου καταχήνην.

[Sic et Rav. nisi quod *οἴκου* pro *πλούτου*.] Haec est lectio cod. B. nisi quod articulum *τοῦ* omittit. In A. *δεύτερον αὖ ταδὶ γράψομαι, τὴν τοῦ* — et superne varia lectio seu emendatio scripta *δεύτερον αὖ σου τουτὶ* — Inde pronum fuit numeros restituere:

δεύτερον αὖ σου τουτὶ γράφομαι, τὴν τοῦ πλούτου καταχήνην.

A poetae manu est *γράφομαι*: sed quia librarii animo obversabatur versus 538. *ἁπλῶς μνημόσυνα γράψομαι ᾽γώ*, hic etiam futurum loco praesentis posuit. Sic in Lys. v. 676. *διαγράψω* ante nos legebatur, ubi ad metri legem reposuimus *διαγράφω*. Duabus coniecturis hunc locum tentavit Dawesius, quarum neutra scopum ferit: *δεύτερον αὖ τοῦτο γράφωμαι ᾽γώ*. Vel *δεύτερον αἴ τουτὶ γράφομαι ᾽γώ*. Observes etiam ut *ἂν* et *αὖ* a librariis commutentur: cuius rei exemplum enotatum fuit ad Av. 789. 832. *Brunck.*

597. *f*) (577. Br.) *φάσκων τὴν Ἑλλάδος ἀρχήν*. Sic uterque cod. et primariae editt. Ant. Fracinus ex emendatione minime necessaria edidit: *φάσκων τῆς Ἑλλάδος ἄρχειν*. Tertiam lectionem invexit Cratander, *φάσκων τῆς Ἑ. ἀρχήν*. *Brunck.* Veram scripturam *τῆς* (typothetae, opinor, errore *τὴν* legitur in Invern. ed.) *Ἑλλάδος ἄρχειν* agnoscit Scholiastes. Confer Pac. 1081. ed. Inv.

598. (576.) *παίδων δοκιμαζομένων*. Non poterant ingenuorum filii se gerere pro civibus, nisi adhuc pueruli professi essent nomina, primum apud curiales, deinde apud populares. Ea professio dicebatur

---

Fl. Chr. Inepte Toup. Em. in Suid. I. p. 116. *δεύτερον αὖ τουτὶ γράψομαι ᾽γώ* — „Lege *δεύτερον αὖ τουτὶ γράψω μοι*. Supra 557. *τὸ μνημόσυνόν μοι*.“ *Bentl.*

f) *καὶ τ᾽ ἀγαθ᾽ ἄ μοι ὑμνεῖς, πάσης φάσκων τῆς Ἑλλάδος ἄρχειν*. *Reisk.*

δοκιμασία. Prioris professionis annus legitimus erat quindecimus. Quum autem qui praefecti erant isti probationi et *δοκιμασίᾳ*, non satis certum aetatis argumentum sumere poterant, solebant puerorum pudenda studiose explorare. Addit Scholiastes, ut ad publica munia utiles essent. Ait enim: *εἰς τὸ χρησιμεύειν ἐν ταῖς λειτουργίαις.* Qui *λειτουργίαν* pro re divina (ut neoterici volunt theologi), putabunt ad papatum vel presbyteratum adipiscendum testes esse necessarios, scilicet ne quid mutilum deo offeratur. Sane enim hodie neque presbyteri neque papae creantur, nisi se mares esse ostenderint. Quae lex maxime est fraudi maritis et praestaret ipsos, si non propter regnum coelorum, at propter damnum pudicitiae *κολούρους* fieri, neque tam bene vasatos. Huic professioni dicata erat dies Apaturiorum tertia, quae propterea *Κουρεῶτις* dicta. Iurabant autem parentes, liberos eos suos esse natos ex sua coniuge cive Attica. Posterioris annus professionis erat decimus octavus, quum pueri in ephebos et viros adscribebantur. *Fl. Chr.* Erant autem virorum oculi curiosi in talibus spectandis. Hinc apud nostrum in Nubibus ille qui exponit priscorum hominum mores et instituta dicit v. 972. *ἐν παιδοτρίβου δὲ καθίζοντας τὸν μηρὸν ἔδει προβαλέσθαι τοὺς παῖδας, ὅπως τοῖς ἔξωθεν μηδὲν δείξειαν ἀπηνές· εἶτ' αὖ πάλιν αὖθις ἀνισταμένους συμψῆσαι, καὶ προνοῆσαι· εἴδωλον τοῖσιν ἐρασταῖς τῆς ἥβης μὴ καταλείπειν γε. Bergl.* Vide Petitum ad Leges Att. p. 227. Epheborum explorationem ab inscriptione apud Curiales non satis distinxit Florens, cuius tamen nota digna est quae legatur, ob facetum nec prorsus ineptum cordati viri consilium. *Brunck.* Vide not. ad scholia.

599. (577.) *Οἴαγρος.* Diximus antea hunc Oeagrum histrionem fuisse et *ὑποκριτὴν* tragicum. Apparet autem hinc, in magno ipsum fuisse pretio et commendatione, additque ex Niobe, quia personam ille egerat Niobes ex fabula Sophoclis vel Aeschyli. *Fl. Chr.* Eadem ex schol. monet *Bergl.*

600. *ἐκ τῆς Νιόβης.* In Nubib. 1375. *ἦσ' ἐξ Εὐριπίδου ῥῆσίν τινα. Bergl.*

601. *ἐπίχειρα.* Sic mercedes vocat. Proprie sic

dicuntur quae lucra procedunt ex operibus manuum τὰ ἀπὸ τῶν χειρῶν κέρδη. Unde tales operarii non solum ἐργάται, sed etiam χειρώνακτες et ἀποχειροβίωτοι vocantur apud bonos auctores, praesertim Xenophontem. *Fl. Chr.*

602. (580. K. 582. Br.) ἐν φορβειᾷ. Versus ex Sophocle laudat Dionysius Longinus in libello de alto genere dicendi [c. 3.] in hunc modum: φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖς αὐλίσκοις ἔτι, ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι φορβειᾶς ἄτερ. quos etiam usurpavit Cicero in epist. ad Atticum l. II. Sed quod omnes φορβειὰν ligulam exponunt, quae tibiae solent inseri, non arbitror hic convenire, quia Scholiastes ait esse pelliculam, quae ob os tibicinis alligabatur. Lego autem paulo post καταλείπων, non καταλιπών. *Fl. Chr.* Id est: ἐμπεφορβειωμένος, ut in Avibus 862. ubi etiam de tibicine. *Bergl.* Vid. omnino comment. in Aves p. 507 sq.

τοῖσι δικασταῖς. Sic vett. editt. recte. In Kusteriana τοῖσιν, quam mendam retinuit novissima. *Brunck.*

603. καταλείπων. Sic legendum esse metri lex arguit, et sic scriptum est in A. Vulgo καταλιπών. *Brunck.*

ἐπίκληρον. Ad quam rediit omnis hereditas. *Bergl.* Nomine κλήρου omnia bona, quae cernere potest heres, comprehenduntur, sive ἔγγεια, sive ἔπιπλα. Hinc ἐπίκληροι dicuntur, ad quos devenit hereditas, quia κλήρῳ, id est sorte, bona erciscebantur. Sed κατ' ἐξοχὴν pupilla virgo, quae sola erat, vocabatur ἐπίκληρος: quanquam invenio ad nuptas etiam et ad pauperes virgines hanc vocem usurpatam. Hesychius ἐνούσιον vocat et πατροῦχον, et vivente etiam patre sic dici testantur grammatici, quia bona patris ad eam pertinebant. Ubi enim filia legitima, paternam hereditatem nothi non cernebant. Scholiastes Graecus ἐπίκληρον etiam vocatam dicit ἐπιπταματίδα, quod verbi quid sit, nondum perquirenti mihi et indaganti compertum esse potuit; neque Rhodiginum capio, qui Mandam videtur vocare. Aliquando coniicere libuit, num esset ἐπιπλαμματὶς, id est τὰ ἔπιπλα ματεύουσα. Sed mihi non satisfacit coniectura. Sane ἐπίκληρος id est

quod vernacula lingua Galli dicimus *une heritiere*. Apud Maronem Lavinia virgo dotalis dicta id videtur esse, quia illi patris bona pro dote cedunt: etsi scio apud Graecos ἐπίπροικον aliam esse, puellam nempe, quae fratres habens hereditatis partem pro dote assecuta est. Quia autem controversia erat cui nuptum esset danda pupilla ἐπίκληρος, propterea vocata etiam est ἐπίδικος. Nam bona ea, de quibus aliquis contendebat ut ad se pertinentibus propter generis proximitatem, quum mortuus nec filios haberet, nec heredes testamento reliquisset, dicebantur ἐπίδικα: unde ἐπιδικάζεσθαι litem de hereditate intendere, cuius actionis partes sunt ἀμφισβήτησις et παρακαταβολή. Sed haec omnia diligenter et accurate tractavit vir maximus ingenio et doctrina Car. Sigonius lib. III. de Rep. Atheniensium, ex Graecis oratoribus praecipue sumpta et post maximum Budaeum recensita et recocta. *Fl. Chr.* Vide not. ad schol.

604. κλαίειν μακρὰ τὴν κεφαλήν. Dictum fortassis ut illud: *o multa fleturum caput.* Sed quia testamentum res est inanimata, fortassis sic vocat τὴν κεφαλίδα τοῦ βιβλίου, ut de prima cera et capite testamenti, quae isti insuper habent, haec intelligantur, nisi Hesychium audimus, qui κεφαλὴν (nisi codices mendosi) ait esse τὸ σύνηθες et τὸ ὄνομα: ut hic nomina innuat tabulis testamenti contenta. *Fl. Chr.* In Pluto 612. ἐᾶν κλαίειν μακρὰ τὴν κεφαλήν. Omittitur etiam vox κεφαλὴν ut in Thesmoph. 218. τοῦτον μὲν μακρὰ κλαίειν κέλευε. Dicitur etiam μακρὰν, ut in Ecclesiaz. 426. δεῖπνον παρέχειν ἅπασιν, ἢ κλαίειν μακράν. Est autem κλαίειν εἰπόντες τῇ κόγχῃ idem quod ἀνακογχυλιάσαντες τὴν διαθήκην. ut infra loquitur v. 578. *Bergl.*

605. τῇ κόγχῃ. Sigillis conchas vel conchylia pro involucro imponebant, ut tutius asservarentur, neu typi et characteres delerentur. Propterea statim ait, ἀδικεῖς ἀνακογχυλιάζων, quasi sit conchylium aperiens. Etsi interpres Graecus videtur accepisse pro ἀνακωλύων, ubi notanda brevis syllaba χυ, alias semper, quod sciam, producta. *Fl. Chr.* Scholia: τοῖς σημείοις, ὡς κόγχας ἐπιτιθέντων ταῖς σφραγῖσι, ἀσφαλείας ἕνεκα. *Bergl.*

606. *ἔδομεν ταύτην.* Elocamus, inquit, virginem potiora nobis dona adferenti. Hinc nota vox illa apud Ciceronem de Verre praetore: *pupillos et pupillas certissimam esse praedam praetoribus. Fl. Chr.*

607. *g*) *καὶ ταῦτ' ἀνυπεύθυνοι δρῶμεν.* Vide Hudtwalckeri librum de diaetetis p. 32.

608. *h*) *τουτὶ γάρ τοι σεμνὸν τούτων.* Nempe *τὸ τὰ τῶν παίδων αἰδοῖα θεᾶσθαι*, quod dicebat v. 576. Loquitur autem ironice. *Bergl.* Fo. *σεμνὸν ἁπάντων. Bentl.*

609. (587. K. 589. Br.) *ἀνακογχυλιάζων.* Ad vocem *κόγχη* v. 583. (unde *κογχύλιον*) respicit. Sumitur autem *ἀνακογχυλιάζειν* hoc loco pro *ἀνασπᾶν τὴν κόγχην*· utitur enim verbo *ἀνασπᾶν* in eadem re in Lysistr. 1200. *καὶ μηδὲν οὕτως εὖ σεσημάνθαι, τὸ μὴ οὐχὶ τοὺς τύπους ἀνασπάσαι.* Alias *ἀνακογχυλιάσασθαι* est *ἀναγαργαρίσασθαι.* Vide Pollucem VI. 25. et Athenaeum V. p. 187. *Bergl.* Suidas: *ἀνακογχυλιάσαι, ἀναγαργαρίσασθαι.* Pollux VI. 25. *ὃ μέντοι ἀναγαργαρίσασθαι νῦν λέγουσιν, ἀνακογχυλιάσασθαι ἔλεγον, τὸ ἀνακλύσασθαι τὴν φάρυγγα. Πλάτων δὲ ὁ κωμικός·*

ἀνακογχυλιαστὸν ἐχθοδοπόν τι σκευάσω.

Hic autem facete Comicus ad alium sensum detorquet hoc verbum, nempe ad id quod supra dixerat, *τῇ κόγχῃ*, respiciens, *ἀνακογχυλιάζειν* adhibet pro *ἀνασπᾶν τὴν κόγχην.* Sigilla autem, ut conservarentur, conchyliis muniebant. *Brunck.*

610. *ἡ βουλὴ χὠ δῆμος i*). Sic Latini *senatus populusque Romanus*; ut *βουλὴ* sit *τὸ πρῶτον τάξει καὶ τιμῇ*: at multiceps illa bestia secundum habeat locum, sit tamen *τὸ κύριον καὶ ἄρχον.* Etiam apud Thucydidem hic ordo observatur. *Fl. Chr.*

612. (590. K. 592. Br.) *Εὔαθλος.* Fuit hic Eua-

---

g) *τῶν δ' ἄλλων οὐδενὶ ἀρκεῖ. reliquorum hoc nemini bene cedit,* aut *licet. Reisk.*

h) *τουτὶ* (propterea) *γάρτοι σε μόνον. ergo te solum beatum praedico* (et paene invideo tibi) *ob ea quae — Reisk.*

i) Conf. Schoemann, de comitiis Athen. p. 156.

thlus rhetor improbus sycophanta, qui a comicis frequens suggillatur, praesertim a Platone in Pisandro et a Cratino in Threissis vel potius Cressis, rursusque ab Aristophane in Acharn. [v. 710. *Bergl.*] et in fabula Ὀλκάσι, ex qua sunt hi duo versus trochaici, quos integros et emendatos adferam:

ἔστι τις πονηρὸς ἡμῖν τοξότης συνήγορος,
ὥσπερ Εὔαθλος παρ' ἡμῖν τοῖς νέοις.

ubi Euathlus non solum scelestus, sed et ignobilis censetur, quia τοξότης et ibi in Acharnensibus inducitur. Fuisse enim τοξότας inter viles et εὐτελεῖς velutque servos, videre est etiam in Lysistrata et ex Aiace Sophoclis, ubi Teucer ab adversario τοξότης in opprobrium appellatur et βάναυσον τέχνην κεκτημένος. Emendandus obiter Suidas in hac voce, ubi habes: ῥήτωρ πονηρός· ἄριστος Ὀλκάσι: legendum enim Ἀριστοφάνης Ὀλκάσι. Etiam hunc Euathlum ob εὐρυπρωκτίαν et λαλιὰν traducebant, ut in Acharnensibus glossographus scripsit. Quem autem vocat Colaconymum, is est Cleonymus, quem non semel ῥιψασπίδα vocat, et praeterea blandum assentatorem hic innuit. Legendum autem cum sibilo in fine ἀσπιδαποβλής. [Scilicet ς in fine omisit Ph. Iuntae typotheta.] *Fl. Chr.*

κολακώνυμος ἀσπιδαποβλής. His Cleonymum innuit. *Brunck.* Pro Κλεώνυμος et κόλαξ et ῥίψασπις. In Nub. 352. Κλεώνυμον τὸν ῥίψασπιν. *Bergl.*

613. οὐχὶ προδώσειν ὑμᾶς φασί. Infra v. 663. οὐχὶ προδώσω τὸν Ἀθηναίων κολοσυρτόν· ἀλλὰ μαχοῦμαι περὶ τοῦ πλήθους ἀεί. *Bergl.* φασίν. Perperam vulgo φασί. *Brunck.*

615. πρώτιστα μίαν δικάσαντας. In Equit. 50. ὦ δῆμε, λοῦσαι πρῶτον ἐνδικάσας μίαν. *Bergl.* δικάσαντας, tanquam si praecessisset δικαστάς. *Brunck.*

616. (596. Br.) κεκραξιδάμας. De eodem Cleone in Equit. 36. ἅρπαξ, κεκράκτης. *Bergl.*

μόνους. [Sic Ph. Iunta.] Puto legendum μόνον et fortassis esse μονονούχ. *Fl. Chr.* μόνον ἡμᾶς. Sic legendum. In binis codd. μόνους ἡμᾶς eadem sententia, sed metro repugnante. Pessimo sensu, si modo aliquis est, vulgo μόνος. *Brunck.*

617. *τὰς μυίας ἀπαμύνει.* De eodem Cleone in Equit. 60. *βυρσίνην ἔχων δειπνοῦντος, ἐστὼς, ἀποσοβεῖ τοὺς ῥήτορας. Bergl.*

618. *οὐ πώποτ' ἔδρασας.* Elegans Atticismus *ἔδρασας τὸν πατέρα*, quem Lucianus in primo dialogo deorum imitatus est, quum ait illic Prometheus ad Iovem: *οἷα καὶ ἔδρασας τὸν Κρόνον. Fl. Chr.*

619. *Θέωρος.* Tanquam adulatorem notat hunc et supra v. 45. ubi de eo dicitur: *κεφαλὴν κόλακος ἔχει. Bergl.*

Ravennatis libri *καί που 'στὶν* ducit ad veram scripturam *καί τοὐστὶν*, quod animadverterunt Elmsleius ad Acharn. p. 166. et Reisigius in syntagmate critico p. 27.

Εὐφημίου οὐδὲν ἐλάττων. Iste etiam adulator fuit. *Bergl.* Theorum comparat Euphemio, qui rhetor fuit habitus inter maximos assentatores, eumque adeo iudicibus obnoxium fuisse ait, ut eorum baxeas non pigeret detergere. Hoc enim est *τὰ ἐμβάδια περικωνεῖν*, sumta metaphora a vasibus picatis. Nam *κωνεῖν* est *πισσοκοπεῖν*, puto *ἀπὸ τοῦ κονιάματος*, quasi *incrustare*: nam pice dolia incrustabant. Hinc *πισσοκόνιτος μόρος* mors est, qua moriuntur qui pice obliti cremantur, ut Aeschylus in Cressis dixit, et post illum Cratinus Aeschylei characteris aemulus. Hinc et *πισσοκονία* Herodoto, quam alii *πισιδίαν* vocant, quum pice linuntur pecudum tonsillae. Fortassis autem a pice ipsum vas Graeci dixerunt *πίθον*, quem Lacones *πίσος* vocant. *Fl. Chr.*

620. *k*) (600. Br.) *τὸν σπόγγον.* Magis Atticum esset *τὸν σφόγγον.* — *περικωνεῖν, oblinere.* Etymol. M. *κωνῆσαι, κυρίως τὸ κέραμον πισσῶσαι.* Notam integram vide in Tagenistis XXVI. Hinc adstruitur forma *κωνέω. Brunck.* Conf. Barkerum in Classical Iournal XXIV. p. 404. sive ad Etymol. M. T. II. p. 1104. 1111.

622. Scribe cum Bentleio *καὶ ὑπηρεσίαν.*

---

k) *ἔχων.* F. *ἑλών. Reisk.*

624. (602. K. 604. Br.) *πρωκτὸς λουτροῦ περιγενόμενος.* [Sic Ph. Iunta.] Legendum propter versum *περιγινόμενος.* Est autem proverbium, quod Erasmus sic vertit: *podex lutionem vincit;* et ex Scholiasta Graeco convenire facit in eos qui suo ipsorum damno vincunt; tum in eos qui semper inquinantur et inviti lavantur. Malim ego sic vertere: *podex latrinam superat.* Quid enim aliud latrina quam lavatrina, et lavatrina quid nisi *λουτρόν?* Et sane credibile est de iis, qui alvo sunt soluta et qui foria (quae stercora sunt liquida, sic Callimachus *φορυτὸν* dixit) saepius quam conveniat naturali *εὐεξίᾳ* emittunt, quosque apud Nonium *foriolos* dici videmus. Antiqui munditiarum talium eligentiores fuerunt quam hodie sumus, qui satis elegantes et mundi extra videri volumus, interne porci et si quid immundius. Propterea balneo itentidem utebantur etiam post opus adsellatum (sic placet Latine dicere *ἐργασίαν γαστρικήν*) spongiamque adhibebant; unde Seneca in epistola 70. de Germano, qui in ludo bestiariorum secesserat ad exonerandum corpus, dixit: *ibi lignum id, quod ad emundanda obscoena adhaerente spongia positum est, totum in gulam farsit* etc. In Irena (ubi enim balneum deest, aliud auxilium petendum) tres habes lapides asperos vel quatuor laeves. At in Divite fabula tersionem podicis ex alliis facit. Ait enim: *οὐ λίθοις, ἀλλὰ σκορόδοις ἀποψώμεθα:* mutationem innuens pauperis vitae in beatam. *Fl. Chr.*

Post *περιγιγνόμενος* commate distingui debuit. Ordo est: *παύσει ποτὲ τῆς ἀρχῆς*, pro *παύσει λέγων περὶ τῆς ἀρχῆς. Brunck.*

627. (606. Br.) *κᾆπειθ' ἥκουθ'* [sic Ald.] *ἅμα πάντες ἀσπάζονται.* Sic perbene A. *ἀσπάζονται* in subiunctivo [quod reponendum esse monuerunt *Bergl.* et *Reisk.*] prorsus requirit constructionis lex, quandoquidem pendet ab *ὅταν.* Male vulgo *ἀσπάζονται.* B. vett. omnium editt. lectionem habet, *κᾆπειθ' εἰσήκουθ'.* Quod Kusterus dedit *κᾆτ' εἰσήκουθ'* ab emendatore est et Florenti debetur. Quid autem hic sibi voluerit, miror. *Ut versus constet ἔμμετρος, lege ἥκουθ' simpliciter, non εἰσήκουθ' ἅμα. Sed quid tergiversor? Le-*

gendum affirmo ἥκοντά με πάντες, sive κἄτ' εἰσήκοντα, sive κἄπειθ' ἥκοντα, sive κἄπειτ' εἰσήκοντα, delendo articulum τὸν ante μισθόν. Si paulo acutius vidisset, non dubitasset quin *κἄπειθ' ἥκοντα* sincerum esset. *εἰσήκοντα* ex librarii libidine est. Sic solet istud genus hominum composita verba in simplicia mutare, et simplicia in composita ut alibi nobis observatum fuit. Bonae lectionis indicium servat asperata litera in quam vox *κἄπειθ'* desinit, quaeque ibi non esset, nisi *ἥκονθ'* subiectum fuisset. Sed quisnam versus exstiturus esset, si tertia admitteretur Florentis coniectura?

ὅταν οἴκαδ' ἴω μισθὸν ἔχων, κἄπειτ' εἰσήκοντά με πάντες.

Ignorabat ergo commatum legem in tetrametris anapaesticis? nam in illo versu caesura est post quartum pedem. Tum articulum *τὸν* hic requirit linguae indoles, siquidem de mercede determinata, nempe *τῷ τριωβόλῳ*, sermo est. Denique minime omnium necesse est pronomen *με* inserere, quod subauditum ex ipsa sententia, quae perspicua est, facile suppletur. *Brunck.*

ἡ θυγάτηρ με ἀπονίζῃ. Haec officia feminis mandata erant antiquitus: praecipue vero parentes senes filiae sic curabant et colebant, ut lotos pedes ungere solerent. Unde illud veteris poetae: *bona femina lavit et unxit.* Hunc adeo morem priscum fuisse et laudatum, vel satis apparet ex femina peccatrice, quae domini servatoris Iesu pedes unxit pretioso et caro unguento. Sane apud Homerum propterea dici *λιπαροὺς πόδας*, existimavit Euphronius. *Fl. Chr.*

629. *παππάζουσα.* Id est *πάππαν με καλοῦσα*, ut loquitur in Pace 119. *Bergl. παππίζουσ'* Suidas in *ἐκκαλαμᾶται. Bentl.*

τριώβολον ἐκκαλαμᾶται. [Sic cod. Rav. et Phil. Iunta.] Lego *τὸ τριώβολον*, ut expleantur numeri. Verbum autem *ἐκκαλαμᾶσθαι* dixit translatum ab iis, qui calamo vel arundine pisces extrahunt in littus. *Fl. Chr.* Triobolum illum, quem acceperam mercedem iudiciariam, elicit mihi ex ore lingua sua, ut piscatores calamo extrahunt piscem (vide supra v. 580.). Solebant autem in ore gestare pecuniam; infra v. 787. *κἀ-*

γὼ ἐνέκαψ', ὀβολοὺς γὰρ ᾠόμην λαβεῖν. ubi vide notam. *Bergl.*

630. *l*) φυστὴν μᾶζαν. Non multum *subactam.* Vide Casaub. ad Athen. III. c. 29. *Bergl.* Testatur Athenaeus lib. III. Dipnosoph. apud Athenienses esse mazam vel turundam (quanquam turunda a terendo) quae trita non esset, et Hesychius vocat μᾶζαν ἄτριπτον. Puta fuisse fermentatam. Scholiastes Graecus ex farina et vino conflatam scribit. φυστὴ autem ὑξυτόνως scribendum auctore Herodiano, et sic dicta quasi inflata. Apud Suidam male coaluerunt duae voces, φυστημάζα: distingue, φύστη, μᾶζα etc. Hunc enim locum laudat, sed ἐπιθωπεῦσαν legit, non autem ὑποθωπ. Quin et pentametrum vetus adfert:

φυστῆ ἐνιγρώνη μασσωμένη παλάμαις.

ubi primum emendo μασσαμένη (est enim μάσσαι, φυρᾶσαι, unde μᾶζα), deinde legerim φυστὴν ἐν γρώνῃ etc. *Fl. Chr.*

631. φάγε τουτὶ, ἔντραγε τουτί. In Equit. 51. ἔνθου, ῥύφησον, ἔντραγε. *Bergl.*

632. (612. Br.) τούτοισιν ἐγὼ γάννυμαι. [Sic Bentl.] Perperam vulgo, versu ruente, τοῖσιν ἐγώ. Mendose in codd. γάννυμαι. Futiles sunt Florentis *m*) ad hunc versum prolatae coniecturae. *Brunck.*

καὶ μή με δεήσει. Male vulgo δεήσῃ. *Brunck.* Legendum κεἰ μή με δεήσει, et mox ἀλλ' ἦν, cum plena distinctione post τονθορύσας. *Elmsleius* ad Sophoclis Oedipum tyr. 662. p. 95.

634. *n*) τονθορύσας. In Ranis 759. τονθορύζων ἡνίκ' ἂν πληγὰς λαβὼν πολλὰς ἀπῇς θύραζε. *Bergl.*

---

l) ἐπιθωπεῦσαν — προσενέγκοι Suidas in φυστή. *Bentl.*

m) Lego ἐγὼ γὰρ γάννυμαι: vel cum duplici ν γάννυμαι, secunda syllaba producta; ut inde Latinum *gannire* ortum videatur. Mox etiam lego ὁππότ' ἄριστον, ut π sit geminatum. Hoc enim poscit versus ratio metrica. *Fl. Chr.*

n) In μὴ subintelligendum δέει. *metu, ne protinus sibi altera maza paranda sit. aus Furcht, er werde mir noch eine Bamme schmieren müssen. Reisk.*

635. Loquitur *Ὁμηρικῶς*. Il. *μ'*, 57.

πυκνοὺς καὶ μεγάλους, δηΐων ἀνδρῶν ἀλεωρήν.

Conf. Valcken. ad Callimachi fragm. p. 291.

636. *o*) (614. K. 616. Br.) *μὴ 'γχῆς*. Ab *ἐγχέω*. Sic recte A. [et Reisk.] Mendose vulgo *μὴ 'κχῆς*. *Brunck.* Reisigii [I. p. 44.] sententia [*δεῖ* pro *δέῃ* dici] si vera est, haud dubie legendum:

κἂν οἶνόν μοι μὴ 'γχεῖς σὺ πιεῖν, τὸν ὄνον τόνδ' εἰσκεκόμισμαι

οἴνου μεστόν.

Sed haec monosyllaba subiunctivi forma idonea auctoritate caret, altera disyllaba passim occurrit. *Elmsleius* ad Euripidis Medeam p. 146.

ὄνος et *δῖνος* nomina sunt poculorum. In prioris ambiguitate ludit Comicus, *poculo* tribuens, quae sunt *asini*, ut *βρωμήσασθαι* et *καταπαρδεῖν*. — *στράτιον*. Hesych. [a Bergl. excitatus] *πολεμικὸν, ἢ φοβερόν*. Photius: *τὸ μέγα καὶ σοβαρόν*. *Brunck.* *ὄνου*. Scholia: *εἶδος ἀγγείου· ἴσως διὰ τὸ διάπλασμα ἔχειν ὄνου μορφήν*. Aut quia fremitum quendam excitaret infuso liquore. *Bergl.*

637. *οὗτος δὲ κεχηνώς*. Scholia: *ὁ ὄνος. ἔπαιξε δὲ πρὸς τὸ ζῶον*. *Bergl.* Tanquam de animali asino loquitur. Nam *βρωμᾶσθαι* proprie asinus dicitur esuriens et rudens. Unde apud Nicandrum *λέπαργος βρωμήεις* vocatur. Est autem *δῖνος* vas fictile sine basi et inferne rotundum. *Fl. Chr.*

638. *δίνου*. Poculi genus. Vide ad Nub. 1476. *Bergl.* *καὶ στράτιον κατέπαρδεν*. Pro *ἐψόφησεν:* sed quasi de quadrupede asino dixit *pedere*, quod solent calcitrones aselli. *στράτιον* autem, quod ad plures militantes satis sit. Utebantur enim in exercitu calicibus. *Fl. Chr.*

---

o) *κἂν οἶνόν μοι μὴν 'κχῆς*. [Sic Ph. Iunta.] Lege *μὴ 'κχῆς*, pro *μὴ ἐκχῆς*, vel potius *μὴ 'γχῆς* pro *μὴ ἐγχῆς*, et distingue post *πιεῖν*. Ludit autem in vocibus *οἶνος* et *ὄνος*. Est autem hic *ὄνος* vasis species facta fortassis in figuram aselli; neque aliam ob rem aurita pocula dicta puto dyotam, *ἀμφῶες*, et similia. Lege autem *τὸν ὄνον τόνδ' εἰσκεκόμισμαι*. [Scilicet Ph. Iunta *τόνδε* sine elisione habet.] *Fl. Chr.*

639. Concludit Philocleo magnum se gerere principatum nec minorem Iovis regno. Sunt autem hic duodecim anapaestici versus dimetri omnes et acatalectici praeter coronidem. Legerem tamen *πᾶς τις φήσει*, non *φησί*. Deinde *ταῦθ' ἅπερ ὁ Ζεὺς*, ut videtur voluisse Scholiastes. *Fl. Chr.* Scilicet Phil. Iunta et cod. Rav. *ὥσπερ* habent. Recte reliqui libri *ἅπερ*.

645. (624. K.) *κἂν ἀστράψω, ποππύζουσι p) κἀγκεχόδασιν.* Illud *ποππύζουσι* non possim melius interpretari quam si dicam cum veteri poeta: *gannitu vocis adulant.* Virgilius in Georgicis circumlocutus est de equo: *blandis gaudere magistri laudibus.* Sunt enim poppysmata. Apud Theocritum [V, 7.] est exiliter sonare inflante bucca et quasi strepere, ut et *ποππυλιάζειν.* Martialis poppysmata traduxit ad *γυναικεῖον αἰδοῖον* oris aemulum, quod contractum sonum edit. Sed ex hoc fumo dare lucem mihi cautio est. At *ἐγκεχόδασι*, quod addit, ab *ἐγχέζω* est praeteritum, scilicet medium, ut vocant. Hoc proprie est *percacare*, quod ex metu saepe contingit. *Fl. Chr.* Plinius l. XXVIII. c. 2. *fulgetras poppysmis adorare consensus gentium est. Bergl.*

651—667. Respondent haec versibus 546. — 565.

651. In Thesmoph. 440. *οὐ πώποτε ταύτης ἤκουσα πολυπλοκωτέρας γυναικὸς, οὐδὲ δεινότερον λεγούσης. Bergl.*

654. *ἐρήμας.* Proverbium est: *οὐκ ἐρήμας τρυγήσεις*, cadens in eos qui sine metu aliquid designant, neque metuunt prohibitorem. Ductum autem ab iis qui incuriose vites custodiunt. Nam *ἐρήμας ἀμπέλους* intelligendum vineas desertas a custode. Vir magni et indefessi ingenii Erasmus non satis digne sensum huius adagii extricavit, meritoque censuram doctissimi et diligentissimi H. Stephani incurrit: sed recte tamen proverbium hoc notavit illi esse affine: *γλυκεῖ' ὀπώρα φύλακος ἐκλελοιπότος. custode moto dulcis est autumnitas:* quam sententiam sunt qui ad obscoena traducant, et nos monuimus ad Lysistratam huius

---

p) ποππύζουσιν. Male vulgo omissum *ν* paragogicum. *Brunck.* Seq. versu *Reisk. μοι* coniicit.

Comici. *Fl. Chr.* Putabat me causam meam desertum. Est autem proverbium in Ecclesiaz. 883. ὅου δ' ἐρήμας, οὐ παρούσης ἐνθάδε ἐμοῦ, τρυγήσειν; *Bergl.*

ὥεθ' οὗτος. Si bene Dawesius Misc. crit. p. 231. *Brunck.* Legebatur οὕτω.

655. ἥδειν est tertia persona singularis, ut supra 558. *Brunck.*

ταύτῃ κράτιστός εἰμι. Hac, inquit, parte potens sum, aut, hanc sententiam semper valere puto: nempe melius esse iudicia exercere, quam domi sedere et quiescere. Interpres Graecus hic contrarium pronunciat. Ait enim: ταύτῃ τῇ γνώμῃ κράτιστός εἰμι, ὅτι τοῦ δικάζειν βέλτιόν ἐστι τὸ ἔνδον καθέζεσθαι. Sed opinor articulos τοῦ et τὸ locum mutare debere. Alii subaudiunt χειρὶ in ταύτῃ, et translatum putant a pugilibus, qui alteram manum habent valentiorem. *Fl. Chr.*

656. Recte Porsonus apud Gaisfordium ad Hephaestion. p. 292. scripsit: ὡς δ' ἐπὶ πάντ' ἐλήλυθεν.

πάντ' ἐπελήλυθεν. In Thesmoph. 443. πάσας ἰδέας ἐξήτασεν, πάντα δ' ἐβάστασεν φρενί. *Bergl.*

662. q) (640. K. 642. Br.) σκορδινᾶται. Hoc verbi deductum putant ab alliorum repletione et arbitrantur ex eorum acrimonia convelli membra et extendi.

---

q) 660. Quae in fine huius strophae post νήσοις leguntur ἡδόμενος λέγοντι glossatoris sunt, ut quae idem, sed languidius, dicant quod praecedentia, et sui simile nihil inveniant in antistropha *). Hanc quidem, levissimis mutationibus, ita digerebam:

Δεῖ δὲ παντοίας σε πλέκειν
Εἰς ἀπόφευξιν παλάμας:
Τὴν γὰρ ἐμὴν πεπάναι
Τὴν ὀργὴν χαλεπόν τι
Μὴ πρὸς ἐμοῦ λέγοντι.

Hotib.

*) Ita Xenophontis etiam Memorab. Socrat. 3, 6, 10 verbis ὁπόσαι τε φυλακαὶ ἐπίκαιροί εἰσι καὶ ὁπόσαι μή haec adscripta: Καὶ ὁπόσοι τε φρουροὶ ἱκανοί εἰσι καὶ ὁπόσοι μή εἰσι, quae tum signo ταυτολεξίας deprehenduntur esse additicia, tum eo quod nihil iis respondet in sequentibus. *Hotib.*

Latine hoc dicitur *pandiculari*, quia talis convulsio pandum faciat corpus; sed quum sine esu alliorum membrorum illa extensio contingat etiam iis, qui a somno excitantur; non putem veram esse hanc vocis originationem r). Erotianus vocum Hippocraticarum antiquus et diligens enarrator ait esse qui hunc morbum κορδίνημα potius vocent, quam σκορδίνημα, quos errare putat eruditissimus Gorraeus in medicis definitionibus. Ego vero quamvis non dubitem lubricam esse aleam in veriloquiorum et etymorum investigatione, existimo tamen κορδίνημα non spernendum, et deductum quasi καρηδίνημα vel κοροδίνημα (sive a pupulis sive a satietate) praesertim quum idem Erotianus dicat σκορδινᾶσθαι esse καρηβαρέειν et hunc nostrum Comicum laudet. Tamen Galenus in lexidio earundem vocum agnoscit σκορδίνημα vel σκορδινισμὸν, pro extensione membrorum cum oscitatione, quae hic locum habet. Ait enim illum iam oscitare et protendi sensibus ereptis (sic enim ἀθυμίαν, quod ait Scholiastes, interpretor, quam in Acharnensibus vocat ἀλογίαν, quae vox reponenda in Suidae codicibus, ubi male ait gigni hunc morbum ἐξ ἀναλογίας) et quasi e somno surrecturus. Propterea hic sequitur κἄστιν οὐκ ἐν αὑτῷ: sic enim lego, vel οὐκέθ' αὑτοῦ s). *Fl. Chr.* Sic etiam in Ran. 954. de eo qui videbatur convictus et non habere quod respondeat: τί σκορδινᾷ καὶ δυσφορεῖς; deinde alter, qui videbatur eum confutasse: ὅτ' αὐτὸν ἐλέγχω. *Bergl.*

κἄστιν οὐκ ἐν αὑτοῦ. Sic etiam bini codices. Florenti auscultandum non est ista mutanti. *Brunck.* in Supplem. V. Hermann. ad Viger. p. 858.

663. (643. Br.) βλέπειν σκύτη. Proverbium est, quod expetit in meticulosos, qui flagra et lora et scuticas semper prae oculis habent, cuius meminit Eupolis in Aureo seculo: ἀτεχνῶς — βλέπει. *Vere ergo lora respicit, quod inquiunt.* Erasmus in adagiis non videtur vidisse mentem Aristophanis, neque sensum

---

r) Vide interpretes ad Acharn. p. 36.

s) Lege ἑαυτοῦ vel οὐκέθ' αὑτοῦ. *Bentl.*

proverbii, quum vertit *σκύτη tergora*. Nam de coriis et nervis bubulis intelligendum. Unde Plautus servorum et verberonum genus ferratile dixit, quod mortui incursant boves. Itaque merito Desiderius castigatus est ab H. Stephano. *Fl. Chr. Terrefaciam te.* Proverbium sumtum ab illis, qui verbera timent. Eupolis apud Schol. ἀ. — *β. Bergl.* *βλέπειν σκύτη* inter proverbiales locutiones refertur. Zenobius e Comici Scholiaste: *μέμνηται αὐτῆς Εὔπολις ἐν Χρυσογένει. φησὶ γάρ·*

ἀτεχνῶς μὲν οὖν τὸ λεγόμενον σκύτη βλέπει.

εἴρηται δὲ ἐπὶ τοῖς ὑποψιαστικῶς διακειμένοις πρὸς τὰ μέλλοντα κακά. Brunck. Turpiter claudicat hic versus, cuius in sexta sede spondeus est: nam *σκύτη* priorem semper producit. Transpositae fuerunt duae voces, quibus in ordinem suum repositis, recto talo versus incedit:

ἦ μὴν ἐγώ σε τήμερον σκύτη βλέπειν ποιήσω.

Haec et similia si quis criminetur me animadvertere debuisse antequam textus excuderetur, culpam me in me commeruisse ingenue fatebor. Sed istae mendae prioribus editoribus ne suboluerant quidem, easque serius etiam deprehendisse satius est, quam intactas praeteriisse. *Brunck.* in Supplem. *σκύτη βλέπειν* Scholiastae adnotationi praefixum est, et reposuit etiam *Bentl.*

664. *παντοίας πλέκειν παλάμας.* Euripides in Andromacha 66. *τί δρῶσι; ποίας μηχανὰς πλέκουσι νῦν; Bergl.*

666. 667. Scribe:

τὴν γὰρ ἐμὴν ὀργὴν πεπᾶ-
ναι χαλεπὸν . . . .
μὴ πρὸς ἐμοῦ λέγοντι.

Dindorf.

666. *πεπάναι.* Id est mollire et remittere. Sic Hippocrates dixit *τὰ μὴ πέπονα dura et cruda.* Et Homerus eodem sensu l. I. Iliad. dixit *χόλον καταπέψει*, ut hic *ὀργὴν πεπάναι.* At *πρὸς ἐμοῦ* est pro *ὑπὲρ ἐμοῦ* vel *ἐμοὶ ἀρέσκοντα.* Nam Bdelycleo dicturus est contra iudices. Quod autem ait *κατερεῖξαι*, proprie est quando agit de mola, cuius officium frangere est, vel

potius frendere, unde dentes molares, quia frendunt, et porculi nefrendes, qui frendere nequeunt, et faba fresa ἐρεγμὸς, et τὰ ἐρεικτὰ legumina Homerus in Iliade dixit: ἤρικε κόρις, id est ἐσχίσθη, ut et illud ἐρεικόμενος περὶ δουρί. *Fl. Chr.*

667. μὴ πρὸς ἐμοῦ λέγοντι. *Non e re mea dicenti.* Vide Koenium ad Corinthum p. 44. [106.]. *Brunck.* Sophocles in Oedipo tyr. 1455. πιθοῦ τι μοι· πρὸς σοῦ γὰρ, οὐδ' ἐμοῦ φράσω. Herodotus in Clione: ἐλπίσας πρὸς ἑαυτοῦ τὸν χρησμὸν εἶναι. *Bergl.*

669. κατερεῖξαι. Vide ad Ranas 508. *Bergl.* Vide Valckenar. ad Herodot. III. 66. p. 68. Schweigh.

670. *t*) ἢ ἅπὶ τρυγῳδοῖς. Maius, inquit, est opus et labor, quam ferre possit comoedia, sanare morbum urbis inveteratum et iam dudum in animis plebis nidulantem: hoc enim est ἐντετοκνῖαν νόσον. Ceterum τρυγῳδεῖν esse κωμῳδεῖν testatur etiam Hesychius; quia scilicet ante inventas personas actores faecibus ora perungebantur. Plautus Poenulo contra dixit: *indoctior sum quam in tragoedia comici.* Recte autem vocat morbum insaniam illam iudicandi. Sane τραγῳδοὺς etiam esse χορευτὰς et κωμῳδοὺς idem censet grammaticus. *Fl. Chr.* Perperam in binis codd. τραγῳδοῖς. Vide ad Nub. 296. *Brunck.*

672. ἡμέτερε. Ultima producitur ante literas κρ anapaestorum licentia. *Brunck.* Non „anapaestorum licentia," sed quod Homeri *v*) verba sunt, producitur ultima pronominis syllaba. *Porson.* praefat. ad Eurip. Hecub. p. LVI. qui citat ἀτὰρ ὦ π. — ut vulgo: nam ἀλλ' Brunckius scripsit tacite.

673. διδάξεις. Soloece vulgo διδάξῃς. Vide supra ad v. 190. *Brunck.*

674. (654. Br.) τεθνήξει. Sic A. Vulgo τεθνήσει. Hoc tanquam Atticum enotavit Suidas, sed prava

---

t) 671. F. ἐντετακνῖαν pro ἐντετηκνῖαν, quae velut liquor totam massam urbis penetravit. *Reisk.*

v) Ex Homero Iliad. ά. ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη, ὕπατε κρειόντων. *Bergl.*

libri sui scriptura deceptus, ut videtur. In Nub. 1436. *σὺ δ' ἐγχανὼν τεθνήξει*, codd. non variantibus. In Acharn. 590. posthabita Suidae auctoritate, reposui etiam *τεθνήξει* ad meliorum codd. fidem. *τεθνήσομαι* nullibi occurrit, et est plane barbarum. — *κἂν χρῇ*. Male vulgo *χρὴ* in indicativo. Vide ad Lys. 133. — *σπλάγχνων ἀπέχεσθαι*. Schol. *ὅτι οἱ ἀνδροφόνοι οὐ μεταλαμβάνουσι θυσιῶν*. Vide Petitum ad Leg. Att. p. 612. §. VI. *Brunck.*

σπλύγχνων μ' ἀπέχεσθαι. Exta hic et viscera pro sacrificiis usurpat, quibus excludebantur piaculares et homicidae; ut putem exsecrandum dictum, quasi e sacris tollendum: qui etiam extorris dicitur. Erat autem hoc vetustum genus excommunicationis, ut vocant, non esse inter *ὁμοτραπέζους*, vel ut ait Aristoteles in Politicis, *ὁμοκάπους*. Sic Orestes exsul propter caedem matris et furiis agitatus hospitum mensae, ad quos deveniebat, non participavit, sed praebita sunt ei, ut ait Euripides in Taurica Iphigenia, *ξένια μονοτράπεζα*. Sic Circe apud Apollonium Rhodium non assedit Iasoni et Medeae, nisi prius purgatis a caede Absyrti. Existimo autem posse hoc genus loquendi, *σπλάγχνων απέχεσθαι*, tolli in proverbium; neque, quod sciam, suboluit Erasmo viro sagaci et naris emunctae. *Fl. Chr.* Per exta intelliguntur sacrificia, a quibus excludebantur homicidae, nisi rite essent expiati. *Bergl.*

675. *χαλάσας τὸ μέτωπον*. Dicitur etiam *χαλᾶν τὴν ὀφρύν*, *χαλᾶν τὸ σκυθρωπὸν*, et *χαλᾶν τὴν ὀργήν*. *Bergl.*

676. (654. K.) *λόγισαι*. Supputationem facit redituum, ut ostendat posse plebem aliunde ali, ut non necesse sit eam mercedi iudiciariae adeo inhiare. *Bergl.*

φαύλως, μὴ ψήφοις. Scholiastes putat hoc loco *φαύλως* esse pro *ἁπλῶς* et *ἀφελῶς* et Suidas exponit *εὐχερῶς*. Tamen putem esse male et non exacte, quia certior et exactior computatio per calculos quam digitos. Ludit autem in voce *ψήφων*, quae et calculos et sententias significat, ut etiam *τὸ ψηφίζειν*, quia sibi rem videt esse cum *φιλοδίκῳ* homine. *Fl. Chr.*

678. (656. K.) *κἄξω τούτου, τὰ τέλη καὶ ἑκατοστάς.* De drachma intelligit, quae iudicibus pendebatur, quum ait *ἔξω τούτου.* At *ἑκατοσταὶ x*) vectigalia erant et tributa pensitata a civitatibus. Latini *centesimas* vocant foenora maxima, sic dictas quia singulis mensibus sortis vel capitis pars centesima solvebatur, quae quotannis duodenos asses pariebat. As enim dicebatur unaquaeque centesima, ut semis dimidia pars centesimae. Lege tamen 12 tabularum cautum erat, ne quis foenus unciario maius exerceret, id est duodecima parte centesimae in quoslibet menses. Sed postea mensariorum et foeneratorum licentia ita exercuit, ut merito Cato foenerari iuxta censuerit atque hominem occidere. *Fl. Chr.*

679. *πρυτανεῖα y*). Non solum locus, sed etiam pecunia, quam litigantes deponebant in aerario, *πρυτανεῖον* dicebatur. Hesychius menstruum tributum ait fuisse. Videtur autem haec pecunia dicta etiam *parastasis*, quod tamen inter vectigalia esse apud Aristotelem Politic. l. I., video etiam doctis persuasum (quamvis ego non doctus existimem apud Aristotelem valere *παράστασιν institoriam mercaturam*). Graecus tamen interpres hoc loco prytanea intelligit decimas foeneratorum, facitque publica tributa, cum pecuniis metallorum, fori, portuum et rerum sub hasta venditarum. Est autem hic *ἐγγὺς* pro *ὁμοῦ*. *Fl. Chr.*

μέταλλα. V. Böckh. *über die Laurischen Silberbergwerke in Attika* (in den Abhandlungen der histor. philol. Klasse der Berliner Akademie a. d. J. 1814. — 1815.) p. 117.

In his quae memorantur *τέλη*, tributa sunt inquilinorum et libertinorum, vectigalia artium aliaque huiusmodi; *ἑκατοσταὶ* autem portoria quaedam esse videntur in Piraeeo exacta, quamquam alibi frequentior est *πεντηκοστῆς* s. quinquagesimae mentio; *ἀγορὰς* et *λιμένας* nominat propterea quod in foris ac portubus

---

x) V. Schneider. ad Xenophont. opusc. polit. p. 93. 108.

y) V. Matthiaei Miscell. philol. I. p. 262. A Suida in *πρυτανεῖα* haec citari adnotavit *Bentl.*

mercium importatarum, exportatarum ac venditarum vectigalia pendenda erant; μισθοὺς z) autem esse puto, quae alias μισθώματα aut μισθώσεις dicuntur, pensiones aedium, agrorum, pascuorum aliarumque rerum publicarum, quae privatis elocari solebant; πρυτανεῖα sunt pecuniae quaedam a litigantibus ante iudicium depositae, qualia erant quae apud Romanos sacramenta dicebantur; δημιόπρατα denique sunt bona publicata, quorum venditorum pretia in aerarium redigebantur; reliqua non opus est explicare. *Schoemann.* de comitiis Athen. p. 286 sq.

680. De summa redituum v. Böckh. Staatshaush. der Athener I. p. 465.

681. (661. Br.) Quum Invernizius pro vulgata scriptura μισθὸν κατάθες ediderit κατάθες μισθὸν, κατάθες, in cod. Rav. meliorem verborum collocationem κατάθες μισθὸν invenisse videtur.

τοῖσι δικασταῖς ἐνιαυτοῦ. Perperam vulgo τοῦ ἐνιαυτοῦ. In B. non melius τοῦ ᾽νιαυτοῦ. In A. vulgatum est: sed voci νυν subposita quatuor puncta indicant eam delendam esse, ita ut librarii iudicio hic versus sic legendus esset:

ἀπὸ τούτων μισθὸν κατάθες τοῖσι δικασταῖς τοῦ ἐνιαυτοῦ.

Huiusmodi correctoribus suae ineptiae relinquendae sunt. *Brunck.* τοῦ delevit Bentleius.

682. κατένασθε. Pro κατανένασθε, a νάω *habito*. *Bergl.* Syncope, pro κατενάσθητε. *Brunck.* in Supplem. Invernizius tacite edidit κατένασθεν, quod probat Elmsleius ad Euripidis Medeam p. 110.

---

z) „μισθοὺς macht Schwierigkeit. Vielleicht sind darunter Löhnungen zu verstehen, welche Athen ausser den Tributen für seine Soldaten von fremden Staaten bezieht, wie zum Beispiel im Sicilischen Kriege von den Egestäern: doch könnten auch die Pachtgelder von Ländereien gemeint sein, da μισθοὶ statt μισθώσεις nicht ungriechisch ist. An die μισθοὺς τριηραρχίας (Xenoph. Oekon. 2, 6.) kann man nicht denken, da diese Aristophanes seinem Zwecke nach eben so wenig als die εἰσφορὰ nennen konnte.“ *Böckh.* Staatshaushalt. der Athener I. p. 320.

683. *a*). (661. K.) *ἑκατὸν δήπου καὶ πεντήκοντα τάλαντα b*). Facile subducetur ratio. Centum et quinquaginta talentum annuorum si perpendamus sex millibus hominum in singulos menses quindecim talenta tribuenda, nempe tres obolos viritim. Sed advertendum est, annum hic accipi decem tantum mensium, non quod non constet duodecim mensibus, sed quia duo saltem in anno menses sunt, quibus nihil iure agi licet, *praetorisque tria verba silentur;* ac, ut ait Horatius, *vacat otioso cum bove pagus.* Itaque festis illis diebus non currebant iudicibus sua stipendia. Propterea tanquam decem tantum in anno menses numeret, centum et quinquaginta putat talenta, quem numerum pariunt quindecim decies repetita. Est autem *κατένασθε incolitis et habitatis*, quo verbo notat immanem et repudiandum numerum iudicum. *Fl. Chr.* Primo tenendum, quod Schol. monet: *εἰς ι΄ μῆνας λογίζεται τὸν ἐνιαυτὸν, ὡς τῶν β΄ εἰς ἑορτὰς προχωρούντων.* Deinde observandum, unumquemque mensem non plus nec minus habere quam triginta dies. Iam si sexies mille hominibus dentur quotidie terni oboli (*τριώβολον τὸ δικαστικὸν καὶ ἐκκλησιαστικόν*); summa expensarum unius mensis erunt oboli 540000; tot autem oboli, drachma e sex obolis constante, faciunt drachmas 90000; tot autem drachmae, mina ex centum drachmis constante, faciunt minas 900; tot autem minae, talento e sexaginta minis constante, faciunt talenta 15; decies quindecim autem sunt 150, quae est summa expensarum unius anni. *Bergl.*

684. *οὐδ' ἡ δεκάτη.* Nam decima pars de 2000 non est 150, sed 200. *Bergl.*

685. (665. Br.) Verba *καὶ ποῖ — τἄλλα* Philocleoni et sequentia usque ad 699. Bdelycleoni attribuenda esse censeo. *Hotib.* *ποῖ τρέπεται — τὰ χρήματα.* Isaeus de Philoctemonis hereditate: *ἠρώτων ὅπου τετραμμένα εἴη τὰ χρήματα.* *Bergl.*

δὴ "πειτα. Perperam vulgo *δ' ἤπειτα*, quod plane

---

a) *ὑμῖν.* Sic Bentl. et Kuster. Vett. edd. *ἡμῖν.*

b) Conf. Matthiaei Miscellan. philol. I. p. 251.

nihil est. Piget me vitiosam illam scripturam in Apollonio passim reliquisse, tametsi monuerat Clarkius ad Ἰλ. ὁ. 163. ἤπειτα vox Graeca non est. In δὴ ἔπειτα non η eliditur, sed ε sequentis vocis. *Brunck.*

686. ἐς τούτους τοὺς, οὐχὶ προδώσω. Ponit formulam rhetoribus usitatam, ut inde tanquam ex nomine cognoscantur; illis enim verbis utentes studebant se populo commendare. Supra v. 590. οὐχὶ προδώσειν ἡμᾶς φασὶ, περὶ τοῦ πλήθους δὲ μαχεῖσθαι. *Bergl.*

τὸν Ἀθηναίων κολοσυρτόν. In Pluto 536. γραϊδίων κολοσυρτόν. mox σύρφακα, quod idem. *Bergl.*

688. Froben. αἴρει. Lege αἰρεῖ i. e. αἰρῇ, Ἀττικῶς, et sic Ald. et Suidas in περιπεφθείς. *Bentl.*

692. (672. Br.) Dele comma post σῆς male positum. τοὺς ἀργελόφους. Schol. τὰ περιττὰ καὶ ἄχρηστα. ἀργέλοφοι γὰρ τῆς μηλωτῆς οἱ πόδες, οὓς ποδεῶνας καλοῦσι· καὶ οὗτοι ἄχρηστοι. *Brunck.* ἀργελόφους. Corrodis, inquit, tui principatus extremitates. Metaphora ducta a mastrucis pellibusque villosis, quarum pedes inutiles sunt et ἀργελόφους vocant, nescio unde derivantes; nisi ab alba vel otiosa crista, qua tantum ornantur arma, ceterum ad pugnandum inutili. Apud Suidam ἄργελλα vox est Macedonica, qua balneum videtur designari. Sed apud Hesychium habes ἀργιλόφους, et exponit κωδίων λαπάρας, pellium abdomina, et μηλωτὰς, imo etiam τὸν πρωκτόν. Fortassis autem etymon arcessendum ab inutili terra, quae ἄργιλος dicitur; unde ἀργιλώδης sordidus. *Fl. Chr.*

693. c) ἤσθοντο. Sic Invernizius tacite: vulgo ἤσθοντό γε. „ἤσθηνται Suid. in ἤσθηνται et λαγαριζόμενον.“ *Bentl.* ἤσθηνται reposuerunt etiam Porsonus praefat. ad Hecub. p. L., qui addit Suidam v. τραγαλίζοντα, et Hermannus Elem. doctr. metr. p. 400.

σύρφακα τὸν ἄλλον. Quia dixit ante κολοσυρτόν, nunc de spernenda multitudine iudicum σύρφακα dicit, id est

---

c) Ne dactylus sit in incisione versus, reposuerim ὡς ἤσθοντ' οὖν τὸν etc. *Hotib.*

ὄχλον συρφετώδη et ex vilibus apolectis victitare autumat. Hoc enim innuit per κηθάριον, quod nexile est canistrum et vile. Alii acetaria esse dicunt vitilia, unde tesseras emittunt. Nam Euphronius κήθια vocat, quae aliis τρυβλία. Ait ergo ἐκ κηθαρίου λαγαριζόμενον, id est modice sorbentem ex acetabulo, et quasi θηλάζοντα, id est fellantem; tum esitantem et rodentem fabas vel alia legumina: hoc enim est τρωγαλίζοντα vel τραγαλίζοντα. Athenaeus etymon nos docuit τοῦ κηθίου vel κητίου, quasi ἀπὸ τοῦ χεῖσθαι, quod non solum fundere, sed capere (sunt qui κισσύβιον ab eadem origine accipiant), unde χειὰ latibulum serpentibus capiendis. Sic κήθιον, quasi χείτιον, est τὸ χωροῦν τοὺς ἀστραγάλους: quod hic convenire potest. Quin et inde κημὸν dictum videri potest; etsi nos alibi aliter ἐτυμολογοῦμεν. Hermippus in Diis sic ad tesseras vel astragalos retulit: καὶ πρὸς κύβους ἕστηκ' ἔχων τὸ κήθιον. Sunt autem qui λαγαρίζεσθαι hic accipiant pro corradere mercedem ex vimineo vase; sed Hesychius videtur audiendus, qui fodere exponit et cubito ilia pertundere. Omnino hoc loco miseros et pauperes iudices ostendit. *Fl. Chr. Vilem plebem*, quasi *quisquilias*; Euphron comicus apud Athenaeum IX. p. 577. ὅταν μὲν ἔλθῃς εἰς τοιοῦτον συρφετὸν, Δρόμωνα καὶ Κέρδωνα καὶ Σωτηρίδην. *Bergl.*

694. (6-4. Br.) λαγαρυζόμενον. Sic bene A. ut etiam apud Suidam scriptum est. Vulgo λαγαριζόμενον. Vide Hesychium in λαγαριζόμενοι. *Brunck.* λαγαρίζομαι accipiendum videtur pro *laxus fio et exinanior* in hoc loco Aristophanis, ut sensus sit, eos gavisos esse quum viderent τὸν τῶν δικαστῶν ὄχλον καὶ συρφετὸν (erat enim κηθάριον fiscella, quae urnae suffragiorum veluti infundibulum superimponebatur) non amplius tam tumido esse ventre, sed laxiorem fieri et evacari, nec quidquam habere quod roderet. Illa duo vocabula ἐκ κηθαρίου connectenda praecedentibus. Scholiastes tamen cum sequentibus iungit, λαγαριζόμενον exponi posse dicens vel λάγανα ἐσθίοντα vel ἀποξύοντα, ut sit ἀπὸ τῶν δικαστικῶν ἀγγείων ἀποξύοντα. Sed parum ad rem. Hesychius λαγαρίζεσθαι esse ait τὸ πρὸς τὰς λαγάνας τὸν ἀγκῶνα προσάγειν πυκνα,

διαπείροντα τὴν χεῖρα. Ad meam expositionem facit, quod idem Hesychius λαγαρίττεται affert pro μετριεύεται: nam qui modico victu utitur, is itidem ἐξ ὀγκώδους fit λαγαρὸς sive λαπαρός. *H. Stephanus* in indice in thesaur. Gr. l. T. IV. p. 1337. Der Scholiast hat auch λαγανιζόμενον und τρωγαλίζοντα gelesen, welche Lesart wol die richtigere ist, von λάγανον, Kuchen essen, und τρώγαλον, τρωγάλιον, Näschereien vom Nachtische essen. Suidas hat neben λαγαριζόμενον auch die Lesart τραγαλίζοντα angemerkt. Die andern Lesarten geben keinen bequemen Sinn. Coray über Heliodorus p. 88. vertheidiget die Lesart τραγαλίζοντα, weil auch die Neugriechen στραγάλια für τρωγάλια sagen. *Schneider.* in Lexico T. II. p. 2.

τὸ μηδέν. Euripides in Rheso v. 819. *Ἕκτορα τὸ μηδὲν εἶναι νομίζετε καὶ κακόν. Bergl.*

695. (673. K. 675. Br.) *Κόννου ψῆφον.* Connus iuvenis fuit citharoedus. Alii Connam ut Midam pronuntiant, de quo meminit Cicero in epistolis, quum de cacephatis agit; eumque nobilissimum fidicinem vocat, quique Socratem docuerit fidibus. Alii Connum quendam scribunt dilapidato patrimonio pauperem evasisse adeoque contemtibilem, ut proverbio dederit locum *Κόννου ψῆφος.* Tamen si de fidicine intelligimus, puto proverbium conceptum *Κόννου ψόφος;* praesertim quum Callistratus paroemiam efferat *Κόννου θρῖον.* nam *θρῖον* vel folium ficulnum inanem edit sonum. Quid si autem allusit Martialis quum dixit poppysmata *Κόννου?* Sed fugitivus pudor ad fescenninam licentiam retrahendus est. Hic autem quum dicit *ψῆφον,* respicit ad sortes et calculos iudiciales. *Fl. Chr.* Scholiastae verba attulit *Bergl. Κόννου ψῆφον.* Proverbium erat in hominem nihili nulliusque momenti, *Κόννου θρῖον,* ortum a malo citharoedo, cui nomen Connus. *ψῆφον,* quia de iudice loquitur, facete posuit pro *θρῖον. Brunck.* Vide not. ad Eq. 534. *Brunck.* in Addendis.

696. (676. Br.) *ὄρχας, οἶνον.* Aliter hic legebat Pollux, qui ad hunc locum respexit VI. 14. *Εἰ δὲ καὶ Ἀριστοφάνης ὠνόμασεν ὄρχας οἴνου, δηλοῖ μὲν ἡ λέξις τὸ προσεοικὸς τῷ βίκῳ κεράμιον.* Sed proba non est illa le-

ctio. Diversae res hic significantur. Suidas e Scholiaste: *ὄρχας, κεράμια ἀγγεῖα ὑποδεκτικὰ ταρίχων, δύο ὠτία ἔχοντα. Brunck.*

698. *d*) (678. Br.) *Σὺ δ' ὧν ἄρχεις.* Lege *σὺ δέ γ', ὧν*, ut etiam reperi in Veneta editione, nisi mavis *σοὶ δ' ὧν* ut referatur ad *δίδωσι*, nam *τοῖς ἑψητοῖσι* valet ad coquenda opsonia. Nam *τὸ ὄψον* piscis est ut saepe monuimus, vel quia *ἑψητὸν* vel quia *ὀπτὸν* coctum vel tostum. Ceterum *πιτυλεύειν* nihil hic aliud esse puto quam satagere et labores anculare multa versantem et moventem. Quid sit *πίτυλος* diximus ad Euripidem, nempe sonum ipsum quem remi acti edunt in aquis, unde vox facta *πιτυλίζειν* et dicta de piscibus qui inter urinandum palpitant, et ut ait Ausonius de lapillis, lucentque latentque. Hinc apud Galenum ludum habes et exercitationem quae fit per *συστροφὴν χειρῶν*, vocatque *πιτυλίζειν* ut et *ἀκροχειρίζειν* in libris de quaerenda valetudine, dicebaturque exercitor etiam *πίτυλος:* nam Scholiastes sic vocat *κτυπητὴν φαντασιοσκόπον*, quod ego refero ad illam *ἄσκησιν*, quae figuras manuum ostendebat (nisi apud Scholiastem legendum *κτυπήτις* non *κτυπητής*). Itaque non dubitabo apud Iuvenalem hanc lectionem asserere cum principe critico: *qui Lacedaemonium pitylismate lubricat orbem*, nam crebra illa manuum agitatio et gesticulatio laevem et lubricum orbem facit. Sic apparet explodendas grammaticorum opiniones iactabundas, qui aliter in Iuvenale legendum censuerunt. *Fl. Chr.*

σὺ δέ γ', ὧν ἄρχεις. Sic libri omnes, optime. *σὺ δὲ* nominativus est solutus, *tu vero*, id est, *quod vero ad te adtinet.* Ordo est: *σὺ δέ γε πολλὰ μὲν ἐν γῇ, πολλὰ δ' ἐφ' ὑγρᾷ πιτυλεύσας, οὐδεὶς ἐκείνων, ὧν ἄρχεις, οὐδέ σοι δίδωσι σκορόδου κεφαλήν.* Nemo non perspicit pronomen *σοι* eleganter suppressum esse, et suppleri debere. Iam vide quam lepide hunc locum corruperit *Berglerus.* Edidit *σοὶ δέ γ', ὧν ἄρχεις*, et sic commentatus est: *Σὺ δέ γ'] Lego potius Σοὶ δέ γ' propter δίδωσι. Vs. autem* 684. *pro Σοὶ δ' legi etiam possit*

---

d) Forte *σοὶ δέ γ', ὃς ἄρχεις. Bentl.*

Σὺ δ'. Ex unica hac nota liquet hominem illum ab Aristophane manus abstinere debuisse. Qui enim anapaestorum legem ignorat, nec digitis versum dimetiri didicit, quantumvis alias eruditus sit, is impudens est, si poetam edere audet. *Brunck.* Brunckium, si paullo et acutior et humanior fuisset, scriptura ed. Ph. Iuntae σὺ δ' ὢν docere potuisset, Aristophanem scripsisse: σοὶ δ' ὢν ἄρχεις — quod iam vidit *Fl. Chr.*

700. (678. K.) *Εὐχαρίδου.* Scholia: ὄνομα σκορδοπώλου. *Bergl.*

τρεῖς *e*) ἀγλῖθας. Quid sint ἀγλῖθες ipse dixit, nempe alliorum capita, et sic vocavit auctor Moreti, *singula tum capitum numeroso cortice nudat,* sane ut putem alliorum vocem sumptam et detortam ἀπὸ τῶν ἀγλιθῶν detrito τῷ γ. Fuit autem hic Eucharides olerum aut alliorum venditor. Sed quod ait μετέπεμψα existimat Scholiastes esse ὑποσόλοικον (ait enim esse εὔηθες) et positum pro μετεπεμψάμην, quod fateor non solum esse usitatius, sed et Ἀττικώτερον. *Fl. Chr.*

701. ἀποκναίεις. Id est angis, molestia afficis, crucias atque enecas. Sic Menander Misumeno, τί οὐ καθεύδεις, σύ μ' ἀποκναίεις περιπατῶν; id est, quidni ergo dormis? enecas me obambulans. *Fl. Chr.*

702. Scribe δουλεία 'στὶν — V. Maltby ad Morelli Lexic. prosod. p. LXXXIII. Hermann. Elem. doctr. metr. p. 402.

704. (684. Br.) σοὶ δ' ἦν τις γε διδῷ τρεῖς ὀβολούς. Sic A. optime. In B. corruptis numeris: σοὶ δ' ἦν τις διδῷ τοὺς τρεῖς ὀβολούς. In primariis editt. σοὶ δ' ἦν τις γε διδῷ τοὺς τρεῖς ὀβολούς. Recentiorum lectionem invexit Ant. Fracinus, σοὶ δ' ἦν τις δῷ τοὺς τρεῖς ὀβολούς. Articulus bene hic omittitur, ad contemtus ἐνέργειαν. *Brunck.*

Recte vulgo consentientibus codd. Rav. et Veneto [Seidleri]:

σοὶ δ' ἦν τις δῷ τοὺς τρεῖς ὀβολούς.

---

e) γε post τρεῖς haud dubie ex cod. Rav. insertum, in reliquis edd. non legitur. Conf. Reisig. I. p. 257.

Hermannus Elem. doctr. metr. p. 401.

Scripsisse auctor videtur:

σοὶ δ' ἤν τι διδῷ, τοὺς τρεῖς ὀβολοὺς, ἀγαπᾷς, οὓς αὐτὸς ἐλαύνων.

id est, *tibi vero quum quis ex istis dat aliquid, tres scilicet illos obolos, contentus es.* Nam *ἀγαπᾷς*, quod recentioribus libris vulgatum est, primus reduxit Geleniùs in Frobenianum ex optimo Vesparum illo libro Iuntino a. 1525. In Aldino, Iuntinis a. 1515. et 1540. Gormontiano, Cratandrio et relicuis, positum est *ἀγαπᾷν* vel *ἀγαπᾶν*. *Τοὺς τρεῖς ὀβολοὺς* cum quadam contemptus significatione dicit. Sed Brunckius in omissione articuli cerni contemptus *ἐνέργειαν* putat: quod mihi videtur secus. Enimvero exiguam articulus in hac sententia vim haberet, si nihil nisi certam quandam rem indicaret, quae esset in more ac consuetudine hominum, ut paullo post, v. 690. *τὸ τριώβολον οὐ κομιεῖται*. *Reisig.* I. p. 174 sq.

τοὺς τρεῖς ὀβολούς. Merces fuit iudicibus attributa triobolaris, nam procedebat ex tributis urbium et populi non semper eodem modo, sed pro libidine assentatorum qui demagogi vocantur, ut ait Aristoteles in *Πολιτείαις*. Qui l. V. enarrat multas respublicas ab illis eversas, sive incitantibus plebem contra potentes et divites qui coacti aliquando sunt democratiam transferre in oligarchiam, sive ipsis tyrannidem occupantibus, scilicet quum duces fuerunt simul et oratores. Fere enim semper accidit ut qui tyranni fuerunt ex oratorum et assentatorum genere fuerint. *Fl. Chr.* Merces iudicialis et comitialis. Demosthenes Olynth. III. [p. 37.] *ὑμεῖς δὲ ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι καὶ περιῃρημένοι χρήματα, συμμάχους, ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει γεγένησθε, ἀγαπῶντες ἐὰν μεταδιδῶσι τῶν θεωρικῶν ὑμῖν*. *Bergl.*

707. (685. K.) *Χαιρέου υἱός*. Chaereas comica videtur fuisse persona (certe ex Eunucho Terentii apparet) hinc puto sumpta vel ex Eupolide, qui in *Βάπταις* fabula Chaeream ut inquilinum exagitat, cuius natus hic perstringitur non solum ut illegitimus civis, sed ut puer meritorius et cinaedus. Ceterum hinc constat signum olim fuisse datum, ad quod cogerentur

iudices, post quod non licebat ingredi et merces non procedebat. *Fl. Chr.* Scholiastae verba adscripsit *Bergl.*

708. *διακινηθείς.* In Thesmoph. 170. *διεκίνουν Ἰωνικῶς. Bergl.*

709. *πρώ.* Male vulgo *πρωΐ. Brunck.*

710. *ὕστερος ἦλθη τοῦ σημείου.* In Thesmoph. 284. *ἔκσπευδε ταχέως, ὡς τῆς ἐκκλησίας τὸ σημεῖον ἐν τῷ Θεσμοφορίῳ φαίνεται. Bergl.* Conf. Schoemann. de comitiis Athen. p. 153.

711. (689. K.) *τὸ συνηγορικόν.* Patroni et causidici atque adeo rhetores drachmam olim accipiebant pro stipendio diurno, quum patrocinium susceperant civitatis alicuius aut civis. Erat autem magistratus annuus et mercenarius *τῶν συνηγόρων*, qui decem erant sorte lecti ut docet Aristoteles *f*). Haec merces vel munus (sane non castigandum ut apud Romanos postea factum est per legem muneralem a Cincio latam, deinde Traiani tempore animadversum in Thuscillio Nominato, qui auctore Plinio in Epist. sex millia numum acceperat, ut Vescetinorum legatis adesset, tum mille denarios ut abesset. Postremo nostris temporibus in quibusdam patronis me iudice vindicandum propter pretii immanitatem) dicebatur *συνηγορικὸν*, ut iudicantium *τριώβολον*, i. e. semidrachma, qui sunt duo Romani sestertii, quae pecunia ex publico tribuebatur. At vero quod vocabatur *δικαστικὸν*, dabatur *τοῖς ἡλιασταῖς*, qui sedebant pro tribunali magni fori quod Heliaeam (quia subdialis erat) dicebant. Hoc ex veteribus grammaticis liquet, et inde vir maximus Budaeus expiscatus est quae amplius docuit in posterioribus ad Pandectas adnotationibus. Legerem autem paullo post *ὁ μὲν ἀνέλκει* non simpliciter *ἕλκει*. Non enim aliter potest suis metris constare versus Aristophanicus. Festive autem utitur similitudine ducta a fabris, qui serram grandiorem ducunt et reducunt infra supraque, ut robur aliquod secent. *Fl. Chr.*

---

f) Vid. Schneider. ad Aristotelis Politic. p. 505.

γνώ, gl. (Hyp. Ba.) τὸ τρῶμα. Sic bene codd. Non aliter legi potest, nisi mutâ lege. Brunck.

ἀναπλάσσειν τρῆ τὸ τρῶμα, ἢ τὸ ἔλκος, ἢ ἕτ ἀναπλάσσειν.

Ita, ubi descripsi, optime legitur in Aldino, Junctina, Commeliniana: in ceteris τρῶμα. Male Brunckius, quod τρῶμα ex vitio MSS. scripturae est. *Liber* Suidæ, *alter* vocabuli, *tanquam nova*, perverse comparatio: nam quod vocabulo illo notat quasi novum rursum librum dicitur, *alter* scribit, *alter* vocabulum. Simili ratione sequentia exemplorum adhibitorum sunt. Ante eundem lectum dudum reposui τρῆ: *tanquam nova*, *alter* scribit, *alter* —. Konig. I. p. 1. qui ibid. p. 5. 6. versum ita corrigit:

ἀναπλάσσειν, γύναιξ τρῆ, ἢ τὸ ἔλκος, ἢ ἕτ ἀναπλάσσειν.

γ 15. γυναῖκες τὸν ὀλοφυρτὸν λ. Tu autem, inquit, mulierum lubens quærenti stipendia indicibus condonasti, non alvorem quæ illi parant, *ululatus* dicam *ululatus* quæsitos nempe publicarum et divinarum pecuniarum, cui quidem earum pecuniæ indicibus stipendia solvit. Antiphanes grammaticus scripsit ὁ τὸν ἀπὸ τῶν ἀγορανομούντων λαβὼν τὸν λεγόμενον μισθόν, sed etiam quæ in cultum deorum necessaria erant solitum imponere fuisse. Interpres Graecus Labeonis Avium Indicibus dixit hoc scribentem: τοῖς ἐξ ἀρχῆς Ἑλλήνων ἐφορεῖς τοῖς Καισαρέων λόγους ἐν τῷ ἀναλώματι ἐκάλουν ὀργυρᾶ, καὶ τὰ, ἅπερ ἐν τῷ δήμῳ ἀναλίσκων ὁ ἐπιστάτης Πρόβουλος προσέταττε Ἀθηναίοις ἐκεῖνος (publicanis illis) τὰ τέλεσιν προσκαλεῖσθαι τὰ ἀναλώματα, ἵνα τὰ ἀναγκαῖα εἰς ἱερεῖα ἐπιτήδεια ἐπιτελῶσιν. Quibus verbis colligimus, *Indices* quæstores publici eorum quæ ad sacra pertinebant, quæque ἀναλώματα vocabant: dictos tamen veteribus etiam τὰ τῶν θεῶν, quia quæ ex sacris victimis reliqua erant (pelles puta et exta) in illi scripturam tanquam lucro, et ἀναλίσκειν inde ἀναλώματα quasi ἀναλήματα, collectanea colligerunt. Fl. Chr.

---

g) Lege optime participium. Brunck.

h) Qui ad mercedem ululabant. Burgh.

716. (694. K.) *τὸν θῖνα ταράττεις.* I. e. penitus mihi animum turbas et cor profundum mihi moves. *θὶς* vel *θὶν* a *θείνω*, quod est pulso, non solum est littus, sed et *τὸ βάθος τῆς θαλάσσης*, ut dixit Plautus Rudente, *qui a fundamento mihi movisti mare:* quod Hippocrates diceret *πυθμενόθεν.* Itaque ut *θὶν ἐν τῷ βάθει τῆς θαλάσσης*, sic in corde situm est *τὸ θυμικόν.* Notat Euphronius, ut ait Scholiastes, hoc loco *τὸν θῖνα* in genere masculino, quum feminino soleat efferri. Sed sciendum ipsum Homerum usum sic esse, *πολὺς δ' ἀμφ' ὀστεόφιν θὶς*, in Ulysseae l. *μ'*. Ceterum distinguae post *δημιζόντων* non post *ἅπασι.* Hoc enim vult: quum tibi et omnibus reliquis iudicibus facile fuisset rem facere, tamen nescio quomodo circumveniris ab istis populi assentatoribus. *Fl. Chr.*

718. *τοίνυν ὡς.* Vulgo insertam particulam [*γ'* post *τοίνυν*] neuter agnoscit codex. *Brunck.*

καὶ τοῖσιν i). Forte *ἀγαθοῖσιν. Bentl.*

719. *ὅπη* Suidas in *ἀκαρὲς*, et *ὅπως* in *ἐγκεκύκλησαι. Bentl.*

721. *τοῦθ' ὃ φέρεις ἀκαρῆ.* Breve, inquit, quod geris et miserandum pallium vix habes reliqui e tuo lucello, atque id illi paullatim tibi velut cum lana infundunt. Ducta haec metaphora est ab iis qui parotidum malo laborant et quibus cum minuto lanae flocculo oleum in aures funditur. Sensus est, tantulam esse mercedem trium obolorum, ut ad comparandum amictum vix quicquam comparare possit vel spatio temporis quod sufficiat ad pretium emtionis. *Fl. Chr.*

ἀκαρές. Vulgo *ἀκαρῆ.* Sincerum illud quod dedi suppeditat Suidas in voce. *Brunck.* Sed vid. 539. [561.]. *Bentl.*

καὶ τοῦτ' ἐρίῳ σοι ἐνστάζουσιν etc. Scholia: *ἢ εἰκὼν ἀπὸ τῶν σφόδρα ἀσθενούντων.* In eadem re similiter Demosthenes in III. Olynthiaca [p. 37.]: *ἴσως ἄν ἴσως,*

---

i) F. *πλουτεῖν ἴσα τοῖσιν ἅπαισιν.* Caelibes et liberis destitutos omnes ambiebant et demereri beneficiis studebant spe et cupidine hereditatis. *Reisk.*

ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τέλειόν τι καὶ μέγα κτήσαισθε ἀγαθὸν, καὶ τῶν τοιούτων λημμάτων ἀπαλλαγείητε, ἃ τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικε· καὶ γὰρ οὔτε ἰσχὺν ἐκεῖνα ἐντίθησιν, οὔτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ· καὶ ταῦτα ἃ νέμεσθε νῦν ὑμεῖς, οὔτε τοσαῦτά ἐστιν, ὥστε ὠφέλειαν ἔχειν τινὰ διαρκῆ· οὔτ' ἀπογνόντας ἄλλο τι πράττειν ἐᾷ. *Bergl.*

722. *ὥςπερ ἄλευρον.* *Παρὰ προσδοκίαν* pro *ἔλαιον* aut alio liquore. *Bergl.* *ἐλεὸν* Suid. in *ἀκαρές*: forte *ἔλαιον*. *Bentl.*

723. (701. K. 705. Br.) *τούτων ἕνεκ' ἐρρῶσο.* Non capio horum verborum sensum, sed neque numeri sibi constant. Lego, donec aliud quid melius noverim, *εἵνεκεν ἐρρῶσθ'* pro *ἐρρῶσθαι.* volunt, inquit, te pauperem esse et propterea valere: nisi mavis *ἐρρῶσθαι* pro *οἰμώζειν*, ut dicitur *ἐρρῶσθαι εἰπών*, et Latini sic *valere*, ut Catullus: *cum suis vivat valeatque moechis.* Sed quia in fabula Pluto Paupertas ait, facere se fortes et robustos, fortassis huc respexit quum ait *πένητα εἶναι καὶ ἐρρῶσθαι.* *Fl. Chr.*

Lege: *ΦΙΛ. καὶ τοῦθ' ὧν εἵνεκα δρῶσιν; ΒΔΕ. ἵνα γιγνώσκῃς.* vid. Pac. 209. *τοῦδ' εἵνεχ' ἡμᾶς ταῦτ' ἔδρασαν.* et Lysistr. 492. *τοῦδ' οὕνεκα δρώντων.* et Vesp. 718. *ὧν εἵνεκ'.* *Bentl.*

Vulgo sic legitur hic versus:

βούλονται γάρ σε πένητ' εἶναι, καὶ τούτων ἕνεκ' ἐρρῶσο.

Postrema verba licet ne Sibylla quidem quid sibi velint divinare potuisset, eorumque sensum haud se capere professus fuisset Florens, Berglero tamen illa moram non iniecerunt. Sic locum vertit: *Id enim volunt, ut tu sis pauper: quapropter valeas, ut cognoscas blandum illum nutricium.* Praeter absurditatem quae est in verbis, unde nihil sani elici potest, metri etiam vitium satis indicat grassatum hic fuisse librariorum stuporem, et poetae manum indagandam esse. Corruptos numeros esse vidit etiam Florens: sed nihil praeterea. Satius tamen hoc erat, quam pessimum versum in exemplum trahere metricarum legum, quae nunquam exstitere, quod fecit ille, cuius memini ad

v. 349. In A. scriptum *καὶ τούτων εἵνεκ' ἐρῶ σοι.* In B. *καὶ τούτων εἵνεκ' ἐῤῥωσο k).* Vides depravationis progressum. Prior scriptura ad verum propius accedit, quod certa, ni fallor, coniectura adsecutus sum:

βούλονται γάρ σε πένητ' εἶναι· καὶ τοῦθ', ὧν
. . . . . οὕνεκ', ἐρῶ σοι.

Idque qua gratia velint dicam tibi. Brunck.

724. (702. K.) *τὸν τιθασευτήν.* Metri gratia unicum est σ, nam vulgare est *τιθασσεύειν.* Innuit autem Cleonem demagogum. Sunt autem verba *ἐπισίζειν* et *ἐπιῤῥύζειν* incitationis et invasionis et ficta a duabus litteris σ et ρ, ut apud Aeschylum *ἐπωΐζειν* ab inclamatione ὤ. Lycophron et Eratosthenes grammatici veteres, laudati a Scholiasta, dicunt *ἐπισίζειν* esse (puta cum sibilo) canes dimittere et *ἐπιῤῥύξαι,* irruere cum voce. Sic enim canes irritati et incitati ringunt primum, deinde latratu premunt hostem vel feram et diriter insultant, propterea dixit *ἀγρίως ἐπιπηδᾷς. Fl. Chr.* Demosthenes paullo ante illa verba, quae modo citabam: *οἵδ' ἐν αὐτῇ τῇ πόλει καθείρξαντες ὑμᾶς ὑπάγουσιν ἐπὶ ταῦτα, τιθασσεύουσι, χειροήθεις αὐτοῖς ποιοῦντες.* Loquitur uterque de rhetoribus et demagogis. *Bergl.*

725. (705. Br.) *ἐπὶ τῶν ἐχθρῶν τιν'* — Sic bene A. In B. ut in vett. editt. *ἐπὶ τὸν ἐχθρόν τιν',* manifesta menda, quam dudum correxerat Henr. Stephanus Thes. T. II. col. XI. ubi de verbo *ἐπισίζειν* agit, quod significat *κυνηγετικῶς παρορμᾷν.* Eodem sensu verbo simplici *σίζειν* usus est Theocritus Idyll. VI. 29. iuxta praeclaram Ruhnkenii emendationem: *σίξα δ' ὑλακτεῖν νιν καὶ τὰν κύνα.* Adfinis est significationis sequens participium *ἐπιῤῥύξας.* Hesychius: *ἐπιῤῥύζειν κύνας, ἐπαφιέναι, καὶ παρορμᾷν. Brunck.*

727. *πόλεις χίλιαι.* Putat Scholiastes mille positum pro multis. Non puto. Itaque potius amplector quod addit, *ἢ ἀπὸ ἱστορίας τὸ τοιοῦτον ἔλαβεν.* Dixit autem proprie *φόρον:* sic enim vocabatur tributum ci-

---

k) Victorii codex in Actis Monac. I. 3. p. 387.: *διὰ τί σε βούλονται εἶναι πένητα καὶ τούτων ἕνεκ' ἐρῶσι.*

vitatibus indictum, quod ipsi ferre tenebantur. *ἀπάγουσι* positum pro *ἐπάγουσι*, quamvis ipsum *ἀπάγειν* rectum est et deportationem notet a loco ad locum. *Fl. Chr.*

728. (708. Br.) *εἴ τις προσέταττεν ἑκάστῃ,*
δύο μυριάδες τῶν δημοτικῶν ἔζων ἂν πᾶσι λαγώοις.
Sic optime locum hunc constituit Dawesius [p. 271.]. Male vulgo legitur *προσέταξεν*, contra temporum rationem, quum praecesserit *εἰ ἐβούλοντο — ῥᾴδιον ἦν ἄν.* Male etiam in altero versu legitur *ἔζων ἐν πᾶσι.* Non quod *ἔζων ἐν λαγώοις loquendi sit ratio a nemine usurpata.* Nam sic alibi loquitur ipse Comicus. Agricola boves suos ab hostibus abactos flens, Acharn. 1025. ait:

καὶ ταῦτα μέντοι, νὴ Δί', ὥπερ μ' ἐτρεφέτην
ἐν πᾶσι βολίτοις.

Sed ideo mendosa est vulgata lectio, quod, quum sententia flagitet *viverent in omnibus delitiis,* verba dant *vivebant in omnibus delitiis.* Nam *ἔζων* nude nihil aliud significare potest, quam *vivebant;* nullo autem pacto *viverent.* Hoc acute vidit Dawesius, cui praeceps iudicium, erroremque inde ortum circa loquendi formulam *ἔζων ἐν λαγώοις*, nemo aequus est rerum aestimator, qui non lubens condonet, eo etiam magis, quia nullum omnino ad constitutionem huius loci momentum adfert. Nam etiamsi alibi in similibus formulis recte adhibeatur praepositio *ἐν*, hic tamen certo certius est eam particulae *ἄν*, quam prorsus requirit sermonis indoles, loco cedere debere. Sagacissimi Britanni emendationem plane confirmat codex A. e quo iam tot eximias lectiones protuli. In eo perspicue scriptum *ἔζων ἂν πᾶσι λαγώοις.* Sed quid ego imprudens dico, curve tantis laudibus commenta eveho, quae optimus Graeci sermonis arbiter e cathedra sua exsibilavit, CLARISSIMUS PROFESSOR REGIUS? Vide quo ille supercilio in nota, cuius memini ad Conc. 255. et 772. Dawesii coniecturas in Morboniam amandet. *Itaque recte se habet locus Aristophanis in Vespis v.* 704. (706.) *et seq. ubi nimium quam multos errores CUMULAVERIT vir eruditus, idem Cl. Dawes Miscell. crit. p.* 274. *Nam*

primo quidem sensum orationis necessarium nullo modo perspexit. Non enim si quis nunc imperet, iam nunc vivant, sed si quis olim imperavisset, deinde vixissent. Opus non erit, mi homo, ut testes advoces (vide not. ad Ai. 887.) qui fidem faciant te latina ista Adriano Turnebo, vel Dionysio Lambino non surripuisse, qui fuere etiam olim Professores Regii, sed qui non isto modo latine scribebant. Dilucide et ornate rationes emendationum suarum expediverat ingeniosus Britannus: tu, qui cumulum illius errorum tuae eruditionis flatu disiicere et dissipare meditabaris, saltem curare debebas, ut ne puteret flatus ille. Quid tibi vis tandem? *ἐβούλοντο, ἦν, ἔζων*, tempus praeteritum hic notare, non per imperfectum, sed per plusquamperfectum reddi debere: proinde locum hunc sic vertis: *Singulis earum si quis imperasset vicenos cives alere, bis decem millia plebeiorum in omni alimentorum copia vixissent, et in omni genere coronarum, etc.* Atqui ista cum praecedentibus non cohaerent. Versionem meam cum tua conferant eruditi et iudicent. Gallicis exemplis uti soles: en tibi gallicum exemplum proponam. *Si la bonté paternelle du Roi supprimoit les Aides et la Gabelle, le peuple vivroit dans l'abondance.* Dicesne soloecam istam phrasin esse, sic cavillans? *Non; le peuple ne vivroit pas, si le Roi supprimoit: mais si le Roi avoit supprimé, alors le peuple vivroit.* Nonne ludibrium deberes iis qui te sic disputantem audirent, vel, ut tecum loquar, *audivissent;* Et hic quidem subsistere possem: satis enim te confutatum arbitror. Sed, ne tironibus fraudi sint tuae ineptiae, aliquid dicendum est de exemplis quae profers e solutae orationis scriptoribus. Quum mihi ad manum non sint editiones, quibus uteris, ea non excutiam. Sed quocunque tandem modo ea intellexeris, nihil tamen illa poetas tractantem iuvant. Quid enim ex illis colligas? Particulam *ἂν* abesse. Quis hoc infitiatur? Sed rectene, an secus absit, iudicione scriptoris, an librarii socordia, hoc quaeritur. Vides imperitos illos librorum exscriptores millies in poetis contra metri rationem particulam illam omisisse: quidni idem contigisse credas in solutae orationis scriptoribus? Similia exempla multa tibi

indicare possem: uno defungar. Aeschines c. Tim. p. 174. editionis Reiskii: *ταῦθ' ὁ γέρων, ὁ ἐκ παιδὸς σεσωφρονηκὼς, παρήνεσε τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις. ταχὺ γὰρ ΑΝ Τίμαρχον, ἢ τὸν κίναιδον Δημοσθένην εἴασε πολιτεύεσθαι.* Ad quem locum Taylorus haec notat: *Istud ἂν restituit cum Wolfio H. Stephanus. A codd. vero abest.* Tu procul dubio, si Aeschinem edas, illud delebis, sicque committes, ut, quod ille voluerit, nemo possit intelligere. Sic enim soles, et ut quaeque sunt absurdiora, ita tibi placent illa magis, maxime si ex iis occasionem arripere possis doctis aliquibus viris obloquendi, quibus ne dignus quidem es tu, qui matulam porrigas. Sic quod in Conc. v. 954. ineptissime legebatur:

πάρελθε, καὶ ξύνευνός μοι
τὴν εὐφροσύνην ὅπως ἔσει.

quia Dawesius in praeclara ad eum locum nota ostenderat *τὴν εὐφρόνην* legendum esse, quod ita manifestum est, ut id etiam Berglerus viderit; tu in nota ad Aiac. 1184. loco alienissimo multus es, ut illud tueaeris, lectionisque ineptiam tuae explicationis ineptiis cumules. Os tibi, ut opinor, comprimet codex Regius, in quo *εὐφρόνην* scriptum esse breviter monui. Et quum sic eruditissimis viris obloqueris, eorum existimationi satis te tribuere putas, si singulorum nominibus praefigas *Cla. Cli. Clo.* cuius praedicati tam liberalis es, ut Moschopulum etiam in nota ad Ai. 504. appelles CL. MOSCHOPULE. Scilicet in Nunnesii nota ad Herodiani fragm. post Phrynichum editum p. 207. legeras: *Moschop. in Sched. futurum μαχοῦμαι usitatius ait esse, quam μαχέσομαι.* Nec auctorem, nec opus noveras: sed fucum lectoribus tuis facere voluisti, virque videri *πολυμαθὴς* et *πολυΐστωρ*, in eaque, quam dixi, nota ais: *Et sic esse testatur Cl. Moschopule ad Herod. locum supra citatum.* DOMINUM MOSCHOPULE Germanum aliquem eruditum esse credidisti, aut Batavum, viventem adhuc forte, aut qui non ita pridem e vivis excessisset. Discas velim, o bone, MANUELEM MOSCHOPULUM hominem fuisse Byzantinum, qui post captam urbem saeculo XV. in Italiam profugit. Huius exstat opus *περὶ Σχεδῶν*, Nunnesio indicatum hoc literarum compen-

dio *in Sched.* quod pulcherrimis typis excusit Rob. Stephanus Lutetiae 1545. in 4. ubi p. 134. haec verba leguntur: *οἱ γὰρ ἄριστοι τῶν Ἑλλήνων τῷ μαχοῦμαι χρῶνται. τὸ μαχέσομαι δὲ, οἱ τοῦ πλήθους. Brunck.*

729. (707. K.) *δύο μυριάδες l*). Recte numerum subducit, atque hinc apparet *τὸ χίλιαι* in propria significatione accipiendum, non pro *πολλαί*. Nam si mille civitatum unaquaeque viginti populares alat, necesse est popularium numerum excurrere ad viginti mille, quae, ut arbitror, sunt duae myriades. Quem numerum non esse verum videtur autumare Scholiastes, quia Demosthenes dixerit, *εἰσὶ δ' ὑμοῦ δισμύριοι πάντες Ἀθηναῖοι*, quod fortassis de urbe ipsa Athenis intelligendum. Dixit autem *ἐν πᾶσι λαγώοις* pro, in deliciis et bonis omnimodis, ut videatur inter quadrupedes lepus fuisse in prima commendatione, quod Martialis postea dixit. *Fl. Chr.* Eundem numerum civium Atheniensium refert etiam Demosthenes: *εἰσὶ δ' ὑμοῦ δισμύριοι πάντες Ἀθηναῖοι.* quem locum adduxit Scholiastes. At Ctesicles historicus maiorem numerum annotasse dicitur apud Athenaeum VI. p. 272. *Κτησικλῆς ἐν τρίτῃ Χρονικῶν τῇ δεκάτῃ πρὸς ταῖς ἑκατὸν φησιν Ὀλυμπιάδι Ἀθήνησιν ἐξεταμὸν γενέσθαι ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως τῶν κατοικούντων τὴν Ἀττικὴν, καὶ εὑρεθῆναι Ἀθηναίους μὲν δισμυρίους πρὸς τοῖς χιλίοις, μετοίκους δὲ μυρίους, οἰκετῶν δὲ μυριάδας τεσσαράκοντα.* Aristophanes in Eccles. 1127. civium adhuc maiorem numerum ponit, *πολιτῶν πλεῖον ἢ τρισμυρίων ὄντων τὸ πλῆθος.* Sed hic videtur advenas Athenis habitantes cum Atheniensibus simul numerare. *Bergl.*

ἐν πᾶσι λαγώοις. Pro *ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς.* Vid. ad Acharn. 1025. *Bergl.*

730. (708. K. 710. Br.) *καὶ πύῳ καὶ πυριάτῃ m*). Sunt qui distinguant haec duo, ut *πύος* sit *τὸ πρῶτον*

---

l) Conf. Boeckh. Staatsh. der Athener I. p. 38.

m) *καὶ πυρῷ καὶ πυριάτῃ* Suidas in *πυρίνῳ*. Vide Kuster. *Bentl.* Fallitur Invernizzius, cum libros omnes praebere existimat *πυαρίτῃ:* utraque Iuntina dilucide *πυριάτῃ*, quod tamen fugit et ipsum Brunckium. *Hotib.*

γάλα, et, ut ait Galenus, τὸ μετ' ἀποκύησιν ἀμελχθὲν, quod sic Martialis vocat, quum scribit: *de primo matrum lacte colostra damus.* πυριάτης autem lac coctum, quod et πυρίεφθον dicitur. At Palamedes grammaticus haec duo eadem facit et ἐκ παραλλήλου. *Fl. Chr.*

καὶ πυαρίτη. E prioribus editt. me imprudente et invito remansit foedissima haec menda. Repone καὶ πυριάτη. Sic distincte scriptum est in A. ut legebant H. Stephanus et Casaubonus, ille Thesauri T. III. col. 608. B. hic ad Athenaeum p. 910. l. 58. *n*). Pollux VI. 54. πῦον, πυριάτη. Ad quem locum vide interpretes. πυαρίτη, a πύαρ deductum, si Graecum sit, hic tamen stare non possit, quia primam, ut πῦον vel πυὸς, unde originem ducit, producere omnino debet. Formam hanc agnoscit Eustathius ad Odyss. p. 1626. l. 3. Σημείωσαι δὲ, ὅτι ὁ λεγόμενος παρὰ τοῖς παλαιοῖς πυὸς ἀρσενικῶς καὶ τῇ προσῳδίᾳ, φασὶν, ὡς τυρὸς, ἀναπαλιν ἔχει πρὸς τὸν ὀρόν. ἔστι δέ φασι πυὸς τὸ πρωτόῤῥυτον γάλα καὶ νοστιμώτατον κατὰ Αἴλιον Διονύσιον, ὅ τινες πύαρ φασίν. ἡ χρῆσις παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Εἰρήνῃ (1150.) ὅθεν φασι καὶ πυαρίτης, τὸ πίρεφθον, ὃ γίνεται ἐκ τοῦ πρώτου γάλακτος. λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄγαν ἡδέων ἡ λέξις. Sed mendosam esse scripturam apud Eustathium credo et legendum πυριάτης, et mox πυρίεφθον. Vide Hesychii interpretes ad glossam πυριατόν. Latine *colostra*, quae vox etiam in amatoriis blanditiis adhibetur. Plautus Poen. I. 2. 154.

Meum mel, meum cor, mea colostra, meus
molliculus caseus.

Brunck.

731. τοῦ 'ν ο) *Μαραθῶνι τροπαίου.* Nam in Marathone magnus ille Medorum exercitus fusus est et victores Athenienses trophaea sustulere. *Fl. Chr.*

732. (712. Br.) τῷ τὸν μισθὸν ἔχοντι. Id est παρέ-

---

n) Vid. Schweighaeuser. Animadv. in Athenaeum T. VII. p. 501.

o) ἐν deleri volunt Elmsleius ad Acharn. p. 108. et Bentleius.

χοντι p). Verbum simplex pro composito. Vide quae notavi ad Aeschyli S. Th. 878. In Pace 547. πέπαρδεν est pro καταπέπαρδεν. Sic γελᾷν apud Sophoclem occurrit pro καταγελᾷν, Philoct. 1125.

καί που πολιᾶς
πόντου θινὸς ἐφήμενος
γελᾷ μου.

Brunck.

732. ἐλαολόγον Suidas in ἐλεαλόγοι: vide supra. *Bentl.* Fortasse respexit Bentl. ad v. 700. [722.] *Editor* adnotationum.

735. ὥςπερ νάρκη. Menander apud Athenaeum VII. [p. 314. B.] ὑπελήλυθε δέ μου νάρκα τις ὅλον τὸ δέρμα. *Bergl.* Suidas in νάρκη habet τί πέπονθα; ὥςπερ νάρκη —, unde Kusterus recte legit οἴμοι, τί πέπονθ'; ὡς νάρκη μου. *Bentl.* Suidae scripturam qui probari cupiunt, scribere debebunt:

οἴμοι, τί πέπονθ'; ὥςπερ νάρκη κατὰ χειρός μου
καταχεῖται.

Dindorf.

734. (712. K.) καὶ τὸ ξίφος. Menelaus quum stricto gladio post captam Ilion Helenam ulcisci vellet, repressit impetum, ubi nudatum pectus adspexit et gladium posuit: imo aiunt, illum visa nuda, ut ait poeta, periisse Lacaena. Historiam hanc scripserat olim Ibycus, deinde et Euripides in Andromacha, quod et ad illam tragoediam et ad huius Comici Lysistratam [156.] notavimus. Huc ergo respexit hic Comicus, magnus adlusor et interpolator veterum tragicorum. *Fl. Chr.* Philocleo iste petebat gladium supra v. 519. dicebatque se ei incubiturum, si in disputatione victus fuerit: καὶ ξίφος γέ μοι δότε· ἢν γὰρ ἡττηθῶ λέγων σου, περιπεσοῦμαι τῷ ξίφει. nunc autem, quum sentiat se victum esse, simulat se prae torpore gladium tenere non posse, et e manibus dimittit, quasi

---

p) Ἔχειν pro παρέχειν nullus Graecorum nec dixit umquam, nec dicere potuit. — Hic non ὁ παρέχων τὸν μισθὸν, ut Brunckius vult, commemoratur, sed is, qui habet mercedem, ideoque dare potest. *Hermannus* apud Schaefer. ad Gregorium Corinth. p. 863.

prae infirmitate se nec interficere possit, quod se facturum dixerat. Scholiastes tanquam simile quid huc trahit illud in Andromacha Euripidis v. 629. ubi Menelaus increpatur, quod visa Helena abiecisset gladium, quo eam interfecturus fuerat. Vide ad Lysistr. 155. *Bergl.*

735. *τὴν Εὔβοιαν διδόασιν q*). Similis modus loquendi ut apud Maronem in Bucolicis:

tum Phaetontiadas musco circumdat amarae
corticis, atque solo proceras erigit alnos.

i. e. canit erectas fuisse in alnos. Sic etiam hic ait illos *δημαγωγοὺς* Euboeam tribuere, quia promittunt insulam illam opulentis urbibus nobilem, praecipue Carysto et Chalcide, ut ait Mela, sub ditione populi Atheniensis futuram, ita ut viritim unicuique daturi sint quinquaginta medimnos, quum tamen in frumenti inopia quinque tantum hordei medimnos tribuerint, idque paullatim et *κατὰ χοίνικα*. Est autem medimnus mensura siccorum quae quadraginta octo continet modios. Choenix autem est semodius, sextarium Gaza vertit, qui quatuor panes facit, toto die sufficientes uni viro. *Fl. Chr.* Verbis dant, id est promittunt Euboeam sorte inter ipsos distribuendam. Ut Aeginam etiam distribuerunt. *Bergl.*

736. *σῖτον ὑφίστανται*. V. Boeckh. Staatsh. der Athener I. p. 97.

738. (716. K.) Hìc versus vulgo in duos divisus est, qui recte in A. coalescunt. *Brunck.*

ξενίας φεύγων r). Postulatus peregrinitatis tanquam civis non legitimus, sed adscriptitius. Sunt qui putent hoc referri ad Aegypti donationem: nam teste Philochoro (scriptor hic vetustus fuit Cycni filius, *ἱεροσκόπος*, qui libros XVII. scripserat de Attica) quum caritas annonae et frumenti inopia Athenienses premeret, impetrarunt a Psammeticho (qui rex fuit

---

q) Conf. Boeckh. Staatsh. der Athener I. p. 458.

r) Conf. Boeckh. Staatsh. der Athener I. p. 98. et quae a me ad scholia dicentur.

Libyae regnavitque in Aegypto per LIV. annos et Syriae urbem Azotum, per XXVIII., auctore Herodoto, annos obsessam, tandem expugnavit et cepit) magnam frugum copiam, quumque numerum civium recenserent, coacti sunt recurrere ad ξενηλασίαν: nam peregrinorum numerus erat 4760. at civium et indigenarum, qui singuli quinque medimnos acceperunt, numerus recensetur 14240. Hic ergo Bdelycleo ait patri Philocleoni, vix ipsum evicisse ut civis censeretur. Existimo autem illis temporibus grassatam nobilem illam pestem, de qua Thucydides et Lucretius scribunt (sunt enim λοιμὸς et λιμὸς saepe σύν τε δὴ ἐρχομένω), quae ex Aethiopia vel Aegypti finibus primum orta (etsi Aegyptios omnium hominum sanissimos fuisse Herodotus ait, quia illic tempora non mutantur, et auctore Hippocrate αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων τίκτουσι νοσήματα) invasit Atticam regionem post Persas. *Fl. Chr.* Quasi non sis civis germanus, sed adscititius, nec adeo partem capere possis. *Bergl.*

739. ὧν οὕνεκ'. Perperam vulgo εἵνεκ'. [quod Invern. revocavit.] *Brunck.*

741. στομφάζοντας. I. e. dure et superbe ridentes. Dictio composita ab ore et uva immatura, quae ὄμφαξ dicitur, quam vocem ad animi asperitatem et duritiem transtulit Plato comicus in fabula Ἑορτῶν: ait enim: καὶ τὰς ὀφρῦς σχάσασθαι καὶ τὰς ὄμφακας. unde proverbium Σικελὸς ὁμφακίζεται, quod corruptum in epist. Aristaeneti sic efferendum puto, sed alio tamen referendum quam adagiorum scriptor voluerit. Illic enim agitur περὶ παιδισκαρίου ἀώρου et vere ὄμφακος. Nam omnia dura et αὐστηρὰ dicuntur ὄμφακες teste Hesychio, qui σικελίζειν, ut hoc obiter dicam, dicit esse ἀτηρεύεσθαι. corrige αὐστηρεύεσθαι. Sic enim Epicharmus, auctor illius adagii vocat σικελίζειν. Aeschylus ob verborum ampullas duramque compositionem dicitur in Nubibus [1367.] huius Comici στόμφαξ et ῥημνοποιός. *Fl. Chr.*

744. (725. K.) πλὴν Κωλακρέτου γάλα. Beatum, inquit, et felicem te praestabo, imo te lacte avium pascam, tantum interdico quaestoris lacte. Quibus verbis avertere patrem vult a frequentia iudiciorum

et mercede triobolari, quam, ut diximus, accipiebant iudicantes a Colacreta: dixit autem *γάλα*, quia triobolo solo isti alebantur ut lacte infantes. *Fl. Chr.* Dicturus videbatur *ἐθέλω παρέχειν, ὅ τι βούλει, σοί· καὶ ὀρνίθων γάλα·* ut in Avib. 1672. *ὀρνίθων παρέξω σοι γάλα.* Sed nunc *παρ' ὑπόνοιαν* dicit *ἐθέλω παρέχειν, ὅ τι βούλει, σοί· πλὴν Κωλακρέτου γάλα.* alludens tantum ad illud proverbium. Intelligit autem per *Κωλακρέτου γάλα* mercedem iudiciariam, quam distribuebat *ὁ Κωλακρέτης*, quod est nomen magistratus, quaestoris. Dicit itaque se patri omnia concessurum, tantum, ut iudicia frequentet, non permissurum. *Bergl.*

745. (724. K.) Male, ni fallor, legitur *ἦπου σοφὸς ἦν, ὅστις ἔφασκεν* —. Vide an legendum sit, *ἦ σοφὸς, ἦ σοφὸς, ὅστις ἔφασκεν* —. Aeschylus Prom. 886.

ἦ σοφὸς, ἦ σοφὸς, ὃς
γνώμᾳ τόδ' ἐβάστασε, καὶ
γλώσσᾳ διεμυθολόγησεν, etc.

Elmsleius ad Euripidis Medeam p. 279 sq.

Aeschylus in Prometh. 886. *ἦ — διεμυθολόγησε.* Euripides in Andromach. 957. eandem sententiam cum Comico nostro laudans: *σοφόν τι χρῆμα τοῦ διδάξαντος βροτοὺς, λόγους ἀκούειν τῶν ἐναντίων πάρα. Bergl.*

πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. Proverbialis Phocylidis versus: *μή τε δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς* s). Euripides in Heraclidis v. 180. *τίς ἂν δίκην κρίνειεν ἢ γνοίη λόγον, πρὶν ἂν παρ' ἀμφοῖν μῦθον ἐκμάθῃ σαφῆ.* ubi vide notam Cl. Barnesii. Ceterum laudant hanc sententiam hic iudices sive Heliastae, tanquam bene ipsis notam: nam in eorum iuramento erat: *ἀκροάσομαι τοῦ τε κατηγόρου καὶ τοῦ ἀπολογουμένου ὁμοίως ἀμφοῖν.* ut est apud Demosthenem contra Timocratem. Comicus infra v. 923. *μὴ προκαταγίνωσκ', ὦ πάτερ, πρὶν ἄν γ' ἀκούσῃς ἀμφοτέρων. Bergl.*

747. t) (727. Br.) *τὴν ὀργὴν χαλάσας.* In Av. 383. *τῆς ὀργῆς χαλᾷν. Bergl.*

---

s) Qua sententia monentur iudices non praedamnare litem, nec quemquam iudicare indicta causa. *Fl. Chr.*

t) 746. Cogitabam aliquando *δικάσαι.* sed hilum melius id non est vulgata. *Reisk.*

σκίπωνας. Sic scriptum in B. In A. erat primo *σκίμπωνας*, ut in impressis; sed *μ* litura inductum. Vide quae notavi ad Euripidis Hecubam 65. *Brunck.* *σκήπωνας* Suidas in *σκήπων*. *Bentl.*

748. *συνθιασῶτα*. In Pluto 508. *ἀλλ', ὦ πάντων ῥᾷστ' ἀνθρώπων ἀναπεισθέντ' οὐχ ὑγιαίνειν, δύο πρεσβύτα ξυνθιασώτα τοῦ ληρεῖν καὶ παραπαίειν*. *Bergl.*

749. Carmen est antistrophicum. Stropha incipit a v. 729. — 735. [ed. Br.] antistropha v. 743. — 749. V. 732. *δὴ* cum cod. Rav. delendum, et in antistr. *κελεύοντος* scribendum pro *παρακελεύοντος*. V. 733. nihil mutandum. V. 747. cui respondet 733., e cod. *τοῖσι* pro *τοῖς* reponendum. Mox *λόγοισι* mutandum in *λόγοις*. V. 735. post *δῆλος* addendum *ἐστὶν*, quod a librariis ideo omissum est, ut metra sibi incognita ad senarios revocarent. Ibid. revocandum *σὺ δὲ*, quod Brunckius male mutavit in *σὺ δ' αὖ*. V. 744. corruptus est, ut e varr. lectt. apparet. V. 749. delendum *γ'*, quod Brunckius demum invexit. *A. Meinekius* in curis criticis in comicorum fragmenta p. 55. 56.

Stropha continetur versibus 729 — 735.

πιθοῦ, πιθοῦ λόγοισι, μηδ' ἄφρων γένῃ,
μηδ' ἀτενὴς ἄγαν, ἀτεράμων τ' ἀνήρ.
εἴθ' ὤφελέν μοι κηδεμὼν ἢ ξυγγενὴς
εἶναί τις ὅς-
τις τοιαῦτ' ἐνουθέτει.
σοὶ δὲ νῦν τις θεῶν
παρὼν ἐμφανὴς
ξυλλαμβάνει τοῦ πράγματος
καὶ δῆλός ἐστιν εὖ ποιῶν·
σὺ δὲ παρὼν δέχου.

Antistropha est in versibus 743 — 749.

νενουθέτηκεν αὑτὸν ἐς τὰ πράγματα·
οἷς γ' ἐπεμαίνετ' ἔγνωκε γὰρ ἀρτίως,
λογίζεταί τ' ἐκεῖνα πάνθ' ἁμαρτίας
ἃ σοῦ κελεύ-
οντος οὐκ ἐπείθετο.
νῦν δ' ἴσως τοῖσι σοῖς
λόγοις πείθεται,
καὶ σωφρονεῖ μέντοι μεθι-
στὰς ἐς τολοιπὸν τὸν τρόπον,

πειθόμενός τέ σοι.

Et ista quidem omnia ex antiquis libris, imprimisque Ravennate, nisi quod in stropha nomini δῆλος adiunximus ἐστίν, quod metrum postulat. Memini Seidlerum narrare mihi, id ipsum ex antiquo MS. se consignatum habere. In antistropha autem οἷς γ' ἐπεμαίνετ' posuimus sequuti scripturae vestigia in codice uno Brunckii, οἷός τ' ἐπεμαίνετ', in Ravennate, οἷα τότ' ἐπεμαίνετ', in vetustis exemplaribus typis impressis, οἷς ποτ' ἐπεμαίνετ'. *Reisig.* I. p. 124.

Incipit hoc versu stropha, quae constat iambico senario, dochmaico, itidem iambico senario, asynarteto ex penthemimeri iamb. et iambico dim. brachycat., cretico dim., dochmio, iambico dim., itidemque dochmaico, qui sic legendus:

Καὶ δῆλος εὖ ποιῶν· σὺ δὲ παραδέχου.

In antistropha rescribendum sententiae causa:

Οἵ' ἔτ' ἐμαίνετ' (ἔγνωκε γὰρ ἀρτίως),

οἷα, i. e. οἵως, ἔτι ἐμαίνετο: quomodo etiam deliraverit, secum reputat; numerorum vero causa λόγοις pro λόγοισι, et, deleto interpretamento τὸν τρόπον:

Καὶ σωφρονεῖ μέντοι μεθι-
στὰς ἐς τὸ λοιπὸν πιθόμενός τέ σοι.

Πιθόμενος rescribas, quod placuit Brunckio, an serves πειθόμενος, quoad metrum nihil interest, sed elegantiora sunt ἐπιθόμην, πιθόμενος, πιθοῦ, quae passim cum ἐπειθόμην, πειθόμενος, πείθου, deprehenduntur commutata. Si vero alcaicum hunc versum statuas, quo quidem metri genere rarius utuntur fabularum conditores, necesse est servari vulgatam lectionem πειθόμενος. *Hotib.*

729. et sqq. στροφή.

πιθοῦ, πιθοῦ λόγοισι, μηδ' ἄφρων γένῃ,
μηδ' ἀτενὴς ἄγαν ἀτεράμων τ' ἀνήρ·
εἴθ' ὤφελέν μοι κηδεμὼν ἢ ξυγγενὴς
εἶναί τις, ὅστις τοιαῦτ' ἐνουθέτει·
σοὶ δὲ νῦν τις θεῶν
παρὼν ἐμφανὴς
ξυλλαμβάνει τοῦ πράγματος,
καὶ δῆλος εὖ ποιῶν σε·
τὸ δ' εὖ παρὸν δέχου.

743. et sqq. ἀντιστροφή.

νενουθέτηκεν αὐτὸν, εἰς τὰ πράγματ' οἶ-
ος τότ' ἐμαίνετ' · ἔγνωκε γὰρ ἀρτίνους,
λογίζεταί τ' ἐκεῖνα πάνθ' ἁμαρτίας,
οἷς, σοῦ κελεύοντος, οὐκ ἐπείθετο.
νῦν δ' ἴσως τοῖσι σοῖς
λόγοις πείθεται,
καὶ σώφρων', ὀψὲ γοῦν, μεθιστ-
ὰς ἐς τὸ λοιπὸν τὸν τρόπ-
ον, πιθόμενός τε σοί.

Haec antistrophica detexit Hotibius p. 105. et post eum Reisig. p. 124. ducti procul dubio a Rav. qui veras lectiones, aut vero proximas, conservavit. Etenim in stropha omittit δὴ et τῶν, in v. 4. et 5. Mox teste Reisigio Ms. apud Seidlerum habet ἐστὶν in v. 8. unde erui potest ποιῶν σὲ τὸ δ' εὖ, vice ποιῶν σὺ δὲ vel δ' αὖ. Et sane memor Horatiani praecepti *praesens carpe diem* hic reposui τὸ δ' εὖ παρὸν δέχου: quae locutio similis est Sophocleae in Oed. Col. 1694. τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς χρὴ φέρειν: ubi licet φέρον tueatur Suidas bis, bene tamen Sallier apud Heathium restituit παρόν: cui favet v. 1540. τοὐκ θεοῦ παρόν: neque a Comici mente distat proverbiale dictum, τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, apud Platonem in Gorgia p. 340. E. et Diogen. Laert. in Pittaci vita: neque τὸ παρὸν θεραπεύειν apud Sophoclem in Phil. 149. neque χρὴ τὸ παρὸν πρᾶγμ' εὖ καλῶς τ' εἰς δύναμιν τίθεσθαι apud Cratinum, teste Photio: neque illud Hesychio, τὸ παρὸν εὖ τίθεσθαι. Seager quoque in *Classical Iournal*, No. IV. [p. 713.] voluit παρὸν, alio licet sensu. In antistrophae v. 2. Ms. B. οἷός τ' ἐπεμαίνετ': i. e. τότ' ἐμαίνετ': ut patet ex Rav. οἷα τότ' ἐπεμαίνετ': at edd. vett. οἷς ποτ' ἐπεμαίνετ'. Mox ἀρτίως ὅτι: at Rav. et Ms. B. omittunt ὅτι. Pro ἀρτίως reposui ἀρτίνους: quod exponit Euripides in Orest. 248. ἄρτι σωφρονῶν: ubi Porson. e Diogene Laertio sumsit ἀρτίως φρονῶν. In Hesych. est ἀρτίπνουν, ὀρθόπνουν, male. Debuit esse vel ἀρτίνουν vel ἀρτίπουν. Certe ἀρτίφρων bis usurpat Euripides. V. 4. Ita Rav. pro παρακελεύοντος: unde erui potest παρακαλοῦντος. V. 7. Vulgo φρονεῖ μέντοι. Rav. σωφρονεῖ μέντοι. Ipse vero propter Orest. 99. et El. 1111. ὀψέ γε φρονεῖς εὖ: Bacch. 1343. ὀψ' ἐμάθεθ' — Oed. C. 1264. ὀψὲ γοῦν ἐκ-

μανθάνω, Agam. 1427. ὀψὲ γοῦν τὸ σωφρονεῖν, et Vesp. 217. νὴ τὸν Δί' ὀψὲ γοῦν. non haesitavi reponere voces efficaces, loco ineptae particulae μέντοι. *G. Burges* in Classical Iournal XXXI. p. 36.

750. (729. K.) ἀτενὴς ν). Furiosos ἀτενεῖς vocant, quia fixis oculis intueri soleant efferusque est et sanguine velut suffusus eorum obtutus. At τὸ ἀτέραμνον nihil aliud est quam durum et immite, quasi μὴ τέρεν, sed σκληρόν. Sic ὄσπρια ἀτέραμνα dicuntur δύςπεπτα, et ad coquendum contumacia. Apud Suidam legitur ἃ συναψόμενα τοῖς ὀσπρίοις οὐ τήκεται. Male: legendum enim συνεψόμενα. Quae, inquit, cocta cum leguminibus non macerantur neque mollescunt. Plato x) usus est ea voce pro ingenio barbaro et rudi et legibus non obtemperanti, et tales cives ἀτεράμονς et κερασβόλους vocat, ducta metaphora a semine quod in boum aratorum cornua incidit neque unquam maturescit. Aelianus etiam haec duo iunxit ἀτεράμων καὶ βάρβαρος τὴν ψυχήν. Paullo post θεὸς ἐμφανὴς designat non qui oculis se cernendum praebuerit mortalibus, sed cuius auxilium et numen clarum et praesens fuerit, atque adeo ἐναργές. *Fl. Chr.*

ἄγαν. Insertam in impressis particulam [γε] neuter agnoscit codex. *Brunck.*

572. (731. Br.) ὤφελεν. Perperam vulgo ν paragogicum omissum, quod superne inter lineas repositum in A. *Brunck.*

756. (735. Br.) νῦν δ' αὖ παρών τις ἐμφανὴς σοι τῶν θεῶν. Sic numeros huius versus restituimus: senarius est, ut duo praecedentes. Vulgo sine ulla metri forma legitur:

σοὶ δὲ νῦν τις τῶν θεῶν παρὼν ἐμφανής.

In A. τις θεῶν, omisso articulo. In B. νῦν δὲ νῦν τι θεῶν παρών. *Brunck.*

761. y) (735. Br.) σὺ δ' αὖ. Sic bene impressi,

ν) Conf. Ruhnken. ad Timaeum p. 53.

x) V. Ruhnken. l. l. p. 156.

y) 760. καὶ δῆλός ἐστιν ᾧ εὖ ποιῶν, σὺ δ' αὖ δέχου. *Reisk.*

ad metri normam. In binis codd. *σὺ δὲ παρών*. Saepissime *δὲ* et *δ' αὖ* a librariis commutantur, quod observavi ad Av. 579. *Brunck.*

764. *σισύραν*. Amictum ex pellibus lanigeris esse autumat Scholiastes et aliter *βαίτην* vocat, et sane credibile est esse *διφθέραν* et quem Caesar cum Varrone dicit renonem ab ovibus pellitis. Antiqui, ut notarunt alii, Tityrum vocabant *τὸν κριόν*: inde ego putem *σισύρας* nomen. Tamen Hesychius eam componit ex pellibus caprinis, et contra hunc Scholiastem differre facit *σισύραν* a *σισύρνᾳ*: nam sisyrnam a Lybicis pastoribus vocari ait vestem ex pellibus villosis consutam, at sisyram stragulum potius esse et *μηλωτήν*. Neque consentiunt grammatici inter se: nam alii *σισύραν* faciunt laenam simplicem, alii duplicem. Non est facile has controversias conciliare, nobis praesertim Gallis, qui tantum abest ut veterum vestes satis dignoscamus, ut nostras ipsi quotidie mutemus, longe dissimiles Philocleonis istius, qui odio Laconum, baxeas, quae Laconicae dictae, nunquam in animum inducere potuit ut indueret. Nos hodie non *βαίτας*, sed Baeticas vestes induere gaudemus, exoticarum elegantiarum simioli. *Fl. Chr.* In Avib. 121. *ὥςπερ σισύραν ἐγκατακλιθῆναι μαλθακήν*. *Bergl.*

766. Hi anapaesti pessime vulgo distincti sunt. *Brunck.*

767. *κοὐδὲν γρύζει*. In Ran. 938. *γρύζοντας οὐδὲ τουτί*. *Bergl.*

768. *με προςέσθαι*. I. e. *ἐφελκύσασθαι*, et sic Aelianus dixit: *ὁ δὲ οὐ προςεῖτο τὴν δόσιν, ἑταιρικὸν φάσκων εἶναι μίσθωμα τὸ ἑαυτὴν παραβάλλειν ἀνδρὶ ἀγνῶτι, καὶ ὥςπερ ὤνιον τὸ κάλλος ἀποδόσθαι*. *Fl. Chr.*

769. *αὐτόν*. Ed. Farrei *αὐτόν*. *Bergl.*

770. *z*) (744. Br.) *οἷα γὰρ ἐμαίνετ' ἀρτίως, ἔγνωκε*

---

z) *οἷς ποτ' ἐπεμαίνετ', ἔγνωκε γάρ*. Ut sit senarius, sic legerem: *ἔγνω δ' ἀρτίως ὅτι*. quamvis neque sic placet, nam in quinta sede spondeum non temere reperias in senario, nequidem apud liberrimos et licentiosos comicos Grae-

νῦν. Sic ad sententiae et metri praescriptum reconcinnavimus versum, quem impressi corruptissimum sic exhibent:

οἷς ποτ' ἐπεμαίνετ'. ἔγνωκε γὰρ ἀρτίως, ὅτι.

In B. *οἵὸς τ' ἐπεμαίνετ'* — et in fine *ὅτι* omissum. Sic etiam A. Scripta quidem in eo vox *ὅτι;* sed subducta minio linea indicat eam delendam esse. E vulgata lectione nullus legitimus elici potest sensus. *Brunck.*

777. *a*) (746. Br.) *μεθιστὰς τὸν τρόπον*. Ut *μεθίστη φύσιν* apud Euripidem in Alcest. 172. Potest etiam legi *μεθιστὰς τῶν τρόπων*. ut in Pluto 365. *ὡς πολὺ μεθέστηχ' ὧν πρότερον εἶχεν τρόπων*. *Bergl. μεθιστὰς τὸν τρόπον*. Sic bini etiam codd. Nec ulla causa est, cur haec lectio mutetur. Infra 1451. *μετέστη ξηρῶν τρόπων*. At ibi aoristus *μετέστη* neutralem significationem habet: *μεθιστὰς* autem, participium praesentis active significat, et proinde cum accusativo rite construitur. In Equit. 398. *οὐ μεθίστησι τοῦ χρώματος* Attice dictum, subaudito *τι*, vel *οὐδέν*. *Brunck.* in Supplem.

782. *κείνων ἔραμαι, κεῖθι γενοίμαν b*). Euripides in Alcest. 866. *κείνων ἔραμαι, κεῖν' ἐπιθυμῶ δώματα ναίειν*. Vult autem Philocleo esse in foro iudiciario. *Bergl.* Ex Euripidis Hippolyto priore seu Velato. Vide Valckenarium ad Hippol. v. 230. *Brunck.*

784. *ἵν' ὁ κήρυξ φησί*. In publicis iudiciis quum coacti erant iudices, praeco proferebat cadum qui sortes capiebat quas illi in illum immitterent, ac contingebat saepe ut voluptatis gratia quidam ex iudicibus calces suas retinerent. Itaque clamare solebat praeco, qui sententiae suae calculum non tulit, surgat et mit-

---

cos. Sed si trochaicus est, deest aliquid ad versum. Sic autem prior locutus est Sophocles in Aiac. lora tenente: *ἐπίσταμαι δ' ἀρτίως ὅτι* etc. *Fl. Chr.* Porson. ap. Kidd. ad Dawesii Miscellan. p. 361. scribit: *οἷς ποτ' ἐπεμαίνετ' ἀρτίως ἔγνωκε γάρ*. Inter hunc versum et sequentem excidisse versum putat *Reisk.*

a) *μέντοι* valde traiectum et loco suo motum est metro cogente. In constructione debet cum *νῦν οὖν* iungi. *Reisk.*

b) Admonet Schol. hoc anapaestorum initium sumtum ex Hippolyto Euripidis. *Fl. Chr.*

tat. Sic autem lego et distinguo, *ἵν' ὁ κήρυξ φησὶ, τίς ἀψήφι-στος; ἀνιστάσθω.* [Interrogandi signum post *ἀψ.* in vett. edd. omissum restituit etiam *Bergl.*] Nam duo sunt versus anapaestici, prior dimeter, alter monometer duobus tantum anapaestis constans, sed secatur prioris ultimum verbum cuius posterior syllaba alterum versum monometrum adiuvat. Pronunciandum autem *τίς* per interrogationem. *Fl. Chr.*

788. *c*) *ποῦ μοι ψυχή;* Sic ambo codd. recte. Invenuste vulgo *ποῦ μου ψυχή*. *Brunck.*

789. (754. K. 757. Br.) *πάρες d*) *ὦ σκιερά.* Et haec ludit per parodiam sumta ex eiusdem tragici Bellerophonte, ex quo laudantur hi versus anapaestici: *πάρες — ἐνοδίας.* ubi rectius legas *εἰνοδίας* propter metrum: sunt enim duo anapaesti [*στάσιν εἰνοδίας*]. Sed non dubito quin legendum sit *εὐοδίας* i. e. itineris facilis et pervii, qua voce usus est Aeschylus in Glauco Potnieo, et hic noster Comicus in Ranis per parodiam Aeschyli. Quin et apud Esdram prophetam Graeca versio vetus habet *ζητεῖτε εὐοδίαν.* Sic autem locum illum ex Bellerophonte Euripidis interpretor totidem anapaestis:

nunc umbrosae cedite frondes,
nemora et fontes ite, supremum
coelum visere cupio, sit ne
iter hoc facile.

Fl. Chr. *πάρες ὦ σκιερά.* Male vertitur *ades, o caliginosa.* Verti debuit: *sine me transire, o caliginosa.* *πάρες*, a *παρίημι*, *permitte*, *dimitte.* Transsumta sunt verba ex Euripidis Bellerophonte, cuius pleniorem locum profert Scholiastes:

---

c) *ποῦ μου ψυχή.* Haec verba, male ab interprete intellecta et Latine versa, sic interpretanda sunt: *ubinam est anima? huc ades, o umbratilis* (i. e. latitans). *Certe nunc cum iudicibus sedens Cleonem de furto vix convincerem.* Id est, adeo sum amens et stupidus, ut non possem Cleonem furti convincere in iudicio, licet sit fur manifestus. *Palmer.*

d) Pro *πάρεσο.* Scholiastes dicit alludi ad istud Euripidis: *πάρεσ', ὦ σκιερὰ φυλλὰς*, quod ex Bellerophonte ait esse. *Bergl.*

πάρες ὦ σκιερὰ φυλλὰς, ὑπερβῶ
κρηναῖα νάπη· τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς
αἰθέρ' ἰδέσθαι σπεύδω, τίν' ἔχει
στάσιν εὐοδίας.

Huius fragmenti sensum explanavit Cur. Nov. in Suidam pag. 120. [III. p. 165.] Toupius, cui facem praetulerat Florens. *πάρεσ'* Berglerus excudi volebat pro *πάρεσο*, a *πάρειμι* adsum. Quod ille non primus excogitavit. In codd. scriptum *πάρες*. At in A. manu multo recentiore docti nescio cuius viri, qui codicem illum trivit, literae *ς* superscriptum *σ'*. Sed praestat id verbum accipi eo sensu, quo apud Euripidem erat. *Brunck.*

792. Personae in libris omnibus admodum confusae sunt *e*): eas in ordinem perite restituit Berglerus in versione, quod et ego in Graecis feci. *Brunck.*

793. Vulgo *τί πείθομαί f*) *σοι;* Invern., haud dubie e cod. Rav., *τί σοι πείθομαι;* Hinc Hermannus ad Nubes. 88. recte correxit: *τί σοι πίθωμαι;*

795. *Ἅιδης διακρινεῖ.* Sic cernere dicunt Latini, et sic locutus est Atreus ad Aeropam in Cressis Euripidis, ut notat Scholiastes. Nihil autem per hoc loquendi genus aliud ait quam *moriar potius:* ut vera sit illa sententia, invitum qui servat, idem facit occidenti, *εἰ σώζεις τὸν ἄκοντα, κακόν τι σὺ ταυτὸν ἔδρασας. Fl. Chr.* Ex Euripidis Cressis, ut notat Scholiastes. Sophocles in Antig. 553. *τοῦτο γὰρ τύχη κρινεῖ.* Quod autem Comicus dicit *Ἅιδης διακρινεῖ*, illud Sophocles dixit *Ἅιδης ὁ παύσων ἔφυ* in eadem fabula 581. *Ἅιδης ὁ παύσων τούσδε τοὺς γάμους ἔφυ. Bergl.* Similiter Phaedria Terentianus Phorm. 2, 1. iam depecisci morte cupio. *Hotib.*

799. *περὶ τοῦ;* Ita recte edd. pristinae, non *περὶ του*, ut nuper. *Bergl.*

800. (765. K.) *σηκίς.* Male putant quidam nomen esse proprium: nam *σηκὶς* vel *σηκίλη* verna est ancilla

---

e) Phil. *τί π. σοι;* Bdel. *λέγ' — ἐνός.* Phil. *ποίου, — ἴδω.* Bdel. *τοῦ μὴ δικάζειν.* Phil. *τοῦτο* etc.

f) Lege *πείσομαι. Bentl.*

vel abra cui cura penum servare antiquitus in agris. σηκὸς enim praeter alia significata simpliciter domum significat: pro nido usurpat Aristoteles. Apud Suidam habes de Lysia haec verba, ὃς δύο ἔτη ἐγεώργησεν οὔτε ἰδίαν ἐλαίαν, οὔτε μορίαν, οὔτε σηκόν. quae tria de omni oliva interpretatur, diversa tamen puto, et fortassis σῦκον legendum *g*), ut de olea, moro, et ficu arboribus intelligat. *Fl. Chr.*

801. ἐπιβολήν *h*). Apud rhetores sic vocatur mulcta et poena, et eam irrogare est ἐπιβάλλειν. Huic poenae vel mulctae obnoxii erant curatores qui pupillos defraudaverant et qui rempublicam male administrarant, aut rem alienam detinuerant neque dum restituerant. *Fl. Chr.*

802. πάντως γε. Sic optime A. Vulgo δέ. *Brunck.*

803. (768. K.) ἦν ἐξέχῃ εἴλη *i*). Alludit ad proverbium ἔξεχ', ὦ φίλ' ἥλιε, vel potius dictum vulgarium, ut hic noster Comicus in Insulis fabula dixit: λέξεις — ἥλιε, de quo vide Suidam hunc locum laudantem, sed male scribentem ὕλη pro εἴλη, quo nomine dicitur solis lumen: nam Attici ει pro η enunciant: ludit autem in paronomasia *k*), quia Heliaea a subdiali sole dicta maximum erat forum iudiciale. Alii tamen [apud Schol.] pro κατ' ὄρθρον legunt κατ' ὀρθὸν i. e., interprete Callistrato, κατὰ τὸ ὀρθῶς ἔχον: quae expositio placere mihi non potest. Quod vero ait ὕοντος subaudiendum θεοῦ vel Διὸς, ut dixit Alcaeus ὔει μὲν ὁ Ζεύς. Et sic Latine dicimus impersonaliter, pluit, tonat, ningit. *Fl. Chr.* Alludit ad illud puerorum dictum, ἔξεχ', ὦ φίλ' ἥλιε, quo usus est Comicus noster in Insulis, λέξεις ἆρ' ὥσπερ τὰ παιδία· ἔξεχ, ὦ φίλ' ἥλιε. De quo vide Suidam hunc locum laudantem, et Pollucem IX. 123. et 124. *Bergl.*

---

g) Infelix coniectura. V. Marklandum ad Lysiam p. 268 sq.

h) Conf. Ruhnken. ad Timaeum p. 116. et not. ad schol.

i) ἦν ἐξέγρῃ εὐνῆς κατ' ὄρθρον. *si surgas lecto horis matutinis, mature, de bonne heure. Reisk.*

k) Conf. Casauboniana p. 49. „Distinguit *Bentl.* ἦν ἐξέχῃ εἴλη κατ' ὄρθρον, *si sol mane affulgeat:* ut ἔξεχ' ὦ φίλ' ἥλιε.“ *Editor* adnot. Bentleii.

804. (772. Br.) *ἡλιάσει πρὸς ἥλιον l*). Iocus ex ambigua significatione verbi *ἡλιάζεσθαι, apricari,* et *iudicem esse in Heliaea.* Qui plura cupit H. Stephani Thesaurum adeat. Ad pleniorem eorum quae sequuntur intelligentiam legendus Pollux VIII. 123. *Brunck.*

806. *m*) *ὕοντος.* Scholia: *ὕοντος τοῦ θεοῦ. Bergl.* *εἴσει.* Scholia: *γνώσῃ τὴν δίκην. Bergl.* Hotibius supra p. 76. scribi vult *χ' ὕοντος.*

807. (772. K.) *θεσμοθέτης.* Novem erant Athenis magistratus dicti Archontes, nempe rex, archon, polemarchus et sex thesmothetae, sic dicti quia curam legum et iudiciorum habebant, qui iudices e sua quisque tribu sortiebantur (Scholiastes addit decimum, qui scriba fuit, aitque singulas tribus unum habuisse thesmothetam et unum *γραμματέα* ad leges rogandas) in quos imperium habebant, ita ut si ad horam non venissent, eos excludere et consessu interdicere possent. Sic Romae praetores iudiciis centumviralibus et publicis praeerant. *Fl. Chr.*

808. *γ'* abest a reliquis editionibus.

810. *δάκνων σεαυτόν.* Saepe enim esuriens iudex actorem condemnat. Ludit autem hic in voce *τοῦ δάκνειν,* quae et dentibus frendere et laedere aliquem significat, proinde ut Latinum *mordere:* ut apud Terentium: *quod illam mordeat. Fl. Chr.* Id est, *αὐτοδαξ ὠργισμένος,* ut loquitur in Lysistr. 690. *Bergl.*

811. *διαγιγνώσκειν.* Id est *ἀνακρίνειν* et *δοκιμάζειν.* Latine proprie cognitiones vocantur etiam de causis et litibus. *Fl. Chr.*

815. (780. K.) *ἀναμασώμενοι n*). Ut ruminare duo significat, et revocare cibum, ut boves et oves, et animum recolere, sic *ἀναμασᾶσθαι* et *ἀναμηρυκάζειν.* For-

---

l) Scholia: *δικάσεις, φησὶ, πρὸς τὸν ἥλιον καθήμενος· ἔπαιξε δὲ παρὰ τὴν Ἡλιαίαν τὸ μέγιστον δικαστήριον. Bergl.*

m) *ὕοντος, εἴσω.* nempe *ἡλιάσει. iudicabis intus, domi, sub tecto. Reisk.*

n) Scholia: *ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἀναπεμπαζόντων τὴν τροφὴν ζώων. Bergl.*

tassis autem de retractanda sententia innuit. Propterea morem hunc fuisse Athenis ut reus damnatus interrogaretur quam poenae aestimationem meruisse fateretur, quasi secundis legibus observatum testatur, et diserte docet M. Tullius sub finem libri primi de oratore, ubi agit de Socratis damnatione et nobili illius ad Lysiae orationem responso. *Fl. Chr.*

817. *τὸν μισθὸν ὁπόθεν λήψομαι.* Triobolum puta, quam mercedulam vocat Cicero in lib. I. de oratore, eratque stipendium quotidianum. Aristoteles in libris de republ. ait Ephialtem et Periclem minuisse auctoritatem senatus Areopagitici et studio aurae popularis pauperes admisisse in numerum senatorum, denique fecisse *δικαστήρια μισθοφόρα*. *Fl. Chr.*

818. (786. Br.) *ὁτιὴ κατ' ἐμαυτὸν, κοὐ μετ' ἑτέρου λήψομαι.* Hic versus in editt. omnibus omissus est. Eum servavit cod. A. ubi in contextus serie suo loco ab eadem antiqua manu scriptus est. In B. maior adhuc quam in impressis est lacuna, omisso non solum hoc versu, sed etiam praecedentis dimidio, sic:

τὸν μισθὸν ὁπόθεν λήψομαι.
αἴσχιστα γάρ τοι —

Brunck.

819. *Λυσίστρατος.* In Equitibus ut pauper perstringitur: in Acharn. [854. *Bergl.*] mollis et cinaedus et aleator et *ὀιγῶν καὶ πεινῶν ἀεὶ*, alibi dictus *χηναλώπηξ*, ut diximus ad Lysistratam, propterea hic *σκωπτόλης*, quasi dicas *σκωπτικὸν ὀλούμενον*. Illusit enim huic Philocleoni: quum enim a Colacreta drachmam pro utriusque mercedula accepisset, et in piscium macello mutata drachma dimidiam partem, tres nempe obolos Philocleoni tribueret, pro obolis squamas mugilum tres dedit, quae ita grandes sunt ut speciem prae se ferant nummorum saltem obolorum. *Fl. Chr.*

821. (789. Br.) *διεκερμάτιζεν ἐν τοῖς ἰχθύσι.* Sic legendum; non, ut vulgo, *διεκερμάτιζέ μ'* — quod ineptum est o). Emendationem praeceperat Toupius in

o) Vulgatam scripturam citat Pollux IX. 89.

Suidam I. 137. [175. ed. Ox.] Casaubonus ad Theophrasti Char. *περὶ ἀπονοίας* p. 192. [p. 96. ed. Fisch.] legebat *διεκερματίζετ'*. Formam activam adstruit Suidas [a Bentl. citatus] in *διεκερμάτισε*. *Brunck.*

ἐν τοῖς ἰχθύσι. Sic *ἐν ταῖς χύτραις καὶ τοῖς λαγάνοις* in Lysistr. 557. *Bergl.* Conf. Selecta e Valckenarii scholis in N. T. T. I. p. 316.

823. *κἀγὼ 'νέκαμψα p).* Lege *κἀγὼ 'νέκαψα* pro *ἐνέκαψα:* sed et non male *κἀγὼν ἔκαψα* simplici verbo. Quid sit *κάπτειν*, abunde dictum nobis in glossematis ad Irenam. Solebant autem plerique in os indere nummatam pecuniam, ut fortassis inde proverbium manarit, *bovem in lingua,* etsi scio aliunde sensum et originem habere, et de tarda et impedita lingua dictum, ut apud Aeschylum *βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ μέγας*, quum libere loqui non licet et arcanum tacendum est. Bovem autem speciem nummi fuisse dicunt qui duas drachmas Atticas penderet. Fortassis autem tales boves in ore habuit Demosthenes quum adversus Milesios dicturus excusationem postulavit propter synanchem, quam dixerunt *ἀργυράγχην*. *Fl. Chr.* Alexis apud Athenaeum III. *ὁ δ' ἐγκάψας τὸ κέρμ' εἰς τὴν γνάθον.* Solebant enim pecuniam in ore gestare: noster in Ecclesiaz. 815. *πωλῶν γὰρ βότρυς, μεστὴν ἀπῆρα τὴν γνάθον χαλκῶν ἔχων.* Vide et supra v. 607. *Bergl.*

825. (793. Br.) Aristophanes apostrophirt *ἐστί*, am Ende einer Frage durch die man etwas zu wissen verlangt, niemals. Dasselbe behaupten wir auch von anderen dritten Personen mit langer paenultima, deren ultima ein *ν ἐφελκυστικόν* annimmt: denn *Σφ.* 696. *ταυτί με ποιοῦσ'; οἴμοι, τί λέγεις;* ist das *ταυτί με ποιοῦσ'* mehr ein Ausruf als eine Frage; im Plutus V. 998. fasst man die Fragwendung richtiger in dieser Interpunction auf: *τί σ' ἔδρασ', εἰπέ μοι,* und die einzige

p) Scholiastes intelligit *ἐνέκαψα* et sic legisse videtur et interpretatur *ἐνέθηκα τῷ στόματι*, optimo quidem sensu: utebantur enim saepe ore ad nummos servandos, ut videmus simias facere. Sed et nihil mutando *ἐνέκαμψα* optimum sensum habet i. e. *inflexi, incurvavi dentibus*, ad explorandum scilicet an probus esset nummus. *Palmer.*

widersprechende Stelle, *Σφ.* 793. *ὁ δὲ τί πρὸς ταῦτ' εἶφ' ; — ὅ τι;* halten wir nicht für richtig. Vielleicht schrieb Aristophanes: *ὁ δὲ τί πρὸς ταῦτ' εἶπε, τί;* Die Ursache dieser Gewohnheit ist, weil die Katalexis in dergleichen Wortformen der natürlichen Modulation der fragenden Stimme zum Schlussfall am angemessensten ist. Daher Aristophanes in der einzeln gestellten Frage nie sagt *τί ἐστ'* oder *ἐσθ';*, sondern *τί ἐστι; τί ἐστιν;*, und stets sagt *ποῦ 'στι; ποῦ 'στιν;* am *Ende* der Rede, nie *ποῦ 'στ'; ποῦ 'σθ';* Etwas Anderes ist es in der Mitte der Frage, z. B. *ποῦ 'σθ' ὁ μιαρός;* oder *τίς ἐσθ' ὁ κόπτων;* Also fehlte auch Wolf in den Wolken V. 214. als er *ποῦ 'σθ';* schrieb, obschon es Ernesti aus einem MS. empfiehlt und früher Bentley vorschlug, dem es *rotundius* zu seyn schien. Aber Bentley wenigstens kannte nicht genug die eigenthümliche Zartheit in der Sprache des Aristophanes. Denselben Fehler begieng Brunck Vol. III. p. 218. in einem Fragmente des Amphiaraus bey dem Scholiasten zu den Wolken V. 665., und eben darin so wie anderwärts Bentley in den Nott. MSS. in Mus. Crit. Cantabr. Vol. V. Iun. 1815. *Εἰρ.* 41. *οὐ μὴν Χαρίτων γε. τοῦ γάρ ἐστ'. οὐκ ἔσθ' ὅπως* setzte Brunck die Worte *τοῦ γάρ ἐστ'* mit seinen Vorgängern Aem. Portus und Küster in eine Frage, und liess damit, wahrscheinlich nach der Personeneintheilung seiner MSS., einen andern Diener fragen: jedoch mit einer bey ihm sehr beliebten Änderung des *γάρ* in *γ' ἄρ': τοῦ γ' ἄρ' ἔστ';* Aber falsch; überhaupt ist die Frage sehr langweilig. Ein einziges *σ* nach *γε* hinzugethan, und siehe, es entsteht eine bessere Lesart, vielleicht die ächte, *οὐ μὴν Χαρίτων γ' ἔστ'. — οὐ γὰρ ἔστ', οὐκ ἔσθ' ὅπως.* Zwar könnten die rhetorischen Fragen *Βατρ.* 1078. und *Θεσμοφ.* 498.

ποίων δὲ κακῶν οὐκ αἴτιός ἐστ';
ἡμῖν τί τοῦτ' ἔστ'; οὐδ' ἐκεῖν' εἴρηκέ πω,

hiervon ausgenommen werden, weil man diese mit einer anderen Bewegung der Stimme hervorbringt, als jene, welche wirklich eine Beantwortung verlangen; aber in der ersteren Stelle ist das *ἐστ'* ein kraftloser Ausgang einer doch gewaltig beschuldigenden Frage, und zum Glück nicht durch allgemeine Über-

einstimmung der alten Bücher unterstützt; im Gegentheil die gerade in den Fröschen vor der Aldina sich auszeichnende Iuntina A. 1515. hat dort ἐστιν. Daraus ist zu schliessen, dass die ächte Lesart gewesen sey

ποίων δ' οὐκ αἴτιός ἐστι κακῶν;

so wie in Eurip. Iphig. Aul. 900. nach einer sehr wahrscheinlichen Vermuthung Porson's die wahre Wortstellung des Dichters gewesen seyn mag τῶνδ' ὃς αἴτιος κακῶν, wie man sie findet in der Medea V. 533. In der andern Stelle aus den Thesmophoriazusen möchte man nun wohl das Zutrauen zu dem ἔστ' vollends verlieren, wenn man dazu vergleicht Lysistr. V. 514. τί δέ σοι τοῦτ'; ἢ δ' ὃς ἂν ἀνήρ, Ritter V. 1198. τί δέ σοι τοῦτ'; οὐκ ἐάσεις τοὺς ξένους;, Ekklesiaz. 520. 521. τί δ', ὦ μέλε, Σοὶ τοῦθ';. Also mag wohl Aristophanes auch dort in der Frage nur ἡμῖν τί τοῦτ'; gesetzt haben: denn in einer directen Fragwendung in diesem Sinne ist das ἐστί am Ende beynahe schleppend. Vielleicht schrieb der Dichter Folgendes:

ἡμῖν τί τοῦτ'; ἐπεὶ οὐδ' ἐκεῖν' εἴρηκέ πω.

Reisig. in diariis Ienensibus a. 1817. nr. 223.

826. ἀλεκτρυόνος κοιλίαν. Est enim gallinaceus edax animal et cuius ingluvies praeposita ventriculo est, ut etiam palumbis et perdicibus, teste Aristotele lib. II. de hist. animal. Hinc proverbium sustulit Erasmus: *gallorum ventrem incusare. Fl. Chr.*

827. καθέψεις ἀργύριον. Absolute. Perperam vulgo τἀργύριον. *Brunck.*

ἦ δ' ὃς λέγων q). Phrasis Attica familiaris maxime Platoni philosopho. Sed in futuro tempore usurpat, comici autem etiam in aliis temporibus. Vetus fuit verbum ἠμί pro φημί, unde ἦ pro ἔφη. *Fl. Chr.* In Equit. 630. ἦν δ' ἐγώ. Pro ἔφη, ἔφην. Plato ad satietatem usus est hoc verbo, ut et Scholiastes notat. *Bergl.*

830. ταῦθ' r). Quae ad iudicium facere videntur exercendum et alia, ridiculi causa. *Bergl.*

---

q) Tyrwhittus coniicit γελῶν.
r) πάνθ' ἥξω. *Reisk.*

831. ὅρα τὸ χρῆμα. Sophocles in Trachin. 835. ἴδ' οἷον, ὦ παῖδες, προξέμιξεν ἄφαρ τοὔπος τὸ θεοπρόπον ἡμῖν. *Bergl.*

τὰ λόγι' ὡς περαίνεται. Homerus diceret, τὰ δὴ νῦν πάντα τελεῖται. et vetus poeta, quae nunc matura videtis, ut videatur unum esse περαίνεσθαι et πεπαίνεσθαι. Haec autem verba absente filio secum loquitur Philocleo et tanquam vera fingit, ut excuset τὸ φιλόδικον. *Fl. Chr.* Euripides in Cyclope 892. αἳ αἳ παλαιὸς χρησμὸς ἐκπεραίνεται. idem in Phoeniss. 1697. νῦν χρησμὸς, ὦ παῖ, Λοξίου περαίνεται. Noster in Equit. 1046. aliter: ταυτὶ τελεῖσθαι τὰ λόγι' ἤδη μοι δοκεῖ. Ceterum Philocleo haec secum loquitur. *Bergl.*

832. *s*) (800. Br.) ἠκηκόη. Bini codd. [et Victorianus in Actis Monac. I. 3. p. 387.] ἠκηκόειν. Vide not. ad Conc. 650. Nub. 329. Av. 511. Mendose in omnibus editt. est ἠκηκόεις. Sola posterior Veneta habet ἠκηκόειν, unde id Berglerus adsumsit. *Brunck.*

834. (802 Br.) ἀνοικοδομήσοι. Sic bene Dawesius Miscell. crit. pag. 104. Praecessit enim δικάσοιεν, pro quo in A. est δικάσαιεν, in B. δικάσειεν, utrobique mendose. Hoc autem in versu vulgo legitur ἀνοικοδομήσει ex Ant. Fracini editione: nam primariae habent ἐνοικοδομήσει, ut scriptum est etiam in binis codd. *Brunck.*

836. (800. K. 804. Br.) Ἑκάταιον *t*). Templum est Hecates, aliter dictum Ἑκατήσιον (male enim apud Schol. habes κατήσιον). Quo nomine fuisse olim Ephesi donarium vel templum factum a Thrasone ut reliqua a Praxitele, testatur Strabo lib. XIV. aliudque fuisse magnificum in regione Stratonicea eidem Hecatae dicatum. Ubique vero Athenienses Hecaten statuebant, ut quae esset omnium ἔφορος et κουροτρόφος. Callistratus effert Ἑκάτιον, ut ἐπινίκιον, alii Ἑκατεῖον. *Fl. Chr.* Passim in vicis conspiciebantur sacella Hecates, ut et Hermae atque etiam altaria Apollinis. *Bergl.* Ἑκάταιον. Vellem edidisse Ἑκάτειον, ut est apud Sui-

---

s) ἠκηκόειν. Ita recte ed. Parrei. Ceterae ἠκηκόεις. *Bergl.*

t) Conf. Sluiteri Lection. Andocid. p. 49.

dam, et in quibusdam exemplaribus scriptum fuisse testatur Scholiastes: quod verius esse censeo, ubi de sacello vel statua Hecatae sermo est. *Brunck.*

859. *ἀμὶς γὰρ* — Libri omnes *ἀμὶς μέν.* Nec mutare volui: casu in calamum illud mihi venit: nec forte deterius est. *Brunck.* *οὐρητιάσεις* Suid. in *αὐτῇ*: sed *οὐρητιάσῃς* in *ἀμίδα.* *Bentl.*

841. *σοφόν γε τουτί.* Eupolis apud Athenaeum I. p. 17. *εἶεν. τίς εἶπεν, ἀμίδα, πάμπρωτος μεταξὺ πίνων; Παλαμηδικόν γε τοῦτο τοὐξεύρημα καὶ σοφόν.* *Bergl.*

844. *ῥοφεῖν.* Ita coquebant lenticulam, ut sorberi posset: quod apparet etiam ex iambo isto apud Athenaeum IV. p. 156. *ῥοφεῖν φακῆν ἔσθ' ἡδὺ μὴ δεδοικότα.* *Bergl.*

847. (815. Br.) *ἐξηνέγκατε.* Sic libri omnes. Dawesius legendum censebat *εἰσηνέγκατε, quia domi intus versatur, qui ista loquitur.* Sed fallebat eum opinio: non intus versatur Philocleo; sed in domus vestibulo, in atrio. Paullo infra quum iudex sine cancellis litem se cogniturum negat, filius ei dicit:

αὐτὸς κομιοῦμαι τό γε παραυτίκ' ἔνδοθεν.

et, ut cancellos *foras efferat,* domum intrat. Postea vero, ubi vota concipienda sunt, quae ad eam rem usui sunt e domo etiam efferri iubet, v. 860.

ἀλλ' ὡς τάχιστα πῦρ τις ἐξενεγκάτω,
καὶ μυρρίνας, καὶ τὸν λιβανωτὸν ἔνδοθεν.

Non ergo haec domi intus aguntur. *Brunck.*

851. (815. K. 819. Br.) *θἠρῷον.* Tabulam poscit, in qua picta sit Lyci herois effigies, ut in foro iudiciali visitur: neque iste *φιλόδικος* aliter putaret se in foro versari, nisi praesens esset talis imago. De Lyco diximus supra et proverbio *Λύκου δεκάς*, quod ad sycophantas pertinet. *Fl. Chr.* Pro *τὸ ἡρῷον*, ut supra *θημετέρου* v. 523. Cupit autem simulacrum Lyci, forensis alicuius herois antiqui, de quo et supra v. 388. *Bergl.*

θἠρῷον εἴ πως ἐκκομίσειας τοῦ Λύκου. Perperam vulgo *θηρῷον εἴ πως ἐκκομίσαις τὸ τοῦ Λύκου.* Articulus *τὸ* [etiam a Reisk. eiectus] invenuste repetitur, qui

iam exstat in crasi θἠρῷον pro τὸ ἡρῷον. Male ille infertus Atticae formae, quam revocavi, immutandae ansam librario dederat. *Brunck.* Vulgatam scripturam revocandam esse putat Schaeferus in Meletem. crit. p. 85. Herodianus post Hermanni librum de em. rat. Gr. gr. p. 309. hunc versum ut Eupolidis sic scriptum affert:

ἡρῷον εἴπως μοι κομίσαιο τοῦ Λύκου.

„Illud *μοι*, quod habet Herodianus, Aristophani restituendum videtur." *Barker.* ad Stephani thesaurum l. Gr. vol. I. part. III. p. 203.

852. καὐτὸς ὦ ναξ. Male vulgo ὦ ναξ e prava correctione. In primariis editt. erat ὦ ναξ. *Brunck.*

853. (817. K.) ὡς χαλεπόν. Puto hunc esse horum verborum sensum: o Lyce heros, difficile est ut te videamus similem Cleonymi: nam ille scutum abiecit, tu vero ut heros habes πανοπλίαν. *Fl. Chr.* Subaudi τὶ aut χρῆμα, sive πρᾶγμα, aut ἡρῷον, aut lege χαλεπός. Cogitandum autem herois huius imaginem in scena ita exhiberi, ut quodammodo similis videatur Cleonymo, qui valde procerus fuit: nam in Avib. 1473. comparat eum cum arbore: ἔστι γὰρ δένδρον πεφυκὸς ἔκτοπόν τι, καρδίας ἀπωτέρω Κλεώνυμος, χρήσιμον μὲν οὐδέν, ἄλλως δὲ δεινὸν καὶ μέγα· τοῦτο μὲν ἦρος αἰεὶ βλαστάνει καὶ συκοφαντεῖ, τοῦ δὲ χειμῶνος πάλιν τὰς ἀσπίδας φυλλορροεῖ. *Bergl.* ὡς χαλεπὸς ἄρ' ἦσθ' ἰδεῖν. Sic bene A. [et Bentl.] Ineptum est, quod vulgo legitur, χαλεπο Illud quasi per nebulam vidit Berglerus. *Brunck.*

855. οὐκοῦν ἔχει. Bdelycleo dicebat Lycum heroem similem videri Cleonymo, quia uterque esset immanis staturae, sed servus aliam causam similitudinis affert, nempe quia neuter habeat arma: Lycus, quia erat forensis heros, non Martius: Cleonymus, quia in praeliis prae timiditate arma abiecerat. *Bergl.*

857. (825. Br.) ὡς κάθημ' ἐγὼ πάλαι. Prava scriptura. Excudi debuit κάθημαι 'γὼ [et sic Invern. edidit], ut supra 538. γράψομαι 'γώ. *Brunck.* in Supplem.

859. (827. Br.) δέδρακε. Sic bini codd. [et Reisk.] At quis eorum requisivisset opem ut spondeum e quarta senarii sede eliminaret? Mirum est δέδρακεν per

omnes editt. propagatum fuisse. Supra bis *νυν* sine ccentu excudi volui, ut est in primariis editt. et in A. — *ἐν τῇ οἰκίᾳ. η οι* in unam syllabam coalescunt. Sic Sophocles Trach. 84.

κείνου βίον σώσαντος, ἢ οἰχόμεσθ' ἅμα.

Brunck.

860. *ν*) (824. K.) *ἡ Θρᾷττα προσκαύσασα.* Ut Scytha et Scythaena nomina servorum et servarum, sic *Θρᾷττα* nomen ancillae a regione devicta mancipium: nam nomen esse proprium non putem. Fuit autem quum putarem *προσθραύσασα* legendum, quia fregisse ollam lateritiam latior est culpa quam adusisse, quod saepe necesse est contingere ad ignem. Sed quia Suidas *προσκαύσασα* agnoscit etiam, non tanti mihi erit mea coniectura, quin eam facile ponam. *Fl. Chr.* Debuisset illa ancilla observare, quod Archestratus praecipit apud Athenaeum VII. p. 310. *καὶ κίνει πυκνῶς μὴ προσκαυθέντα λάθῃ σε.* Thratta autem ancilla nomen habuit a patria. Occurrit aliquoties id nomen apud Comicum nostrum. *Bergl.*

861. *ὀλίγου μ' ἀπώλεσας.* In Nub. 721. *ὀλίγου φροῦδος γεγένημαι.* Sic et *μικροῦ*. Demosthenes de falsa legatione: *ὅτι δῶρα λαβεῖν ἔδοξε πρεσβεύσας, μικροῦ μὲν ἀπέκτειναν. Bergl.*

863. *ἢ πρῶτον ἡμῖν.* [Sic Ph. Iunta.] Legendum *ὅ* ut et in Veneta edit. et ad *δρύφακτον* refertur, quod sedile est iudicum vel septum cancellatum. Quia vero ait *ἱερῶν*, et antequam sederent sacris operabantur, ideo Scholiastes ait metaphoram sumtam a sacrificantibus, ubi primum hepatis specimen spicitur, deinde splenis et ceterarum partium, ut proclive sit iudicare in voce *δρυφάκτου* intelligendum *διάφραγμα* et praecordia. Scholiastes etiam legit *ὃ* non *ἤ*. *Fl. Chr.* In Thesm. 638. *σὺ δ' εἰπέ μοι ὅ τι πρῶτον ἡμῖν τῶν ἱερῶν ἐδείκνυτο*; Ceterum Philocleo ex nimia veneratione fori et iudiciorum loquitur de illis rebus quasi sacrificiis aut mysteriis. *Bergl.*

866. *ἡ φιλοχωρία.* Adeo a teneris assuescere mul-

ν) Hunc versum servo tribuit Tyrwhittus.

tum est. *τὸ δεινὸν*, ut saepe apud tragicos, admirantis est, ut illud adeo multum est ex Marone. Vocat autem *φιλοχωρίαν* amorem assueti loci in iudicio: quin postea videtur vocare *χωρίον* tabulas et *γραφεῖον*. *Fl. Chr.*

867. Servus intervenit, qui conqueritur de cane, quod caseum rapuisset. *Bergl.*

868. *οὐ γάρ;* Sic usurpantur hae particulae in Acharn. 575. *ὦ Λάμαχ', οὐ γὰρ οὗτος ἄνθρωπος πάλαι ἅπασαν ἡμῶν τὴν πόλιν κακορροθεῖ; Bergl.*

ὁ Λάβης. Ex querela vernae famuli, qui canem Labetem, qui intus erat, postulat casei rapti et adesi, occasionem sumit litis contestandae quae ad Philocleonem deferatur. Labetis autem nomen conveniens est cani a capiendo vel rapiendo: sed sunt qui existiment per litterulae mutationem Lacheta innui, qui ad Theram Siciliae exercitum duxit, et caseorum munere corruptus fuit. Nam furem eum et compilatorem fuisse alibi in comoedia notatur. Tamen cum Scholiasta verisimile esse puto, simpliciter canis nomen sic fictum, quo modo Teleclides in Prytanibus dixit: *δάκης τί* (lege *τίς*) *ἔστιν ὅντιν' ἀνθρώπων ὁρᾷς;* videtur enim canem alloqui et dicere: mordax quis ille est, quem quidem adlatrans vides? *Fl. Chr.* Scholia: *τῶν ἔσωθέν τις οὗτος· τῷ δὲ κυνὶ ὄνομα Λάβης, ἀπὸ τοῦ λαμβάνειν θηρία. τυρὸν δὲ ἥρπασεν οὗτος. ἀξιοῦσι δέ τινες ὡς παρὰ γράμμα κωμῳδεῖσθαι Λάχητα.* id etiam Comicus ipse innuere videtur supra v. 240. *ὡς ἔσται Λάχητι νυνί. σίμβλον δέ φασι χρημάτων ἔχειν ἅπαντες αὐτόν. Bergl.*

869. (837. Br.) *παράξας.* Sic bene ambo codd. nisi quod in eis *ι* subscribi nunc solitum abest. Male vulgo *παραΐξας.* — *ἁρπάσας.* Agnosce hic frequentissimum librariorum flagitium, nec dubita, quin poeta scripserit *ἐξαρπάσας*, quod omnino reponendum *x*). Vide not. ad Pl. 815. *Brunck.*

ἰπνόν. Sic furnum vocat, proprie tamen caminus

x) Nihil mutari, sed *ἶπνον* scribi vult Reisig. I. p. 104. Sed Elmsleius ad Acharn. p. 157. tacite scripsit *ὑφαρπάσας.*

vel *φανὸς* et per catachresin focus, ut *ἴπνια* dicuntur purgamenta foci vel ligna camini ustilia. Callimachus tamen sic vocavit animalium retrimenta et stercora, *σὺν δ' ἄμυδις φορυτόν τε καὶ ἴπνια λύματ' ἔβαλλεν. Fl. Chr.*

870. (838. Br.) *τροφαλίδα γ) τυροῦ.* Magnum caseum exponunt, quia *τρόφιμος* est magnus et *δεσπόσυνος*, ut *τρόφιμον ἀνδρὸς δεσπόσυνον*, quod nos dicimus *un maistre anneau.* Sic *τροφόεις* et *παχὺς* et *εὐτραφὴς*, quasi bene altus. Tamen quia sciam *τρόφαλιν* esse coagulatum caseum, et Hippocratem *τετραμμένον* usurpasse pro *πεπηγότα*, quin Atticos *τρέψαι* dixisse pro *πῆξαι*, acquiesco potius huic etymo, ut caseus *τροφαλὶς* dicatur *ἀπὸ τοῦ τρέπεσθαι* quam *τρέφεσθαι*. Nam Hippocrates scriberet *τεθραμμένον*, si a *τρέφω*. Sed *τρέπεσθαι* verius est, et nos vocamus *tourneure* illud coagulum. Itaque audebo cum bona venia, non dico grammaticorum, sed medicorum corrigere vel invertere locum Galeni in libello de dictionibus Hippocratis [p. 580. ed. Franz.], quum eum ait *τροφιῶδες* dictum, quia habet quaedam *ἐμφερόμενα πεπηγότα*, et esse *ἀπὸ τοῦ τρέφεσθαι*, audebo, inquam, reponere *τρέπεσθαι*. Nisi *τρέφειν* fuit antiquitus *τρέπειν*: certe eadem fuit, me iudice, originatio. Neque iam dubito ita fuisse, quum apud Theocritum in idyllio Herculis *λεοντοφόνου* legatur *τρέφε πίονα τυρὸν* i. e. *πῆξε. Fl. Chr.*

Σικελικήν. Sic scriptum est in A. ut legendum esse iam monuerant Orvillius ad Charit. p. 348. [411. ed. Lips.] Pierson. ad Moerin p. 221. Vulgo *Σικελὴν* metro reclamante, quia in hoc nomine prima semper corripitur, quae in illo longa est. Infra 897. in impressis etiam bene legitur *τὸν Σικελικόν*. Siculi autem ideo casei mentio fit, quia Laches hic innuitur, qui Praefectus classis in Siciliam missus fuerat Olymp. LXXXVIII. 2. *Brunck.* *Σικελικὴν* etiam Bentleius reposuit, qui monet vulgatam scripturam agnosci a Suida v. *τροφαλίς*.

871. *πρῶτον τἀδίκημα.* Primum, inquit, hoc cri-

γ) F. *τρυφαλίδα*, *frustum. Reisk.*

men deferam ad patrem iudicem. Sic videtur M. Tullius dixisse pro Ligario: novum crimen C. Caesar et ante hunc diem inauditum. Propinquus meus Q. Tubero ad te detulit. Sane eadem phrasis. *Fl. Chr.*

872. z) *εἰσακτέον.* Aeschylus in Eumenid. 585. in iudicio super Orestis matricidio: *ὑμῶν ὁ μῦθος· εἰσάγω δὲ τὴν δίκην. Bergl.*

873. (841. Br.) Scholia: *νῦν τὰ μὲν πρόσωπα τῶν κυνῶν ἐστί· τὰ δὲ πράγματα πολιτικά. Bergl.*

ἄτερος Atticis valet *ὁ ἕτερος.* Sic supra 138.

οὐ περιδραμεῖται σφῷν ταχέως δεῦρ' ἄτερος;

Sophocles Ai. 1109.

εἴτε μὴ σὺ φῂς,
εἴθ' ἄτερος στρατηγός.

Euripides Phoen. 1394.

εἰ δ' ὅμμ' ὑπερσχὸν ἴτυος ἄτερος μάθοι.

Idem Hercule Fur. 1407.

ζεῦγος δὲ φίλιον· ἄτερος δὲ δυστυχής.

Miror Heathium ad illum versum sic notantem: *Lege ὡ ̓τερος, i. e. ὁ ἕτερος.* Tam illi hac in re auscultandum est, quam quum in hoc Sophoclis Trach. versu, qui est, aut erit olim 1245.

δείλαιος, ὡς ἐς πολλὰ τἀπορεῖν ἔχω.

edicit scribendum esse *τὠπορεῖν.* Huius craseos pauca e millenis exempla protuli in fine notarum ad Nubes. — *φησὶν* — sic emendate scriptum in A. Male vulgo, titubante versu, *φησί. Brunck.*

874. *εἰσάγῃ γραφήν.* Si quis, ait, det actionem. Erat officium thesmothetarum iudicia constituere et actionem dare i. e. *εἰσάγειν τὰς δίκας. Fl. Chr.*

876. (840. K. 844. Br.) *τουτὶ τί ἐστι;* Sic excudi debuit: corrige typothetae errorem [qui *ταυτὶ* dedit]. *Brunck.*

χοιροκομεῖον. Vas fuit cannis textum, ubi saginabantur porci prope vestibulum. In Lysistrata paxillus est, ut ibi notavimus, et *κλοιὸς,* quod collarium dicitur, quia collo adnectitur fortassis ut canibus, ne

---

z) *παρὼν. παριὼν. Reisk.*

sepes et vitium ordines transvaricent. *Fl. Chr.* Cavea pro alendis porcellis. Haec iam erit instar cancellorum iudicii. *Bergl.* Vide ad Lys. 1073. *Brunck.*

878. (842. K.) *ἀφ' Ἑστίας ἀρχόμενος a).* Quia Philocleoni dixerunt, hucne sacrilegus venis, respondet proverbiali dicto, quod a Vesta monet initium facere vel Laribus, vel, ut Romana antiquitas dixit, Laterano deo. Nam in sacris libaminibus a Vesta fit principium, deinde ad ceteros deos transitur. Solebant autem veteres primitias Laribus dare. Qua de re fabulatus est Aristocritus in hunc modum. Quum repressa esset Titanum audacia et regnandi libido, victor, cui regna cesserunt, optionem fecit Vestae ut exploraret quid vellet, et capesseret secundum vota. At illa primum virginitatem poscit, deinde ut apud homines sibi omnium victimarum primitiae tribuantur. Huius proverbii etiam meminit Plato in Euthyphrone, quum ait, *ἀφ' Ἑστίας δοκεῖ μοι ἄρχεσθαι κακουργεῖν τὴν πόλιν* etc. et Plutarchus non semel, ut recensuit Erasmus in ipso proverbio, *ab ipso Lare. Fl. Chr.* Proverbium est *ἀφ' Ἑστίας ἄρχου*, sumtum a sacrificantibus, ut ait Scholiastes. Similis Comici loco est Platonis in Euthyphr. *ἀφ' Ἑστίας* etc. *Bergl.* Adludit ad proverbium *ab ipso Lare*, *ἀφ' Ἑστίας ἄρχου*, de quo videndus Scholiastes. *Brunck.*

879. *τιμᾶν βλέπω.* Necesse est ut *βλέπειν* hic sit positum pro *εἰδέναι*, ut saepe *ὁρῶ* est *ἐνθυμοῦμαι*, ut Latine dicimus, quantum quidem video, i. e. cogito. At vero *τὸ τιμᾶν* dixit pro colere et honorem dare, ita tamen ut alludat ad censuras et mulctas, quibus competit *τιμῆς* nomen. Haec nisi ita sunt, oportet hunc locum cubare in mendo. Fuit quum putarem *τὸ τιμᾶν* positum pro *τιμᾶεν* vel *τιμῆεν*, ut alibi memini dictum *τιμᾶντας* pro *τιμήεντας*, puto apud Theocritum. Quod autem ait *τὰς γραφὰς* Scholiastes putat dictas *ἀντὶ τοῦ γραφείου. Fl. Chr.* In Acharn. 375. *οὐδὲν βλέπουσιν ἄλλο, πλὴν ψήφῳ δακεῖν*, quod idem est: vide ibi notam. *Bergl.* „*τιμᾶν βλέπω.* Vet. *τὸ πᾶν θέλω.*“ *Scaliger.* Quis vetus ille liber liber sit, nescimus.

---

a) Vid. Friedemann. ad Strabonem T. VII. p. 218.

880. (848. Br.) *σανίδες b*) sunt tabellae, in quibus, postquam ex urnis calculos effuderant, eosque numerarant, si damnatorii plures essent, iudices longam illam lineam ducebant, de qua supra v. 106. quamque iudex noster ungue ducere solebat. At alii illam *stylo*, *ἐγκεντρίδι*, ducebant, ut docet Pollux, cuius locum protuli in nota ad v. 167. Simile quid post *σανίδας* inferri debuisse videtur. Quam bene autem Scholiastes vocem *γραφὰς* exponat *stylum*, alii dixerint: *γραφὰς δὲ νῦν, ἀντὶ τοῦ τὸ γραφεῖον, ἐν ᾧ ἔγραφον*. Nullibi, quod sciam, nomen *γραφὴ* ea significatione occurrit. Scripseratne *καὶ τὰ γραφία*, vel *τάς τε γραφίδας*? Nihil decerno: sed vulgatum, quod codd. fide retinui, minime probo. *Brunck.*

Merito ad verba *καὶ τὰς γραφὰς* adhaerebat Brunckius. Legendum puto *κεἴ τις γραφὶς*, intellecto *ἐστίν*: et si forte quis stylus est. Poterat enim nullus esse domi propterea quod eo non soleret uti senex, sed unguibus longam suam lineam ducere in tabula cerata. cf. 106 seqq. et quae nos ad 882. *Hotib.*

881. *τριψημερῶν*. Tanta iudicandi inerat libido, ut nullam moram ferat et diem absumi putet in horae momento. *τριψημερεῖν* Hesychius et *στρατεύεσθαι* exponit et *παρέλκειν τὰς ὥρας*, quod hic convenit. *Fl. Chr.*

882. *ἐγὼ δ' ἀλοκίζειν ἐδεόμην τὸ χωρίον c*). Unguibus puta styli vicem tabulas se oppleturum autumat. *τὸ χωρίον* apud Thucydidem est *τάξις*. Hesychius exponit *δοχεῖον*, quod hic convenit. Intelligit autem tabulas quas dixit *σανίδας*, et *ἀλοκίζειν τὸ χωρίον* est agrum sulcare et versum peragere, unde *βουστροφηδὸν γράφειν* dicuntur qui versu peracto regrediuntur, et *τριώλαξ ἀγὼν* cursus qui apud Lacedaemonas perficiebatur a virginibus, sic dictus a triplicito versu, quod video etiam monitum in Coniectaneis a Ios. Scaligero. Sane litterarum ductus et ordines in scribendo recte

---

b) Scholia: *σανίδας φησὶν, ἐν αἷς ἔγραφον τὴν μακρὰν καὶ τὴν βραχεῖαν τῆς δίκης· γραφὰς δὲ νῦν ἀντὶ τοῦ τὸ γραφεῖον, ἐν ᾧ ἔγραφον. Bergl.*

c) Fo. *τὸ κήριον. Bentl.*

ἄλοκες dicuntur, ut Theophrastus l. VII. histor. τὸ γραμμῶδες attribuit plantis quae ita sunt canaliculatae, ut videantur inesse γραμμαί. Fuit enim antiquitus γραμμὴ scalptura, ut docet magnus criticus, non scriptura: scribebant autem veteres stylo in ceris, ut recte γραφεῖον quod hic est *scalprum* vertere possimus. *Fl. Chr.* Hoc est: Ego enim sulcare poteram tabulam. Quid sulcare? fieri id potest ungue, potest stylo, potest alio quovis instrumento duriore; quonam igitur modo facere se dicit? Sentiens hanc difficultatem Brunckius vertit: Mihi sat erat ungue sulcos ducere in tabula. Recte, vir optime; sed unde habes illud ungue? Simili quodam opus tibi erat vel invento vel restituto apud Comicum. Atqui Iuntinae iunctim ἐγὼδ'. A vero non longe hoc aberit:

— — — τριψημερῶν,
Εἴ γ' ὧδ' ἀλοκίζειν ἐδεόμην τὸ χωρίον,

siquidem sic poteram sulcare tabulam. Δεικτικῶς significat id ipsum, de quo hic agitur, unguibus sulcare. *Hotib.*

884. ἐς *d*) κόρακας tantumdem hic valet, ac alibi saepius τὸ δεῖνα. *Brunck.*

887. (851. K.) ἀρυστίχους. Genus est parvi cyathi vel haustri ἀπὸ τοῦ ἀρύειν. Etiam dicebantur ἀρυστίδες vel ἀρυστῆρες: omnino erant κυλίσκοι parvi calices, utebanturque iis ad διαψήφισιν. Sic etiam vocabant pincernas et οἰνοχόους. Sed vasis illa species dicta etiam est ἔφηβος, ut apud Athenaeum censet Zenophanes in συγγενικῷ. Nam antiqui laetitiam convivialem vocabant ἥβην, proptereaque Homerus Heben facit diis vina ministrantem. *Fl. Chr.*

889. (857. Br.) δεόμεθα. Sic B. [et Bentl.] Vulgo δεόμεσθα. — κλεψύδρας. Quis clepsydrae usum ignorat in foro Attico. Vide Maussacum ad Harpocr. in διαμεμετρημένη ἡμέρα, et Valesium ad notas p. 108. Perperam hoc Florens accipit de fonte, cuius mentio in Lys. 915. sed totus est in describendo Scholiasta. *Brunck.*

---

d) Invern. edidit εἰς. Sed vide Reisig. I. p. 252.

κλεψύδρας. Fons erat in Attica dictus Clepsydra, aliter Empedo, ut diximus ad Lysistratam. Hic pro vase accipit: sed Philocleo peculium, ut arbitror, suum demonstrans, clepsydram vocat quia ὕδωρ, sed οὐρητικὸν κλέπτει, nisi sic matulam nominat quae ipsi praesto erat. Hoc nomine Eubulus comicus scortum habuit, quae Metiche proprio nomine dicebatur, dicta autem est clepsydra, quia ad clepsydram συνουσίαζεν, neque desinebat priusquam exinanita esset. Ceterum ἐπιχωρίως est hoc loco σκωπτικῶς et φλυάρως, quasi tale fuerit ingenium Atticum propter magnam cognitionem totius Hellenismi. *Fl. Chr.*

890. (858. Br.) ἠδὶ, nempe ἡ ἀμὶς, *matula*, quam ei filius adtulerat, supra 807. Scholiastes: μήποτε τὸ αἰδοῖον αὐτῷ δείκνυσιν ὁ πρεσβύτης, ὅτι οὐρεῖ ὡς ἡ κλεψύδρα. Longius hoc petitum videtur. *Brunck.* Vide supra v. 813. *Bergl.*

892. In Ranis 895. ἴθι νυν, λιβανωτὸν δεῦρό τις καὶ πῦρ δότω, ὅπως ἂν εὔξωμαι πρὸ τῶν σοφισμάτων. *Bergl.*

893. μυρρίνας. Myrteis coronis cingebantur Archontes, unde verbum factum μυρρινᾶν, quod est magistratum appetere: et Harmodius et Aristogiton tyrannum caesuri sub myrti frondibus gladium occuluerunt, quod et patet ex cantico, ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω, non aliam credo ob causam, nisi ut viderentur honorem, non caedem, adferre principi. *Fl. Chr.*

895. *e*) Hi rursus anapaesti perperam vulgo digesti sunt. *Brunck.* Brunckius versus ita digessit, ut monometer paroemiacum praecedat.

---

e) Iam sequitur periodus amoebaea (quid sit periodus docet Hephaestio, σύνθεσις nempe διαφόρων ποδῶν) tribuenda in tres partes usque ad proximam stropham ξυνεχόμεθα. Prioris periodi quatuor sunt versus anapaestici (prior est trimeter acatal. secundus et tertius dimetri acatal. quartus item dimeter sed catal. vel ἑφθημιμερὴς vel paroemiacus, facitque coronidem), post quos sequitur trimeter iambicus. Secundae periodi sex sunt versus, primus trimeter iambicus, secundus ἑφθημιμερὴς et similis anacreontico, tres sequentes dimetri iambici acatal. (quamvis pro iambo anapaestum habes in παυσαμένοισι) sextus πενθημιμερής. Tertia periodus incipiens ὦ δέσποτ' ἄναξ decem constat versi-

899. *ξυνέβητον*. Elmsleius ad Acharn. p. 196. scribit *ξυνεβήτην*.

900. *f*) Opponuntur versus 919. — 925. versibus 900. — 905. quos antiquis exemplaribus, imprimisque Ravennate confirmati, corrigimus hoc modo:

---

bus sive *κώλοις*, quorum quatuor priores sunt tetrametri anapaestici catal. qui et Aristophanici dicuntur, quintus et sextus trimetri acatal. septimus et octavus dimetri acatal. nonus monometer vel pes anapaesticus, qui et vocatur *παρατέλευτος*, decimus dimeter catal. qui et coronis, post quam signa duo habes postica et antica, quae vocant *διπλᾶς ἔσω νενευκνίας* aut *βλεπούσας*, de quibus minutiis et cui olim erant usui, legendus idem doctiss. Hephaestio, magistellorum *δοκησισόφων* manibus non terendus. *Fl. Chr.*

f) 901 — 906, 919 — 925. Sublatis interpretamentis, metra pessumdantibus, haec ita legas velim:

Ὦ Φοῖβε Πύθι, ἐπ' ἀγαθῇ
Τύχῃ τὸ πρᾶγμ', ὃ μηχανᾶ-
τ' ἔμπροσθεν οὗτος τῶν θυρῶν,
Ἅπασιν ἡμιν ἁρμόσαι,
Ὡς παυσαμένοισι τῶν πλάνων!
Ἰήϊε Παιάν!

Ἐπάδομεν ἐν ἀρχαῖς νέαις,
Ἕνεκά γε τῶν προλελεγμένων·
Εὔνοι γάρ ἐσμεν, ἐξότου
Τὸν δῆμον ἡσθόμεσθά σου
Φιλοῦντος ὡς οὐδεὶς ἀνὴρ
Τῶν γενναιοτέρων.

Versus iambici praeter strophae utriusque ultimum, qui est antidasius hypercatalectus. Pariter in *Παιάν* atque in *γενναιοτέρων* corripitur diphthongus, de quo loco egi ad 275, 6. Pessime autem vulgatae extremo versu *τῶν νῦν γε σοῦ νεωτέρων*. Emendata lectio debetur Ravennati. *Hotib.*

869 et sqq. *στροφή.*
ὦ Φοῖβ' Ἀπόλλων κλῦθι, κἀ-
πὶ τἀγαθῇ τύχῃ
τόδε τὸ πρᾶγμ', ὅ γε μηχανᾶτ'
ἔμπροσθεν οὗτος τῶν θυρῶν,
ἅπασιν ἡμῖν ἁρμόσει-
ας παυσαμένοισι τῶν πλάνων,
Ἰήϊε παιάν.

885 et sqq. *ἀντιστροφή.*
ξυνεγχόμεσθα, κἀπᾴδομεν
σέ γ' ἐσχάραις νέαις
ἕνεκα τῶν προλελεγμένων.

εὐφημία μὲν πρῶτα νῦν ὑπαρχέτω. —
ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον Πύθι, ἐπ' ἀγαθῇ τύχῃ
τὸ πρᾶγμ', ὃ μηχανᾶται
ἔμπροσθεν οὗτος τῶν θυρῶν,
ἅπασιν ἡμῖν ἁρμόσαι,
παυσαμένοις πλάνων.

antistropham:

ταὐτὰ ξυνευχόμεσθα σοὶ καπάδομεν
νέαις ἐν ἀρχαῖς, ἕνεκά γ' εὖ προλελεγμένων.
εὔνοι γὰρ ἐσμὲν ἐξ οὗ
τὸν δῆμον ἡσθόμεσθά σου
φιλοῦντος, ὡς οὐδεὶς ἀνὴρ
τῶν γε νεωτέρων.

Reisig. I. p. 39 sq.

906. *Ἰήϊε Παιάν* g). Paeanem hymnum canunt tanquam defuncti periculo et malo imminenti liberati: hinc *παιανίζειν* cum laetitia acclamare. Diximus alibi ab infante Apolline Paeanis originem fuisse. Quum enim ipse Apollo dictus Paean serpentem Pythonem sagittis confixurus esset, qui spectabant addebant animos hoc celeumate *ἴει παιὰν*, et inde iambici versus origo. *Fl. Chr.*

907. (870. K. 875. Br.) *γεῖτον Ἀγυιεῦ.* In vestibu-

εὔνοι γὰρ ἐσμὲν, ἐξότου
τὸν δῆμον ἡσθόμεσθά σου
φιλοῦντος, ὡς τῶν νῦν γ' ἀνὴρ
γενναιότατ' οὐδείς.

Haec quoque carmina antistrophica esse vidit Hotibius, et post eum Reisig. p. 39. Sed neuter rem acu tetigit. In strophae v. 1. dedi *κλῦθι* pro *πύθι*. Etenim abundat nomen; at verbum modo non efflagitatur. V. 3. Vulgo absunt *δὲ* et *τό*: mox *γε* huc retuli ex antithetico post *ἕνεκα*. V. 5. Vulgo *ἁρμόσαι ὡς*. Inde erui *ἁρμόσειας*. In antistrophae v. 2. Vulgo *σοίγ' ἐν νέαισιν ἀρχαῖς*. At *ἐσχάραις νέαις* bene convenit cum *τελετὴν καινὴν* in 876. V. 6. Vulgo *ὡς οὐδεὶς ἀνὴρ τῶν νῦν γε σοῦ νεωτέρων*. At Schol. *τῶν συνετωτέρων* et *γενναιοτέρων* pro var. lect. quam in textu habet Rav. Meam coniecturam aliquatenus tuetur Pac. 773. *Γενναιοτάτου τῶν ποιητῶν* adiuncto Ran. 1254. *Ἀνδρὶ τῷ πολὺ πλεῖστα δὴ καὶ κάλλιστα μέλη ποιήσαντι τῶν ἔτι νυνί*. *G. Burges* in Classical Iournal Nr. XXXI. p. 36 sq.

g) Conf. Elmsl. ad Acharn. p. 298.

lis aedium columnas statuebant obeliscatas et κωνοειδεῖς in honorem Apollinis, quem ideo colebant in ea domus parte, quia deus est averruncus et ἀλεξίκακος. Itaque delubrum illud sive ara columnata, quae pro foribus αὐλείαις erat, dicebatur ἀγυιεύς, imo ipse sic deus indigitabatur, ut habes apud Horatium laevis Agyeu (non enim placet quod quidam reponunt Agylleu). Originem vocis grammatici arcessunt a vicis et angiportubus, (quos ἀγυιὰς vocant, ut Troia dicitur εὐρυάγυια) quia illic erigi et coli solebat Apollo. ἀγυιὰς autem dictas putant ἀπὸ τοῦ ἄγειν, quia per eas aguntur τὰ γυῖα i. e. membra, quod etymon praeter Hesychium etiam Eustathius probat in l. II. Il. [p. 166.] et addit indidem dici ἀγῶνα et ἀγοράν. Quin Hesychius ἄγειν esse φοιτᾶν et ἔρχεσθαι probat ex Homeri loco Λαοδίκην ἐσάγουσα. Hoc veriloquium mihi videtur φορτικώτερον, praesertim quod non tam in vicis et plateis statuebatur Apollo, quam in cuiusque aedium liminibus. Sed quum τὸν ἀγυιέα apud Suidam videam exponi τὸν ὁλόκληρον, quod idem videtur esse atque τὸν ὑγιέα vel ὑγιῆ, eo labor ut existimem, qua ratione dicta ipsius soror Artemis, quia ἀρτεμέοντας facit, i. e. γυαλκεῖς et ὁλοκλήρους, eadem dictum Apollinem fratrem ἀγυέα i. e. alios reddens ὑγιεῖς. Nam propterea Paeon dicitur. Ceterum in hoc versu metrum suadet ut legamus πρὸ πυλάων, non πρὸς πύλας. et paulo post τουτὶ τὸ λίαν [τὸ in ed. Ph. Iuntae exciderat], ut etiam video repositum in Veneta edit. etsi scio τὸ λίαν aliquando primam producere. Addam etiam ad superiora de Apolline Agyeo versus Sophoclis (ex qua fabula certum nescio, certe non ex iis quae supersunt), quibus aram illam vocat ἀγυιέα. Hi vero sunt, sed correctiores quam apud Scholiastam: λάμπει δ' ἀγυιεὺς βωμὸς ἀλμίζων (lege ἀτμίζων, error ortus ex inverso τ) πυρὶ σμύρνης σταλαγμοὺς βαρβάρους εὐοσμίας. i. e. lucetque Agyeus ara, quae stactas boni odoris urit suffiente murmure. Pherecrates vero in Κραπατάλλοις (pisciculi sunt: quanquam etiam stultus sit κραπάταλλος, auctore Hesychio) Apollinem Agyeum vocat hoc versu, ὦ δέσποτ' Ἀγυιεῦ, ταῦτα σὺ μέμνησό μου. i. e. o rex Agyeu, sis mei hactenus memor. *Fl. Chr.* Cogno-

men Apollinis est Ἀγυιεύς *h*). Euripides in Phoeniss. 634. καὶ σὺ Φοῖβ' ἄναξ Ἀγυιεῦ, καὶ μέλαθρα χαίρετε. Dicitur autem sic ab ἀγυιὰ, *via urbana*. Macrobius Saturnal. I. 9. idem Apollo apud illos et Ἀγυιεὺς nuncupatur, quasi viis praepositus urbanis: illi enim vias, quae intra pomoeria sunt, ἀγυιὰς appellant. Hunc Macrobii locum citavit doctiss. Stanleius ad Aeschyli Agam. 1090. Vide ad Aves 1233. *Bergl.*

In fine huius versus duas voces addunt libri omnes, πρὸς πύλας *i*). Spurias illas esse, sola metri ratio evincit. Illatae autem videntur in locum genuinae vocis, cui olim interpretamenti vice superscriptae fuerunt. Nam nullus dubito, quin hic versus iuxta sequentes tetrameter esse debeat. Scripserat forte Comicus [quod etiam Bentl. coniecit]:

ὦ δέσποτ' ἄναξ, γείτον Ἀγυιεῦ, τοῦ μοῦ προθύρου
Προπύλαιε.

In arcis introitu Mercurii statua erat a Socrate facta; Mercuriusque ille Προπύλαιος appellabatur. Plautus Bacch. II. 1. 3.

Saluto te, vicine Apollo, qui aedibus
propinquus nostris accolis, veneroque te.

Ad illud Προπύλαιε glossa erat πρὸς πύλας ἱδρυμένε. Hinc lectionis depravatio. *Brunck.* Undecunque veniant spuriae voces πρὸς πύλας, perspicio iam nihil omnino hic deesse. Sed perperam distincti sunt hi versus, quos in posterum sic excudi velim:

ὦ δέσποτ' ἄναξ, γείτον Ἀγυιεῦ
τοῦ μοῦ προθύρου,
δέξαι τελετὴν καινὴν, ὦ ναξ, ἣν τῷ πατρὶ καινοτομοῦμεν·
παῦσόν τ' αὐτοῦ τουτὶ τὸ λίαν στρυφνὸν καὶ πρίνινον ἦθος,
ἀντὶ σιραίου, μέλιτος σμικρὸν τῷ θυμιδίῳ παραμίξας·
ἤδη δ' εἶναι τοῖς ἀνθρώποις
ἥπιον αὐτὸν,
τοὺς φεύγοντάς τ' ἐλεεῖν μᾶλλον
τῶν γραψαμένων,

---

h) Conf. Sluiteri Lection. Andocid. p. 48.

i) πρὸς πύλαις coniicit *Reisk.*

καπιδακρύειν —
Brunck. in Supplem.

909. (877. Br.) Recte Elmsleius ad Euripidis Medeam p. 222. correxit *τοῦτο τὸ λίαν.*

στρυφνὸν ἦθος, rigidos mores. De significatione nominis *στρυφνὸς* vide Ruhnkenium in aureolo commentario ad Timaei Lexicon p. 169. [237.]. *Brunck.* Conf. supra p. 74.

πρίνινον ἦθος. Sic *πρινώδης θυμὸς* supra v. 382. *Bergl.*

910. (873. K. 878. Br.) *σιραίου k).* Galenus apud Hippocratem exponit *τὸ σίραιον, γλυκὺ ἕψημα.* At Paulus ait esse ficorum decoctum cum defruto, quod *σίκυον* vocat divinus magister Hippocrates. Cum Paulo consentit Hesychius, qui ait: *τὸ ἀπὸ σταφίδος ἑψημένον. Fl. Chr.* Scholia: *μὴ σίραιον, ἀλλὰ μέλι παραμίξας. σίραιον δὲ τὸ ἑψημένον γλεῦκος, βραχὺ δ' ἔχον παράπικρον ὅτε καθεψηθῇ.* Plinius l. XIV. 9. siraeum — vocamus. Locum Plinii citavit Kuhnius ad Pollucem VI. 16. *Bergl.* Verti debuit *pro sapa.* Diversum est enim quod Latini *defrutum* appellabant. Plinius T. I. p. 719. Siraeum, quod alii hepsema, nostri *sapam* appellant, ingenii, non naturae opus est, musto usque ad tertiam partem mensurae decocto: quod ubi factum ad dimidiam est, *defrutum* vocamus. *Brunck.*

μέλιτος — παραμίξας. Eadem fere sententia verbis magis propriis in Pace 996. *μίξον δ' ἡμᾶς — φιλίας χυλῷ, καὶ ξυγγνώμῃ τινὶ πρωτέρᾳ τὸν νοῦν κέρασον. Bergl. μικρὸν* pro *σμικρὸν* tacite Invern.

918. (879. K.) *τὴν ἀκαλήφην ἀφελέσθαι.* Id est asperum et mordax, sumta translatione ab urtica, quae *κνίδη* dicitur et quae admota corpori pruriginem inducit. Sic autem urticam vocavit Crates in Phoenissis, puta quia non belle tangitur. Hinc piscis marinus (si tamen piscis et non potius maris *ἔκτρωμα*)

---

k) *ἀντὶ σιραίου* videtur in unam vocem colliquandum et emendandum esse; qui autem, non video. Si mihi de meile Anticyrano constaret, *Ἀντικυραίου* legerem. *Reisk.*

ἀκαλήφη dicitur, quia vim habet mordacem et pruritum ingenerantem. Sed et eo nomine avem nominant. *Fl. Chr.* Fac demat ab ira asperitatem et mordacitatem. Est metonymia subiecti pro adiuncto, ut loquuntur. Vult autem dicere: *ne tam graves iras gerat.* Idem fere propriis verbis dicit Thucydides l. II. ἀπαγαγὼν τὸ ὀργιζόμενον τῆς γνώμης, πρὸς τὸ ἠπιώτερον καὶ ἀδεέστερον καταστῆσαι (ἐβούλετο). *Bergl.*

925. ἦσθόμεσθα. Sic recte scriptum in A. ut metri ratio flagitat. Perperam vulgo ἤσθόμεθα. *Brunck.* Correxerunt iam Scaliger et Bentleius.

925. τῶν νῦν γε σοῦ νεωτέρων *l*). Scholiastes duas lectiones affert γενναιοτέρων et συνετωτέρων, neutram metro dimetro iambico commodam, ac existimo mendum cubare in posteriore, et potius συννεωτέρων legendum. Sed et paullo ante malim ἦσθόμεσθα quam ἤσθόμεθα. *Fl. Chr.*

926. Scribe θύρασιν. Vid. Elmslei. ad Euripidis Medeam p. 157.

927. ἡνίκ' ἂν λέγωσιν. Antiqui moris fuit priusquam constituerentur oratores, qui causas dicerent, ut iudices a praeconibus cierentur. Sed postquam causidicorum usus fuit, ubi litem aliquam contestari coeperunt, non licebat iudici tardius venienti hora condicta ingredi consessum. Itaque ait, si quis adhuc in limine est iudex (sic enim ἡλιαστὴν vocat a magno δικαστηρίῳ Heliaea), ingreditor. Nam si causam coeperint dicere actores, neminem admittemus. *Fl. Chr.*

εἰσφρήσομεν. Euripides in Troad. 646. εἴσω τε μελάθρων κομφὰ θηλειῶν ἔπη οὐκ εἰσεφρούμην. Vide supra ad 125. Ceterum pro more in concionibus recepto denunciat haec apud Comicum Bdelycleo tanquam praeco. *Bergl.*

928. τίς ἆρ' ὁ φεύγων. Videbat fortassis canem fugientem, et tamen ludit ad nomen φεύγοντος, quod tribuitur proprie reo. At ἁλώσεται pariter recte de fu-

---

l) τῶν γενναιοτέρων, ex cod. Rav. repositum, habet etiam liber Victorianus in Actis Monac. I. 3. p. 388.

giente dicitur, ut dicat: etiam fugiens apprehendetur, quo modo dixit Simonides ὁ θάνατος ἐκιχε καὶ τὸν φυγομάχον, quod Horatius vertit: mors fugacem persequitur virum. Tamen innuit condemnatum iri. Nam ἁλίσκεσθαι est καταδικάζεσθαι. *Fl. Chr.*

ὅσον m) ἁλώσεται. Quasi dicat, ut cum Comico loquar ex Plut. 480., τί δῆτα αὐτῷ τίμημα ἐπιγράψεις τῇ δίκῃ ἐάν γ' ἁλῷ; Hunc esse sensum, quum Philocleo ad servum dicit ὅσον ἁλώσεται, apparet ex servi responsione v. 892. τίμημα κλοιὸς σύκινος. *Bergl.*

929. (894. Br.) ἀκούετ' ἤδη τῆς γραφῆς. ἐγράψατο. Vulgo τῆς γραφῆς, ἧς ἐγράψατο, syllaba extra numerum excurrente: cui malo remedium adferre voluit librarius in A. scribendo ἧς γράψατο. Sed illud ἧς plane delendum erat, quod nemo non videre poterat, et perite ostendit Dawesius [p. 273. Delevit etiam Bentl.]. Erat olim in v. 907. ubi a nobis repositum fuit: inde male huc a librario retractum fuit. *Brunck.*

930. (890. K.) κύων Κυδαθηναιεύς. Tanquam homines accuset loquitur, atque adeo qua solebant formula accusationem instituere, ut videre est apud rhetorum scripta, praecipue oratoris Demosthenis. Sed et notandum est innui per hos canes viros, quos salse perstringit. Ut prius diximus de Labete, innui Lachetem mutata littera, sic hoc loco ludit in nomine canis: nam vir fuit quem vocabant Canem Cydatheneum, quia ex Cydatheno fuit populo tribus Pandionidis: unde et fuit Nicochares comicus. *Fl. Chr.*

Λάβητ'. Vide ad v. 832. *Bergl.*

Αἰξωνέα. Aexona populus fuit propter urbem ex Cecropide tribu. Aliter dicebatur Ἄλαι Αἰξωνίδες: nam etiam erant Ἄλαι Ἀραφηνίδες, de quibus loquitur Callimachus hymno in Dianam, ubi emendanda Graeca scholia, quae habent ἀλαὶ Ζωνίδες, quum sit legendum Αἰξωνίδες. Erat autem etiam Aexonia urbs Magnesiae, teste Stephano. Sed Alae Aexonides populum habebant βλάσφημον et συκοφάντην, ut notat idem gen-

m) ὅσον ἁλώσεται. *quanta multa causa cadet? Reisk.*

tilis scriptor, additque inde verbum factum *αἰξωνεύεσθαι* pro *κατηγορεῖν*. Suspicor tamen melius legi posse *κακηγορεῖν*, neque aliter fortassis scripserit Stephanus. *Fl. Chr.* V. Ruhnken. ad Timaeum p. 15.

931. *κατήσθιε*. Supra 838. *κατεδήδοκε*. *Brunck.*

932. (892. K.) *τὸν Σικελικόν*. Caseus e Sicilia erat in pretio. Antiphanes apud Athenaeum I. p. 27. *τυρὸς Σικελὸς, μύρον ἐξ Ἀθηνῶν, ἐγχέλεις Βοιώτιαι*. Sed non tantum propterea meminit Aristophanes Siculi casei; verum etiam quia Laches, qui hic sub Labetis canis nomine latet, in rebus a se circa Siciliam gestis fraude aliqua fuit usus, ut quosdam sentire ait Scholiastes. *Bergl.*

κλωὸς σύκινος. Attice pro *κλοιός*. Est autem *δεσμὸς περιτραχήλιος*, quod collarium dicitur, quo canes vinciuntur in agris. Alii vocant *καλοιὸν*, ut a ligno videatur dictum: est enim *ξύλινος*, quamvis apud Plutarchum legatur *κλοιὸς σιδηροῦς*. In sexto libro Anthologiae habes de cane picto, *κλοιὸν ἔχων πέλας ἦλθε*. Dixit autem hic *σύκινον*, ut ait Scholiastes, propter ligni brevitatem. Sed fortassis quia fumum facit *δριμύτατον*, ut prius [v. 145.] dixit Philocleo. *Fl. Chr.*

933. *θάνατος κύνειος*. Poenae aestimationem quam ille fecerat boiae ficulneae, quae pro numella esset, Philocleo durus et immitis iudex mutari vult in mortis caninae mulctam. Natura autem canis, ut et felis, ea est ut multis plagis affectus ille vix tamen conficiatur, sed sit *δυσθανατῶν*. *Fl. Chr.*

935. *ὦ μιαρὸς n) οὗτος*. Legerem *ὡς μιαρὸς* etc. Est autem *κλέπτον* pro *κλεπτικόν*: sed Attici gravi accentu enuntiant, ut scripsit Irenaeus (quem Latini Pacatum dicunt), puta in libris *Ἀττικῆς συνηθείας περὶ λέξεως καὶ προσῳδίας*, aut potius in libro de nominibus Atticis: difficilis enim coniectura ubi perierunt libri et ex scriptorum relatione iudicandum. Proprie vero *σεσηρέναι* de canibus dicitur restricto ore ringentibus, alias est renidere et ridere. *Fl. Chr.*

---

n) *ὁ μιαρὸς*, ut v. 909. deinde leg. *κλέπτην*. *Reisk.*

κλέπτον βλέπει. Scholia: ἀντὶ τοῦ κλεπτικόν. Saepe ita loquuntur, quia ex vultu fere ingenium, mores atque affectus hominum cognoscuntur. Sic v. g. γλίσχρον βλέπειν. Euphron comicus apud Athenaeum IX. p. 377. καὶ γὰρ αὐτὸς οὑτοσὶ προσέρχεθ' ὁ γέρων. ὡς δὲ καὶ γλίσχρον βλέπει. *Bergl.*

937. ποῦ δ' οὐδιώκων o). Sic recte accusator vocatur, quia reus ὁ φεύγων. Verba integra Scholiastes ait esse ποῦ δὲ ὁ διώκων, et addit articulum ὁ saepe produci. Si ita est, ergo legendum ποῦ δ' ὁ, ut sit spondeus, neque necesse est addito ypsilῳ. Deinde exemplo utitur ex Eupolidis Capris, τὴν πανδοκεύτριαν γὰρ ἀνὴρ ὁ γλήμων ἔχει· admodum infirmo, quum articulus ὁ facile producatur propter sequentes consonantes, sive versus est trochaicus, sive iambicus. Certe raro et licenter (aliquando apud Homerum) vocalis brevis producitur ante simplicem consonantem, nisi sit ea liquida, ut in μέλος. Itaque nisi ὁ διώκων ex diametro responderet τῷ φεύγοντι, legerem ποῦ δ' οὐκδιώκων p), pro ποῦ δ' ὁ ἐκδιώκων. Tamen ἐπέχω et assensionem cohiberi volo in meis sive opinionibus sive coniecturis. *Fl. Chr.* ποῦ δ' ὁ διώκων, ὁ Κυδαθηναιεὺς κύων; Laborat primus versus. Iuntinae ποῦ δ' ὁὐδιώκων, quod fuerit ποῦ δ' οὖν ὁ διώκων. Sic certe rescribendum puto. *Hotib.* Toupius in appendicula notar. in Theocrit. p. 56. (T. II. p. 472. ed. Heindorf.) scribit: ποῦ δ' ἔσθ' ὁ διώκων —.

938. πάρεστιν ἕτερος. Ex Scholiasta coniicere licet haec loqui patrem Philocleonem, non filium Bdelycleonem. Hoc si ita est, at persona Bdelycleonis praefigenda istis ἀγαθός γ' ὑλακτεῖν. Est autem αὖ αὖ imitatio fictitia latrantis canis. *Fl. Chr.*

939. διαλείχειν τὰς χύτρας. In Equit. 1031. νύκτωρ τὰς λοπάδας καὶ τὰς νήσους διαλείχων. *Bergl.*

940. σίγα, κάθιζε. Ut in Acharn. 123. ibid. 57. aliter κάθησο, σίγα. *Bergl.*

---

o) Aut ποῦ δὲ ὁ (integra voce δὲ) aut ποῦ δ' αὖ ὁ. *Reisk.*

p) Sic etiam Bentleius.

941. *τήνδ'*. Nempe *τὴν φακῆν*. Supra 817. *Bergl.*

942. (907. Br.) *ἧς ἐγραψάμην*. Vulgo *ἣν*. In A. superscriptum σ, quo melior nostra lectio indicatur. Vide ad Thesm. 835. Pl. 1128. In Conc. v. 665. *ἀπὸ τῆς μάζης, ἧς σιτεῖται*. Av. 271.

οὗτος οὐ τῶν ἡθάδων τῶνδ', ὧν ὁρᾷθ' ὑμεῖς ἀεί.

Brunck. Conf. Lobeck. ad Sophoclis Aiac. p. 297.

944. (904. K.) *ῥυππαπαῖ*. Intelligit gentem nauticam per hanc interiectionem acclamantis vocis, qua utuntur nautae, qui remiges urgent aut hortantur: celeusma dicitur. Ficta autem vox e sordibus: nam in nauticis rebus *ῥύπος* vel *γλοιὸς* (oleae sunt strigmenta) visitur et olfacitur. Apud Hesychium legitur *ῥυπάπται*, quod si rectum est, a sordium tactu originem ducit, hoc autem loco propter metrum amittit litteram cruciariam. Sed suspicor mendosam Hesychii scripturam, legendumque *ῥυππαπαῖ*. Haec autem Aristophanes Lachetis perstringendi causa addidit, qui navalem exercitum damno fortassis affecit et male habuit, victum necessarium non suppeditans, sed eum fraudans et sibi parcens. Ceterum nautae et remiges libenter caseo vescuntur. *Fl. Chr.* Scholia: *τὸ ναυτικόν*. Est autem *ῥυππαπαὶ* celeusma nauticum. In Ran. 1105. *ῥυππαπαῖ*. *Bergl.*

946. *κατεσικέλιζε*. Diximus antea *σικελίζειν* esse *ὀμφακίζειν* et *αὐστηρεύεσθαι*: hic nihil aliud est quam deglutire et vorare more Siculo. Nam de caseo quaestio est, et multos fert Sicilia *πολυθρέμμων*, quae sita est velut in angulo et parte occidentis. Propterea dicit *εἰς τὴν γωνίαν*, et *ἐν τῷ σκότῳ*, ut solent canes. Sed interea Lachetem innuit in Sicilia imperatorem, sed furem et *νοσφιστήν*. *Fl. Chr.* Verbum ex occasione natum, quia de caseo Siculo loquitur. *Bergl.*

948. *ἐνήρυγεν*. Infra 1146. *ὡς θερμὸν ἡ μιαρά τί μου κατήρυγεν*. *Bergl.*

949. *q*) (914. Br.) *κοὐ μετέδωκ'* — Insulsissime

---

q) Est thesmothetae, aut potius *τοῦ θεράποντος*, servi, canem accusantis: nisi pro persona *ΘΕ.* substituenda sit persona Cydathenaei, canis ipsius, ut v. 922. *Reisk.*

vulgo Philocleoni continuantur haec verba, quae manifesto sunt caussidici pro cane accusatore loquentis. *Brunck.* Cani tribuuntur in Scaligeri Excerptis.

950. 951. In his duobus versibus non satis mihi liquet. Quorsum enim se canem vocet, nescio. Fortassis autem *ὡς* pro *τῷ* legendum: deinde *δυνήσεται* non placet, nisi quia videtur pro *βουλήσεται* positum, aut mutandum in *δὴν ἥσεται* i. e. diu gaudebit bene mereri de vobis. Exspecto felicius ingenium, quod me doceat. *Fl. Chr.*

951. (916. Br.) Operarum errore, aut nescio qua mea negligentia, excusum fuit *προβάλλοι*, contra constructionis legem, et librorum omnium fidem, quod sane nolui. Reponendum *προβάλλῃ*. *Brunck.* in Supplem.

952. *οὐδὲ τῷ κοινῷ γέ μοι.* Ex Scholiasta apparet personas hic esse confusas et *ἀσυστάτους*, putatque ubi nos thesmothetam intelligimus, illic loqui *τὸν θεράποντα.* Quod et ego suspicor, sed ita ut *θεράπων* agat personam thesmothetae. Dixit autem *τῷ κοινῷ*, ait idem Scholiastes, pro *τῷ κοινωνῷ*, vel intelligit *οὐδὲ μέχρι κοινοῦ λόγου*, quia postea vocat *μονοφάγον*. *Fl. Chr.*

953. *θερμὸς γὰρ ἀνήρ.* Et haec probant de Lachete innui quod ad Labetem refert, quum ait tanquam de homine *ἀνήρ.* Haec autem dum loquitur, explorat coctaene sint lentes, quas quum calidiores reperisset, ille enim, inquit, non minus est calidus (i. e. audax) quam lens ista. *Fl. Chr.* Oppianus III. 270. *Bergl.*

955. *πρὶν ἄν γ' ἀκούσῃς ἀμφοτέρων.* Supra v. 753. *πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς, οὐκ ἂν δικάσαις*, ubi vide notam. *Bergl.*

956. *μονοφαγίστατος.* Amipsias comicus apud Athenaeum I. p. 8. *ἔρρ' ἐς κόρακας, μονοφάγε καὶ τοιχωρύχε.* *Bergl.*

957. *αὖ* vim non habet: reponendum censeo *ὡς ὄντ' ἂν πολὺ κυνῶν ἁπάντων ἄνδρα μονοφαγίστατον*: quia solet esse canum omnium vir voracissimus. *Hotib.*

959. (919. K.) *τὴν θυείαν ἐν κύκλῳ.* Quia in mortariis caseus terebatur cum herbis, ut vel moretum

vel aliud quod intritum fieret. Erant autem mortaria rotunda. In Irena sic vocat θυείαν (est autem ἴγδις), in qua urbes terere debet Bellum, imo et ipsam Siciliam, quam hoc loco innuit per θυείαν ἐν κύκλῳ, quia rotunda est propter insulas inter quas (saltem Plotas Aeolidas) Strongylam habes. *Fl. Chr.* Ita παρ' ὑπόνοιαν pro τὴν Σικελίαν, ut notat Scholiastes, quia, ut recte Florens, in mortariis caseus terebatur cum herbis, ut vel moretum vel aliud quod intritum fieret. *Bergl.*

960. (925. Br.) τὸ σκίῤῥον. Sic dicitur casei superficies durior et sordidior atque adeo pinguior. Usus est Eupolis in Aureo seculo, τροφαλὶς βοδίζει σκίῤῥον ἡμφιεσμένη. Hinc autem innuit Lachetem illum ducem in Siciliam profectum urbes corrosisse et spoliasse. *Fl. Chr.* τὸ σκίῤῥον, τὸ ῥυπῶδες τὸ ἐπὶ τῷ τυρῷ. τὸ σκληρόν. In binis codd. scriptum τὸ σκῖρον. At Suidas, qui hunc locum protulit in nota cuius partem excerpsi, legebat τὸν σκίῤῥον, quod verum esse puto *r*). Idem paulo post: σκίῤῥος, ὁ γύψος. Idem nomen ὁ σκίῤῥος et *crustam casei*, et *gypsum* notat; qua ex ambiguitate petitus lusus in seq. versu. Vide Hesychii interpretes ad glossam σκιρεῖται. Faceta est accusatio, cuius acumen in eo consistit, quod crimina cani obiecta fere omnia in Lachetem cadunt, quem respicit Comicus, ut supra observatum fuit. *Brunck.*

961. ἐμοὶ δέ γ' οὐκ ἔστ'. Quum alter de σκίῤῥῳ, crusta caseorum, loqueretur, iste putat eum περὶ τῆς σκιῤῥάδος γῆς esse locutum. Scholiastes: ὅτι λέγεται καὶ γῆ σκιῤῥὰς, λευκή τις ὡς γύψος. Mox Scholiastes illam σκιῤῥάδα vocat λατύπην, et locum sic exponit: ἐμοὶ δέ γε οὐκ ἔστιν, οἷον οὐκέτι ἔχω οὐδὲ ἐπιπλάσαι τὴν ὑδρίαν ἐκ τῆς λατύπης, ἀλλὰ πᾶσα ἀνάλωται. *Bergl.*

ὑδρίαν. Ludit in voce σκίῤῥου: nam terra alba, Cimolia puta vel gypsus, dicitur σκίῤῥα, unde Minerva σκιῤῥὰς, quia ex alba illa terra fingebatur, et festum in illius honorem dictum σκιῤῥοφόρια, ubi ramos cum gypso ferebant, dederuntque Maio mensi illud no-

---

r) Praefert etiam Schneiderus in Lexico.

men, quia tempus illud excitandis aedificiis sit opportunum. Sunt qui σκίῤῥους vocent τὴν λατύπην, lapidum praecipueque marmoris ramenta et stricturas, a qua duritie morbus ille hepaticus dictus scirrus, et Graeci quae tenacius inhaerent et in duritiem incrustantur, dicunt ἐνεσκιῤῥῶσθαι. Est autem hydria vas aquale (urceum vocant), unde proverbium ἐπὶ θύραις ὑδρίαν ab Aristotele laudatum, cuius usum varie exponunt, sed arbitror ibi positam, ut promtius a servis et ministris caperetur. Nam lixae ὑδριαφόροι, imo etiam Athenis μέτοικοι sic dicti, qui etiam in pompis erant σκαφηφόροι, ut diximus ad Lysistratam. Hoc loco non dubitem affirmare Philocleonem per hydriam intelligere cadum, in quem sortes mittebantur a iudicibus. *Fl. Chr.*

962. οὐ γάρ. Scholia: ἀντὶ τοῦ, εἰς οἶκος οὐ δύναται τρέφειν τοὺς δύο κύνας· εἴρηται δὲ παρὰ τὴν παροιμίαν· μία λόχμη δύο ἐριθάκους οὐ τρέφει. *Bergl.*

963. (928. Br.) μία λόχμη κλέπτα δύω. Saltum, qui λόχμη est, dixit pro domo, alludens ad vetus proverbium μία λόχμη οὐ τρέφει δύο ἐριθάκους. Nam erithacus avis est μονήρης et μονότροπος, quae saltus et deserta colit, dicta a colore rubro propter pectus et collum (male confunditur a quibusdam cum phaenicuro auctoritate Plinii et Aristotelis non intellecti). Alciatus hoc proverbio insertam quandam sic clausit, una arbor geminos non alit erithacos, ubi duplex est peccatum, unum λέξεως, alterum προσῳδίας. Nam λόχμη non est arbor, saltus et sylva potius. Erithacus autem non potest primam producere. Dicitur etiam haec avis ἐριθεὺς et ἐρίθυλος, credo quasi ἐρυθρὸς, nisi a longo et sedentario et solitario situ. *Fl. Chr.*

κλέπτα δύο. Sic emendate B. Perperam vulgo δύω. Vide not. ad Ran. 1405. Nub. 483. Pro λόχμη, quod exhibent ambo codd. [et Victorianus in Actis Monacens. l. 3. p. 388.] in primariis editt. est λόγχη, quod, licet absurdissimum, quum sit in edit. Farrei, miror a Berglero revocatum non fuisse: procul dubio id non animadverterat. Sincerum λόχμη primus edidit Anton. Fracinus. *Brunck.*

964. (929. Br.) *κεκλάγγω*. Vulgo *κεκλάγκω*. Bini codd. *κεκλάγγω*. Genuinam formam reposuimus: *κλάζω, κλάγξω, κέκλαγχα*, unde verbum *κεκλάγχω*. *Brunck.*

διακενῆς ἄλλως. Idem significant hae voces. Sic Plato comicus apud Athenaeum X. p. 442. *μάτην ἔξεστιν ὑμῖν διακενῆς κινητιᾷν*. Sic Euripides in Hecuba 489. *δόξαν ἄλλως τήνδε κεκτῆσθαι μάτην*. *Bergl.*

965. *κεκλάγξομαι*. Hinc Latinum *clangere*, quod est alte et acute sonare, quod proprium aiunt esse aquilarum, sed magis canis. Propterea aquila apud Aeschylum canis dicitur. Quin grues recte dicuntur clangere, neque solum aves, sed etiam tubae. Ceterum custodia canum fit cum clangore vel latratu. *Fl. Chr.* De canibus usurpat hoc verbum et Aeschylus in Eumenid. 131. *ὄναρ διώκεις θῆρα, κλαγγαίνεις δ' ἅπερ κύων*. *Bergl.*

967. *κλέπτον τὸ χρῆμα τἀνδρός*. Atticismus pro *κλεπτικὸς ἀνήρ*· (Nae rursus virum ait pro cane, vel quia Philocleo viros sic soleat in iudiciis praedamnare, vel Comicus intelligi vult hominem pro cane, puta Lachetem, *νοσφιστὴν* nautici stipendii.) Sic in Nebulis *τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον*. Sic saepe alii scriptores Attici, quos huc advocare ambitiosus sit labor. *Fl. Chr.* Supra 895. *ὡς δὲ καὶ κλέπτον βλέπει*. Et hic et ibi scholia: *ἀντὶ τοῦ κλεπτικόν*. *Bergl.*

969. *ὠλεκτρυών*. Aristophanes valde *χαριεντίζεται*, qui iudicem facit volucris iudicium explorantem. Facit autem suspicionem Scholiastes [ad 811.], gallinaceos imponi solitos locis ubi iura dicuntur, quod non memini uspiam me legisse. Si factum est, admonitio fuit vigilantiae, ut iam dudum debuit esse in templis Christianorum, quorum turres aerisonae superimpositum habent gallum (scilicet ne quid desit ex Christi oeconomia), cuius cantus non potest excitare veternosos episcopos aut pastores. Est autem *ἐπιμύειν* annuere, ut facere videntur qui connivent. *Fl. Chr.* Aderat autem gallus. Vide supra 811. *Bergl.*

970. *ἀμίδα δότω*. Pamphilus comicus apud Athenaeum I. p. 4. *ἀμίδα δότω τις, ἢ πλακοῦντά τις δότω*. Vide supra ad 815. *Bergl.*

972. *τρύβλιον.* Lepide et festive testes laudat, indidem sumtos ubi crimen admissum, singula nempe vasa cocula et instrumenta culinaria. Quod autem ait *χεσεῖσθαι*, oppositum est *τῷ οὐρεῖν* quod dixit, utrumque cani proprium, sed praecipue reis, mortis metu pallentibus. Dictum autem pro *καταδικασθῆναι. Fl. Chr.* Testes vocat supellectilem culinariam: nam in culina crimen est admissum, supra v. 843. *Bergl.*

974. *καὶ τἄλλα δὲ σκεύη. Reisk.*

975. (940. Br.) In praecedentibus, ubi personas aliter posui, quam vulgo factum, quia nihil in lectione mutavi, annotandis his emendationibus, quae semetipsae probant, lectorem non moratus sum. Hic vero monendus est, vocem *οὐδέπω*, quae vulgo personae hac sigla notatae *ΘΕ.* continuatur, in A. diversae personae tribui, cuius nomen non praefixum; nominis loco ducta minio lineola: in B. vero diserte Philocleoni, cuius nomen praefixum. Proinde pro *καὶ καθίζεις*, rescribi debuit, flagitante sententia, *κοὐ καθίζεις.* Vide infra ad v. 1002. In B. sequens versus Philocleoni continuatur: in A. praefixam habet Philocleonis personam, quae ante *οὐδέπω* scribi debuerat. Miserum in modum omnia ista in vulgatis libris perturbata erant. *Brunck.*

ἀλλ' ἔτι σύ γ' οὐρεῖς. In Thesmoph. 624. *πολύν γε χρόνον οὐρεῖς σύ. Bergl.*

976. s) *χεσεῖσθαι.* Nempe prae timore, aut gravitate poenae, quae eum manet; intulit autem hoc verbum ad *οὐρεῖν. Bergl.* Philocleoni hunc versum tribuunt Bentl. et Tyrwhitt.

977. *οὐκ αὖ σὺ παύσει.* Haec puto verba dirigi ad canem accusatorem et *διώκοντα.* Non desines, inquit, durus et morosus esse, praesertim reis, in quos sic dentes restringis. Malo enim ut *παύσει* et *ἔχει* sint secundae personae Atticae. Solens vero est canibus, ut fugientes magis adlatrent et impetant, propterea ait ambigua voce *τοῖς φεύγουσι* et *ὀδὰξ ἔχεσθαι. Fl. Chr.*

---

s) *τριήμερον, totum triduum. Reisk.*

978. Leg.: ἀλλ' ὀδὰξ ἔχεις; intellecto τοὺς φεύγοντας. ὀδὰξ ἔχει, mordicus teneris, alienum est. *Holib.*

982. (941. K.) Θουκυδίδης. Hic Thucydides magnus adversarius Periclis et factionis sodalium princeps adversus eum, Milesiae filius Atheniensis, vir bonus et orator optimus fuit, Cimonis affinis, non tam πολεμικὸς quam πολιτικὸς, primum dux fuit XL. navium et velut triumvir cum Agnone et Phormione succurrentibus Pericli, ut lib. I. testatur Thucydides historicus, deinde, ut ait Philochorus, quum in Thracia suspicionem incurrisset proditionis, neque in ius vocatus pro se quidquam dicere potuisset, velutque elinguis obmutuisset, indicta causa damnatus est et ostracismo relegatus est. Plutarchus scriptor castissimus scripsit voluisse eum in idem periculum Periclem constituere, sed victor evasit felicior Pericles et adversarium compulit in poenam τοῦ ὀστράκου, et sodalitium illud sibi adversarium sic dissolvit. Quum autem exsilium sive φυγὴ diversum sit ab ostracismo, quia exsulum bona proscribebantur, non autem τῶν ἐξοστρακισθέντων, quibus et locus et tempus praescripta erant, ut Hyperbolus primus per sex annos Sami, ubi tum mortuus est. Tamen Idomeneus scriptor antiquus, quem Plutarchus non satis fidum putat, in lib. II., historiarum puta Samothraciae, damnatum ait Thucydidem istum τῆς ἀσφυγίας et bona ipsius publicata, et fugisse ad Artaxerxem. Ceterum quatuor fuerunt Thucydidae: primus iste Milesiae filius ex Alopecide tribu: secundus quem Scholiastes Γήττιον vocat mendose pro Γαργήττιον: tertius Thessalus vel, ut ait historicus Thucydides, Pharsalius: quartus historiae scriptor Olori filius, omnes Athenienses. Festiviter autem Thucydidem ἀναπολόγητον fingit in lingua habuisse ἀποπληξίαν. *Fl. Chr.* Etiam ex Acharn. 703. apparet hunc in iudicio male stetisse. Non est autem historicus ille celebris. *Bergl.* V. not. ad schol.

984. Comma inserendum post πάρεχε. Scilicet in πάρεχε subintelligitur, πάροδον, in ἐκποδὼν autem subintell. ἴθι. *mache mir Platz, gehe mir aus der Wege. Reisk.*

985. (950. Br.) Ambitiosum prooemium et for-

tassis ab aliquo rhetore illius temporis pronunciatum, quod tacite hic subsannat. Puto autem legendum *διαβεβλημένου*, ut ad canem referatur. Per *λύκους* vero innuit fures et sycophantas. Unde iocus apud Ciceronem: quid latras? quia furem video. *Fl. Chr.*

διαβεβλημένου. Ita ed. Brubachii, rectius quam ceterae, quae *διαβεβλημένους*. *Bergl.* *διαβεβλημένου*. Sic bene A. Hoc recte Berglerus e Francofurtana editione adsumsit, cuius non maior est auctoritas, quam Florentis [et Reiskii], qui sic legendum esse monuerat. Aliae editiones habent *διαβεβλημένους*. *Brunck.*

988. *ξυνωμότης*. Supra 485. *ὡς ἅπανθ' ὑμῖν τυραννίς ἐστι καὶ ξυνωμόται*. *Bergl.*

994. (953. K.) *κιθαρίζειν γὰρ οὐκ ἐπίσταται*. Haec nihil ad excusationem criminis: debuerat enim potius paupertatem, aut inopiam, aut famem praetexere, sed risum populi captare voluit et alludere ad proverbium senario hoc contentum:

πεζῇ βαδίζω, νεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι.

i. e. pedes badisso, qui natare nesciam.

Sic ait canem citharae esse imperitum, unum hoc scire, furari et vorare. *Fl. Chr.* Subaudi: *ἀλλὰ κλέπτειν*. Sic infra 983. *κιθαρίζειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι'* ubi subauditur: *ἀλλὰ καταδικάζειν*. Sic in Avibus 1431. *τί γὰρ πάθω; σκάπτειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι*. ubi subauditur: *ἀλλὰ συκοφαντεῖν*. *Bergl.*

995. *ἐγὼ δ' ἐβουλόμην ἄν*. Longe alia ratione dixerat Nero ad Burrum praefectum: utinam nescirem litteras, ut refert Seneca initio secundi de clementia. Sed hoc loco vulgarium dictum respexit, *μήτε νᾶν, μήτε γράμματα*. Male vero puto hic appositam esse Philocleonis personam: nam Bdelycleonem credibile est sic potius loqui quam patrem *φιλόδικον*. Et sane in exemplari Veneto haec loquitur Bdelycleo. Sed secundus versus, ubi habes, *ἐνέγραφ' ἡμῖν τὸν λόγον*, non videtur mihi mendo vacare. *Fl. Chr.*

997. *ὦ δαιμόνιέ, μοι*. *Reisk.*

999. *ταμιεύουσ' ἔτυχες*. Eras enim in cella promtua-

ria et quasi quaesturam exercebas, secans et distribuens militibus acceptos caseos. Iocose imitatur apologias praetorum et ἀρχόντων, qui rationes referuut. *Fl. Chr.*

1002. Articulum τοὺς ex cod. Rav. recipiendum esse docet Reisig. I. p. 57 sq. Bentleius coniicit ὦ δαῖμον, ἑλέει τοὺς —

1003. τραχήλι' ἐσθίει. Proficias et trunculos et ἀκρωτηριάσματα piscium sic vocat et capita spinosa. Quin etiam τράχηλοι dicuntur spondyli conchyliorum. Scholia Graeca male consuta et consarcinata a variis auctoribus, inprimis a Thoma Magistro, nescio quid blaterant de furfuribus, quae hic videntur ἀπροσδιόνυσα et alio fortassis inculcanda, et nos ea insuper habemus. Sane his verbis tangit omnino Lachetem ut μικροκλέπτην: tum Cleonem insimulat μικροψυχίας et ἀστρατείας, quum οἰκουρὸν canem accusatorem esse ait, neque ad bellum ut alter Laches exeuntem. Verum est autem Lachetem a Cleone in ius vocatum, cui Aeschyleum illud, quod Orestes matri dicebat, belle congruat, μὴ "λεγχε τὸν πονοῦντ' ἔσω καθημένη. i. e. laboriosis parce sedentaria. Graphice describit mores illius Cleonis, quum ait mordere ipsum, nisi omnium quae in urbem feruntur particeps fiat et cives ipsos defrudet. *Fl. Chr.*

1004. κοὐδέποτ' ἐν ταὐτῷ μένει. In Avib. 171. ἀτέκμαρτος, οὐδέν, οὐδέποτ' ἐν ταὐτῷ μένων. *Bergl.*

1005. *t*) (970. Br.) ὁ δ' ἕτερος. His Cleonem innuit Lachetis accusatorem. οἰκουρὸς est in libris omnibus: mendosum tamen esse censeo. Scribendum, solita Atticis scriptoribus constructione:

ὁ δ' ἕτερος οἷός ἐστιν οἰκουρεῖν μόνον.

Harpocratio, quem descripsit Suidas: Οἷος εἶ, καὶ οἷός τε εἶ. τὸ μὲν χωρὶς τοῦ τε, σημαίνει τὸ βούλει, καὶ προήρησαι· τὸ δὲ σὺν τῷ τε, τὸ δύνασαι. ἀμφοτέροις ἐχρήσατο Λυσίας. Exemplum e Lysia profert Suidas: ἐβιάζετό τε γὰρ, καὶ οἷος ἦν ἐξευρεῖν τὴν θύραν. aliudque ex in-

---

t) οἷος. οὗτος. *Reisk.*

certo auctore: *ὁ δὲ ἐπολυπραγμόνησε πάντα. ἦν γὰρ οἷος μηδὲν μήτ' ἀνθρώπειον, μήτε θεῖον ἀδιερεύνητον ἐᾶν.* *Brunck.*

1008. In Ravennate libro scriptum traditur:

αἰβοῖ·
τί τὸ κακόν ποτ' ἔσθ', ὅτῳ μαλάττομαι;

unde est coniectura facilis de antiquissima scriptura,

αἰβοῖ·
τουτὶ τὸ κακὸν τί ποτ' ἔσθ', ὅτῳ μαλάττομαι;

αἰβοῖ extra versum collocatum ut Avibus ante versum 1342. *Reisig.* I. p. 50.

1010. Facete Bdelycleo: *οἰκτείρατ' αὐτὸν, ὦ πάτερ, καὶ μὴ διαφθείρητε.* quasi non unus adesset iudex, sed frequentes essent iudices exorandi, tanquam in re forensi. *Reisig.* I. p. 238.

1011. *ποῦ τὰ παιδία;* Supra 565. *κἂν μὴ τούτοις ἀναπειθώμεσθα, τὰ παιδάρι' εὐθὺς ἀνέλκει· — τὰ δὲ συγκύπτονθ' ἅμα βληχᾶται.* *Bergl.*

1012. (977. Br.) *κνυζούμενα.* Vox canum propria, sed et ad puerulorum vagitum et ploratum transit *τὸ κνυζᾶσθαι.* Solebant autem reorum infantes et liberi iudicum ascendere subsellia et quiritare ut miseritudinem elicerent, ut dictum alibi. *Fl. Chr. κνυζούμενα.* Sic bini codd. ut edidit Ant. Fracinus. Mendose in primariis editt. erat *κνυζόμενα.* Henr. Stephanus Thes. T. II. col. 283. locum hunc citans in *κνυζάω* legit *κνυζώμενα.* [Sic etiam Bentl.] *κνυζεῖσθαι* vox canum propria, de vagitu infantium etiam adhibetur. Theocritus in Pharmaceutria 109.

κνυζεῦνται φωνεῦντα φίλαν ποτὶ ματέρα τέκνα.

ubi minus caute lectionem codd. aliquot adscivi *κνυζεῦντα φωνεῦντι,* Nam forma huius verbi activa praeterquam apud grammaticos in usu non est. Conferri dignus est locus facetissimus Gallicae comoediae ex hoc Aristophanis adumbratus:

L'INTIME.
Venez, famille désolée,
venez, pauvres enfans, qu'on veut rendre orphelins,
venez faire parler vos esprits enfantins.

oui, Messieurs, vous voyez ici notre misère
nous sommes orphelins, rendez-nous notre père,
notre père, par qui nous fûmes engendrés,
notre père, qui nous . . .
DANDIN.
Tirez, tirez, tirez.
L'INTIME.
Notre père, Messieurs . . .
DANDIN.
Tirez donc. quel vacarme! ils ont pissé par-tout.
L'INTIME.
Monsieur, voyez nos larmes.
DANDIN.
Ouf! je me sens déja pris de compassion.
Brunck.

1014. κατάβα. Adde iterum κατάβα ut quater pronuncietur ν), si vis metrum iambicum habere integrum. Dictum autem barbare pro κατάβηθι. Fortassis sic solebat loqui Cleo, Paphlago ab hoc Comico dictus, quia ἐπάφλαζε τῇ φωνῇ. Itaque in Ranis ubi ait Dionysus καιάβα πονηρέ, Scholiastes nota decussata, quae est X, verbum hoc culpavit. Sed in Equitibus docent nos scholia τὸ ἀναβαίνειν esse εἰσιέναι εἰς τὸ λόγιον (qua voce non solum pulpitum, pars orchestrae, sed etiam δικαστήριον intelligitur) et καταβαίνειν ex antiquo more esse ἀπαλλάττεσθαι vel ἀπιέναι. Quum vero ait illud κατάβα multos decepisse, existimo esse quia rei sic abire iussi sperabant se absolutum iri, quod secus tamen saepe accidit. Ceterum ab imperativo illo βᾶ pro βῆθι factum adverbium βάδην, deinde βαδίζω, unde Latinum vado. Et nos Franci lingua qui utimur Romana, dicimus ut Graeci imperantes va: in plurali tamen heteroclito utimur allon, quasi volemus et alas habeamus. Melius Hispani vamos, quod procul dubio Graecum est Syracusanum βᾶμες, ut est apud Theocritum. *Fl, Chr.*

ν) In ed. Phil. Iuntae ter tantum legitur.

1017. (982. Br.) Invern. tacite *εἰς κόρακας*. Recte vulgo *ἐς κόρακας*. V. Reisig. I. p. 252.

ὡς οὐκ ἀγαθόν ἐστι τὸ ῥοφεῖν. Sic optime B. Vulgo *τό γε ῥοφεῖν*. Particulam infersit imperiti librarii mala sedulitas. Vide not. ad Pl. 1065. *Brunck.*

1018. (985. Br.) *ἀπεδάκρυσα*. Lacrymas sibi ortas esse non ex misericordia dicit, sed ex sorbitione fervidae lentis. *Bergl.*

Sic vulgo leguntur et distinguuntur hi versus:

ἐγὼ γὰρ ἀπεδάκρυσα νῦν γνώμην ἐμὴν
οὐδέποτέ γ', ἀλλ' ἢ τῆς φακῆς πεπλησμένος.

Licet verba sic structa nullam sententiam fundant, istam tamen ex iis expressit Berglerus: *Ego enim nunc sententiam meam lacrymans mutassem nunquam, nisi lente fervida impletus fuissem.* Quam bene ista cum Graecis congruant, ipse viderit. *οὐδέποτε* cum *ἀπεδάκρυσα* iugari non potest, quia, ut saepe observavimus, cum verbis futuri tantum temporis construitur *x*), quapropter Piersonus ad Moerin p. 461. suspicabatur hic legendum esse *οὐπώποτ', ἀλλ' ἤ* — Sed ne sic quidem locus persanatus esset. Nam, verba eodem sensu accipiendo, quo Berglerus, sic vertendum esset: *Ego enim NUNC sententiam meam lacrymans mutavi NUNQUAM.* Quam lepide, statim quivis percipit. Quid multa? Desideratur particula *ἄν*, quod invitus affirmo: non enim me simultatibus oblecto, nec lubens in CLARISSIMI PROFESSORIS REGII reprehensionem incurro. At quibuscunque ille Graecae linguae rudimentis discipulos suos imbuat, dico particulam *ἄν* hic poetae manu positam fuisse, eiusque vestigia remanere in amborum codd. scriptura, quae sic habet: *οὐδὲν ποτέ γ', ἀλλ'* — Manifestum est exscriptoris errorem sic corrigi debuisse *οὐδ' ἄν ποτέ γ', ἀλλ'* — Praeterea huius loci sententiam prorsus obscuraverat deterrima interpunctio. Sic autem scribendus est:

ἐγὼ γὰρ ἀπεδάκρυσα νῦν. γνώμην ἐμὴν,

---

x) Sed vide ad Ecclesiaz. p. 697. et Lobeck. ad Phrynich. p. 458.

οὐδ' ἂν ποτέ γ' γ), ἀλλ' ἢ τῆς φακῆς πεπλησμένος. Verba γνώμην ἐμὴν valent *mea sententia, ut mihi videtur*, et pendent a suppressa praepositione κατά. Suidas: γνώμην ἐμὴν, ἀντὶ τοῦ κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην καὶ οἴησιν. Vide Conc. 349. Pace 232. Verti: *Ecce enim illacrimavi ego, quod, animo quidem meo, haud fecissem unquam, ni implessem me lente.* Pro πεπλησμένος melius legitur ἐμπλήμενος [et sic cod. Rav.], quod, ut magis Atticum, Comico nostro frequentatur. Vide infra ad v. 1127. De constructione adverbii οὐδέποτε vide not. ad Conc. 384. Quam hic medelam faciebat Piersonus, ea Philemoni adhibenda est in fragmento apud Bentleium CCCXXI. p. 135. z).

λίθον μὲν εἶναι τὴν Νιόβην, μὰ τοὺς θεούς,
οὐπώποτ' ἐπείσθην· οὐδὲ νῦν πεισθήσομαι,
ὡς τοῦτ' ἐγένετο.

Brunck.

1019. (984. Br.) φακῆς. Calidiorem et ferventiorem lentem deglutiverat, unde, ut saepe fit calida sorbentibus, lacrymari coactus est: non enim victum se fuisse miseritudine plorantium puerulorum ostendit, quum ait, insolentes sibi esse lacrymas, nisi ἐκ τοῦ ῥοφεῖν τὴν φακῆν, ut cognoscamus in eo φύσιν ἀτέραμνον, neque ignoscere scientem. Puto autem distinguendum post τὸ νῦν et subaudiendum κατὰ ad γνώμην ἐμὴν, ut sit: quantum ego memini vel opinor, nunquam id accidit nisi ex festinata lentis sorbitione et repletione. *Fl. Chr.*

πεπλησμένος hic quoque e glossemate est. Res palam perspicua est in B. ubi scriptum ἐμπεπλησμένος, quod purum putum est glossema genuinae vocis Comico usitatae, ἐμπλήμενος. Postquam illud in textum se intrusit, metro consulens alius librarius importunam resecuit syllabam. Hic locus e v. 1127. restitui debuit, ad quem vide quae notavimus. Simile librariorum flagitium modo deprehendimus in Pluti versu 892. *Brunck.* in Supplem.

γ) Recte codex Rav. οὐδέν ποτ'. Vid. Elmslei. ad Acharn. p. 61.

z) Conf. Porson. ad Euripidem p. 406.

1020. *οὔκουν ἀποφεύγει δῆτα;* Sic in A. cum interrogationis signo. In B. etiam *ἀποφεύγει* [et conieceRat Reisk.]. Male vulgo *ἀποφύγῃ*. *Brunck.*

1022. (981. K.) *τηνδὶ λαβών.* Perforatam calcem et condemnatoriam illi ostendit. Sciendum autem duas fuisse in iudiciis amphoras vel hydrias vel etiam cados. Prior dicebatur *πρότερος* vel *κύριος*, in quem calces vel *ψήφους κυρίας* demittebant iudices absolventes reum. Alter dicebatur *ὕστερος* vel *ἄκυρος*, eratque *ξύλινος*, in quem calculi *ἄκυροι* mittebantur. Postquam calculi ab omnibus iniecti erant, tum recensebantur et numerabantur in aereum cadum, et pleni integrique calculi absolvebant, perforati autem et vacui damnabant et dicebantur *ἀποδοκιμάζουσαι ψῆφοι*. Rogat ergo Bdelycleo patrem ut calcem *ἄκυρον* mittat in amphoram posteriorem et sic reum absolvat. Quod studium absolvendi quia insolens et iniucundum erat Philocleoni, ait *μύσας παράϊξον*, iniice, inquit, connivens et videre dissimulans. *Fl. Chr.*

ἐπὶ τὸν ὕστερον. Subaudi *κάδον*, ut mox etiam in *πρότερος*. Prior cadus in iudiciis erat condemnationis, posterior absolutionis. *Bergl.*

1023. *παρᾷξον.* Sic A. omisso tamen iota subscripto. Vulgo male *παράϊξον*. *Brunck.*

1024. *κιθαρίζειν.* Vide supra 983. [994.] *Bergl.*

1026. *ὅδ' ἔσθ' ὁ πρότερος.* Prior cadiscus et absolutorius et *κύριος*, in quem plenae mittebantur calces. Bdelycleo autem manibus hydrias vel cados circumferens sedes mutaverat. Haec autem quum ait, notat eos, qui in calculis ferendis scientes fallebant. Itaque stantibus illic accusatore et reo praeco vel thesmotheta adstans cum virga vel commotaculo operam dabat ne quid ibi fraudis fieret et mutaretur iactus in misericordiam pro eo qui in mortem. *Fl. Chr.*

1028. (988. K.) *φέρ' ἐξεράσω.* Eandem rem aliis verbis Aeschylus in Eumenid. 745. *ἐκβάλλεθ' ὡς τάχιστα πτεύχεων πάλος.* Verbo *ἐξεράσαι* utitur Comicus in Acharn. 540. *τοὺς ἐξεράσατε νῦν μοι λίθους χάμαζε πρῶτον.* *Bergl.*

πῶς γὰρ ἠγωνίσμεθα. Videtur translatum a certa-

minibus luctae, in qua qui adversarium deiecerat ἐξερᾶσαι dicebatur, a terra quae ἔρα vocatur. In Acharn. dicit ἐξεράσαι λίθους pro abiicere. *Fl. Chr.*

1029. δείξειν ἔοικε. Id est φανερώσει, δηλώσει. palam faciet et inspectos calculos ostendet, itaque evasisti, o Labes. Recte ἐκπέφευγας dixit de reo qui proprie φεύγων. Nam τὸ ἐκ absolutionem notat ut ἀπό: postea enim dicit ὄντως ἀπέφυγε. Miserum et crudelem iudicem, qui mortem quaerit peccantium, in quem recte illud ex carmine bucolico competat: et si non aliqua nocuisses, mortuus esses. Certe illa miserorum παθήματα non sunt μαθήματα, sed τραγήματα. Sed hic non tam Philocleonis quam ipsius Cleonis ingenium spectatur, cuius etiam eo progreditur impietas, ut a diis veniam petat elapsae sibi clementiae, quasi ipsi sint (ut de tyranno legitur apud Valerium Maximum) novi punitores misericordiae. *Fl. Chr.* Plena oratio: τὸ ἔργον αὐτὸ δείξειν ἔοικεν. ut in Lysistr. 377. τοὔργον τάχ' αὐτὸ δείξει. Saepe omittitur vox ἔργον, saepe etiam αὐτό, saepe utraque vox; ut in Ran. 1286. πάνυ γε μέλη θαυμαστά. δείξει δὴ τάχα. dicunt et δηλώσει, et σημανεῖ. *Bergl.*

ἐκπέφευγας. Plenius Aeschylus in Eumenid. 755. ἀνὴρ ὅγ' ἐκπέφευγεν αἵματος δίκην. *Bergl.*

1030. ποῦ 'σθ' ὕδωρ; Animi deliquium patitur senex, quia praeter morem suum absolvit reum. Petit autem aquam ut ille in Ran. 479. spongiam sine dubio aqua repletam: ἀλλ' ὠράκιῶ· ἀλλ' οἷσε πρὸς τὴν καρδίαν μου σπογγίαν. *Bergl.* Philocleonis persona deletur in Scaligeri Excerptis.

1031. (990. K.) ἔπαιρε σαυτόν. Euripides in Andromacha 1072. ἆ ἆ. τί δράσεις, ὦ γεραιὲ, μὴ πέσῃς. ἔπαιρε σαυτόν. deinde ibi senex: οὐδὲν εἰμ', ἀπωλόμαν. *Bergl.* Quod in codice Rav. legitur, εἰπὲ νῦν ἐκεῖνό μοι, habet etiam Ph. Iuntae editio.

1032. a) οὐδὲν εἰμ' ἄρα. Sophocles in Electr. 680. ἀπωλόμην δύστηνος, οὐδὲν εἰμ' ἔτι. Idem in Philoctete 965. οὐδὲν εἰμ' ὁ δύσμορος. *Bergl.*

---

a) ἀπέφυγε. In scholiis scriptum est ἀπέφυγεν.

1037. (1002. Br.) *κοὐ τοῦ 'μοῦ τρόπου.* Sic legendum esse res ipsa clamat; nec aliter est in ulla editione. At in A. scriptum est *καὶ τοῦ 'μοῦ τρόπου*, eadem menda quam supra sustulimus in v. 940. ubi erat *καὶ καθίζεις*, pro *κοὐ καθίζεις*. *Brunck.*

1039. *θρέψω καλῶς.* Idem iste Bdelycleo dicebat supra 744. *καὶ μὴν θρέψω γ' αὐτὸν, παρέχων ὅσα πρεσβύτῃ ξύμφορα.* et ipse senex fatebatur superius 540. *ἀλλά μ', εὐωχεῖν ἕτοιμός ἐστ', ἐγὼ δ' οὐ βούλομαι. Bergl.*

πανταχοῖ. Vulgo *πανταχοῦ.* Vide not. ad Lys. 1230. *Brunck.*

1040. *ἐπὶ δεῖπνον, εἰς ξυμπόσιον.* Idem facit Scholiastes *δεῖπνον* et *συμπόσιον*, et illic vinum solum commune fuisse dicit, at *πανθοινίαν* esse (alii *πανθοίνην* et *πανδαισίαν*) quum quisque *δεῖπνον* ferens in commune deponebat omnibus pariter fruentibus. Apud Athenaeum multas habes species, nempe *ἐπιδόσιμον*, *σύνδειπνον*, *ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνον*, *συναγώγιμον* et *συμβολήν*, ubi notandum *συνάγειν* esse compotare et collativam pecuniam symbolam ab Argivis dici, ut portionem vel *μερίδα*, *αἶσαν. Fl. Chr.*

1041. *ὥσθ' ἡδέως διάγειν σε.* In Pluto 262. *ὁ δεσπότης γάρ φησιν, ὑμᾶς ἡδέως ἅπαντας ψυχροῦ βίου καὶ δυσκόλου ζήσειν ἀπαλλαγέντας. Bergl.*

1042. *ἐγχανεῖται.* De Hyperbolo satis multa congessimus in commentariis ad Irenam, quae hic non recoquo. Dicam tantum hac eadem voce *τοῦ ἐγχανεῖσθαι* usum Aristophanem in Equitibus et de eodem Hyperbolo: *οὐ γὰρ ἡμῶν γε στρατηγῶν ἐγχανεῖται τῇ πόλει.* i. e. *καταπτύσει, καταγελάσει, ἐνυβρίσει*, ut etiam in Ranis usurpat. Hesychius putat vocem esse Laconicam pro *ἐγχασμᾶσθαι* i. e. patulo ore ridere et cachinnum tollere, ut solebat Abderita philosophus: sed emendandus ille grammaticus, ubi legitur *ἐγχαλεῖν* pro *ἐγχανεῖν. Fl. Chr.*

1044. *b*) *ἀλλ' ἴτε χαίροντες ὅποι βουλεσθ'. ὑμεῖς δὲ τέως, ὦ μυριάδες*

---

b) Haec periodus chorica vocatur commation, et est velut

ἀναρίθμητοι,
νῦν μὲν τὰ μέλλοντ' εὖ λεγε-
σθαι, μὴ πέσῃ φαύλως χαμᾶ-
ζ', εὐλαβεῖσθε.

verba μυριάδες ἀναρίθμητοι aut ex lyrico carmine aut hyperbolico proverbio videntur ducta. iisdem usus est Plato libro VII. de Legibus, p. 804. E. Steph. c) οἶδα ὅτι μυριάδες ἀναρίθμητοι γυναικῶν εἰσὶ τῶν περὶ τὸν Πόντον: sed brevem syllabam vocativi non video quomodo excusari possit d), nisi scribatur:

---

praeclamatio ad parabasin vel excursionem sequentem. Constat autem septem colis aut versibus choriambicis, mixtis epitritis, bacchiis et palimbacchiis, quorum prior versus trimeter est catalecticus, secundus dimeter acatal. primum habens pedem quinque syllabarum, quartus dimeter etiam acatal. similis secundo, quintus similis primo, ceteri ut secundus. *Fl. Chr.*

1045 seqq. Insolens est, anapaesticos ad aliud metri genus transire absque paroemiaco; quamobrem suadeo sic haec digeramus:

Ὑμεῖς δὲ τέως,
Ὦ μυριάδες ἀναρίθμητοι,
Νῦν — — — — χάμαζε·
Τοῦτο — — — — ὑμῶν.

Iam paroemiacum rite antecedit anapaesticus monometer. Hephaestio: Τὸ ἀναπαιστικὸν κατὰ πᾶσαν χώραν δέχεται σπονδεῖον, ἀνάπαιστον, σπανίως δὲ καὶ προκελευσματικόν. *Hotib.*

ἀλλ' ἴτε χαίροντες ὅποι βούλεσθ'.
ὑμεῖς δὲ τέως ὦ μυριάδες
νῦν τὸ μέλλον τ' εὖ λέγεσθαι,
μὴ πέσῃς (sic) φαύλως χάμαζε.
τοῦτο γὰρ σκαιῶν θεατῶν
ἐστὶ πάσχειν, κοὐ πρὸς ὑμῶν.

V. 2. Ita Rav. pro δέ γε ταχέως. V. 3. Delevi ἀναρίθμητοι gl. pro μυριάδες: et εὐλαβεῖσθε pro εὖ λέγεσθαι. *G. Burges* in Classical Iournal Nr. XXXI. p. 37.

c) Plato Theaeteto p. 175. A. λογίζεσθαι ὅτι πάππων καὶ προγόνων μυριάδες ἑκάστῳ γεγόνασιν ἀναρίθμητοι. Antipater in Iacobsii Antholog. Palat. T. I. p. 524.

αἱ δ' ἀναρίθμητοι νεαρῶν σωρηδὸν ἀοιδῶν
μυριάδες λήθῃ, ξεῖνε, μαραινόμεθα.

Athenaeus T. II. p. 473. ἀνηρίθμους μυριάδας. Schweighaeuser. Not. T. III. p. 506. „nescio an poetae alicuius verba in mente habuerit."

d) Ictu produci mecum consentit Hermannus: quam licen-

ὑμεῖς δὲ τέως, ὦ μυριάδες
ἀναρίθμητοι.

Reisig. I. p. 165.

ἀλλ' ἴτε χαίροντες. Sic in Acharn. 1142. Chorus prosequitur exeuntes histriones: ἴτε δὴ χαίροντες ἐπὶ στρατιάν. Sic in Nub. 510. et alibi. *Bergl.*

1045. (1010. Br.) ὑμεῖς ταχέως. Iungenda haec cum praecedente verbo ἴτε. Pessime vulgo legitur:

ἀλλ' ἴτε χαίροντες, ὅποι βούλεσθ'. ὑ-
μεῖς δέ γε ταχέως, ὦ μυρι-
άδες ἀναρίθμητοι, νῦν —

Brunck.

1048. μὴ πέσῃ φαύλως. Videte, inquit, ne improbetur haec fabula et sic evanescant quae vos doceo et moneo. Hoc vero ait quia anno prius non spectata sed exacta fuerat fabula priorum Nebularum, quas docuerat hic Comicus ἐν ἄστει, quo tempore Cratinus vicit *Πυτίνῃ*, Amipsias autem *Κόννῳ*. Fuit enim illa fabula praeter modum et rationem explosa, ut coactus fuerit Aristophanes secundas Nebulas docere et conqueri de illa iniuria, quod et hic facit. *Fl. Chr.*

1050. κοὐ πρὸς ὑμῶν, *et vobis non convenit.* Vide not. ad Plutum 355. *Brunck.*

1051. *e*) (1015. Br.) προσέχετε. Vide duplicem notam ad Nub. 916. Hic in A. scriptum πρόσχετε, quod magis Atticum esse statuit Bentleius ad Nub. 575. ubi pro προσέχετε legi volebat πρόσχετε. Illius emendationis, qua nihil magis inutilius *f*), cuique nullus addicit codex, ne meminisse quidem operae pretium duxi. Plerisque in locis in hac forma προσέχετε consentiunt codd. Nec ulla est ratio cur minus Attica, quam altera, videri debeat. προσέχειν τὸν νοῦν plene apud Co-

---

tiam cum dactylicis versibus interdum communem habent anapaesti.

e) νῦν κλῦτε λεῲ, *nunc audite populi. Reisk.*

f) Sicubi προσέχετε [in anapaestis] occurrit, extrita literula mutandum in πρόσχετε. *Porson.* ad Toupii Emendat. in Suid. T. IV. p. 436.

micum occurrit rursus Equit. 503. Pl. 113. 151. *προσέχειν τὴν γνώμην*, Conc. 600. Multo rarius *προσέχειν* simpliciter, per ellipsin substantivi. Quod Thomae M. observatum fuisse credo, eumque impulisse, ut hanc notam scriberet: *προσέχω σοι τὸν νοῦν κάλλιον, ἢ προσέχω σοι μόναν.* Falsum esse hoc decretum ostendunt interpretes. *Brunck.*

1053. *φησὶν* ob metrum. Sic recte A. Male vulgo *φησί*. *Brunck.*

πόλλ' αὐτοὺς εὖ πεποιηκώς. Quia in fabulis suis fures publicos ostenderat et carmine velut latratu exagitaverat, neque ipsi Cleoni magno *δημαγωγῷ* pepercerat. *Fl. Chr.*

1054. *τὰ μὲν οὐ φανερῶς.* Fabulas suas aliquando ediderat sub nomine aliorum poetarum, ut Philonidae et Callistrati. Nam prima, quam sub suo nomine apparere voluit, est Equitum et tota in Cleonem et eius fautores. *Fl. Chr.*

1055. *τὴν Εὐρυκλέους μαντείαν g).* Eurycles vates fuit Athenis vaticinans et qui daemonium in ventre habere credebatur, propterea dictus *ἐγγαστρίμυθος.* Ab eo omnes divini et arioli dicti *Εὐρυκλεῖς* vel *Εὐρυκλεῖται* et *ἐγγαστρῖται.* Itaque comoedias suas ait fuisse poetis aliis vicem daemonii cuius virtute ipsi loquebantur quae utilia erant spectatoribus. *Fl. Chr.*

1057. *h) καὶ φανερῶς κινδυνεύων.* Puta quum Equitum fabulam exhibuit, in qua nullum *ὑποκριτὴν* reperire potuit: adeo omnes metuebant Cleonem sibi iratum facere. Dicitur autem ipse Aristophanes ipse sibi *προσωπεῖον* finxisse et partes Cleonis egisse. *Fl. Chr.*

1058. *οἰκείων μουσῶν.* Musas pro fabulis comoediarum dixit ut etiam paullo post infra *ἵνα τὰς μούσας* etc. Eleganter autem dictum *ἡνιοχεύειν στόματα μουσῶν οἰκείων.* Quod vice debet esse proverbii, ut illud non absimile anapaesticum *σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει.* quo monemur nostra, ut ait Horatius, vineta

---

g) Conf. Heindorf. ad Platonis Sophist. p. 400.

h) 1056. num *χέσασθαι? Reisk.*

caedere vel colere. Nam suum unicuique pulcrum videri debet et res nostras potius quam alienas satagere debemus. *Fl. Chr.*

1059. *ἀρθεὶς δὲ μεγάς.* Demosthenes II. Olynth. de Philippo: *ὥςπερ οὖν διὰ τούτων ἤρθη μέγας.* *Bergl.*

1060. *οὐδ' ἐκτελέσαι i).* Neque propterea altum sapere visus est, inquit, aut magnum opus perfecisse, aut summam sibi in poetica laudem arrogasse. Ea enim hoc loco vis est verbi *ἐκτελέσαι*, et notanda Attica pro *οὐ φησὶν ἐπαρθῆναι τελέως.* Negat se nimis elatum fuisse. *Fl. Chr.*

φησὶν ἐπαρθεὶς, οὐδ' ὀγκῶσαι. Xenophon. Apomn. I. *Bergl.*

1061. (1020. K. 1025. Br.) *οὐδὲ παλαίστρας περικωμάζειν.* Etiam in Pace 761. in parabasi ita de se ipso loquitur poeta: *καὶ γὰρ — ἐπείρων.* Dicit autem se post victorias non solere apud palaestras apparere ostentationis gratia, quod Eupolidem factitasse, in quem haec tendunt, ut dicit Scholiastes, utpote *παιδεραστήν.* *Bergl.* *οὐδὲ παλαίστρας περικωμάζειν πειρῶν.* Vulgo legitur *περιιῶν* [quod Bentl. in *παριὼν* mutari volebat], metro repugnante, nec valde bona sententia. Quid enim addit participium illud praecedenti verbo? Quid differunt *περιιέναι περικωμάζων*, et *περικωμάζειν περιιών?* Inepta *ταυτολογία* est. Certissimam emendationem ipse suppeditavit Comicus in parabasi Pacis, v. 762.

καὶ γὰρ πρότερον πράξας κατὰ νοῦν, οὐχὶ παλαί-
στρας περινοστῶν
παῖδας ἐπείρων· ἀλλ' ἀράμενος τὴν σκευὴν εὐθὺς
ἐχώρουν.

Brunck.

1062. *κωμῳδεῖσθαι k) παιδίχ' ἑαυτοῦ.* Si quis, ait, obscenam libidinem suam retegi metuens, obserrabat et blandiens contendebat, ne coram populo perstringeretur. Poeta tamen rigidus non passus est se persuaderi, sed vel primates magna cum libertate nota-

---

i) *ἐκτελέσαι* suspectum. *Reisk.*

k) *κωμῳδεῖται* scriptum est in Scaligeri Excerptis.

vit. Haec autem addidit Aristophanes propter Eupolin παιδεραστὴν, qui etiam in Irena eiusdem criminis insimulatur, ubi magnam partem habes huius parabaseos, saltem integros sex versus repetitos ab illo ἀλλ' Ἡρακλέους usque ad illum πρωκτὸν δὲ καμήλου. Itaque non morabimur hic in eorum expositione, quam petet, cui usus veniet, ex nostris ad eam fabulam glossematis. Hoc autem loco τὰ παιδικὰ de praepostera, ut censeo, Venere intelliguntur, ut idem comicus [imo Sophocles] in ἐρασταῖς Ἀχιλλέως dixit, apud quem sic loquitur Phoenix, παπαὶ τὰ παιδίχ', ὡς ὁρᾷς, ἀπώλεσας. et Cratinus Πανόπταις dixit diserte, μισεῖς γὰρ τὰς γυναῖκας, πρὸς παιδικὰ δὲ τρέπεις νῦν. Sed et de feminarum amoribus usurpant comici. Nam et idem Cratinus dixit de Dionysio, quem absentem pellex formosa ardebat, μακάριος τῶν παιδικῶν. Quin et Eupolis inducit quendam haec verba ad tibicinam facientem: ἐγὼ δὲ χαίρω πρὸς τοῖς σοῖσι παιδικοῖς, ubi legerem πρὸς τέ, ubi τὰ παιδικὰ sunt femineae nequitiae. Quae vox etiam translata ad omne vehementius studium, ut apud Platonem in Phaedro, ἐσπούδακας, ὦ Φαῖδρε, ὅτι τῶν σῶν παιδικῶν ἐπελαβόμην. Plerumque tamen de paederasta dicitur. *Fl. Chr.*

1063. (1027. Br.) οὐδενὶ πώποτε φησὶ πιθέσθαι. Quis non videt ita emendari debuisse? Sic etiam scriptum est in utroque cod. [et emendaverat *Reisk.* qui deinde etiam ἔχειν scribi vult, sic interpretatus: *nemini obsecundasse habere* (i. e. ut haberet)]. Vulgo φησὶν πείθεσθαι. Supra v. 1017. ubi metrum requirebat φησὶν, ediderant φησί: hic in contraria abierunt. Solemnis est permutatio formarum πείθεσθαι et πιθέσθαι, etiam in hac fabula observata v. 749. *Brunck.* Bentleius coniicit φήσ' ἐπιθέσθαι.

1064. αἶσιν. Perperam vulgo αἶσι. *Brunck.*

μὴ προαγωγούς. Nisi, inquit, haec vitia palam notasset, periculum erat ne suas fabulas ostendisset quasi lenas et perductrices et pellices. Poena vero mortis mulctandos esse τοὺς προαγωγοὺς censet Aeschines contra Timarchum. *Fl. Chr.*

1065. *ὅτε πρῶτον ἦρξε l) διδάσκειν.* Equites fabulam innuit, quam primam *m)* docuisse Aristophanem testantur *διδασκαλίαι*, ubi Cleo Attico perfunditur aceto, quod generose et audenter fecisse se dicit et aggressum esse non homines sed portenta: sic enim autumat de Paphlagone illo *βυρσοπώλῃ*. *Fl. Chr.*

οὐδ' — ἀνθρώποις φήσ' ἐπιθέσθαι. In Pace 750. etiam in parabasi: *οὐκ ἰδιώτας ἀνθρωπίσκους κωμῳδῶν*. *Bergl.*

1066. Totus versus in Pace loco modo citato, qui conferri potest cum isto a v. 750. usque ad 759. *Bergl.*

1067. *ξυστάς.* Tanquam ad depugnandum cum eo conferens pedem. Aeschylus in Septemth. 678. *τούτοις πεποιθὼς εἶμι, καὶ ξυστήσομαι αὐτός.* ubi scholia: *συμπαρατάξομαι*. *Bergl.*

αὐτῷ. Fo. *πρῶτον.* vid. Pac. 755. *Bentl.*

καρχαρόδοντι. Cerberum ita vocat et intelligit Cleonem. In Equit. 1013. de eodem Cleone: *ἱερὸν κύνα καρχαρόδοντα.* Ibid. 1026. de eodem: *κύνα Κέρβερον ἀνδραποδιστήν.* In Pace 313. de eodem: *εὐλαβεῖσθ' ἐκεῖνον Κέρβερον καὶ δεδίττεσθε, μὴ παφλάζων — ἐμπαδὼν ἡμῖν γένηται.* *Bergl.* Cleonem innuit, quem in Equitibus exagitaverat. *Brunck.*

1068. (1027. K.) *ἀπ' ὀφθαλμῶν Κύννης ἀκτῖνες.* Meretrix fuit quaedam dicta *Κύννα*, ut notat Scholiastes, adducens Comici locum ex Equit. 761. *μετὰ Λυσικλέα, καὶ Κύνναν, καὶ Σαλαβάκχαν.* ubi vide notam. Dixit

---

l) *ἦρξε* ab Invern. ex cod. Rav. repositum, legitur etiam in edit. Ph. Iuntae.

m) Affirmat quod Scholiastes quidam non de meliore nota dubitando proponit: *δηλοῖ ὅτι αἱ διδασκαλίαι ἴσως φέρουσι τοὺς Ἱππεῖς πρώτους ὑπ' αὐτοῦ καθιεμένους· περὶ Κλέωνος γὰρ αἰνίσσεται.* Sed plus affirmat: nam vult fabulam Equites primam omnium Aristophanem docuisse. Sed *Δαιταλεῖς* fuit prima eius fabula, Babylonii vero secunda, ut abunde probavit doctissimus Samuel Petitus, ad quem te remitto, lector. Id vero hic non dicit Scholiastes, Equites primam omnium prodiisse: nam vox *πρώτους* refertur ad Vespas fabulam, de qua agitur, de quo ordine non debebat dubitare et addere *ἴσως*. *Palmer.*

autem *Κύννης* pro *κυνὸς* propter similitudinem vocum. Homerus Iliad. *ά. οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο. Bergl.* Pro *κύννης* lege cum Eratosthene [apud Schol.] *κυνὸς ὡς:* nam *τὸ ὡς* syntaxi necessarium: et Homer. Il. A. 225. *κυνὸς ὄμματ' ἔχων* et ipse in Equit. [414.] *κυνοκέφαλον* se vocat. At illud *κύννης* est inaptum. Qualis enim meretrix tam trucibus oculis? Suid. *κυνοφθαλμίζεται· ἀναιδῶς βλέπει. Bentl.* Conf. Valckenar. ad Theocriti Adoniaz. p. 361.

1069. *ἑκατὸν δὲ κύκλῳ κεφαλαὶ κολάκων n).* Non tantum Cerbero comparat Cleonem, sed et hydrae. Sic Iulianus epist. XXIII. *ὅτι δ' ἀπέφυγον, οὔτι μὰ Δία τὴν πολυκέφαλον ὕδραν, οὐ τὸν ἀδελφόν μου Κωνστάντιον· ἐκεῖνος μὲν ἦν οἷος ἦν· ἀλλὰ τὰ περὶ αὐτὸν θηρία, πᾶσιν ἐπυφθαλμιῶντα, ἃ ἐκεῖνον ἐποίει χαλεπώτερον.* Potuit etiam Typhoni eum comparare, ut facit in Equit. 508. *Bergl.*

οἰμωξομένων. Sic recte edidit Berglerus *o*), ut est in parabasi Pacis, ubi hi versus repetuntur: et ita hoc loco scriptum est in B. [et coniecit *Reisk.*]. *Brunck.*

1070. *φωνὴν δ' εἶχεν χαράδρας.* Eundem Cleonem Cyclobori torrentis vocem habere dicit in Equit. 136. *ἐπιγίνεται γὰρ βυρσοπώλης παφλαγὼν, ἅρπαξ, κεκραχτὴς, Κυκλοβόρου φωνὴν ἔχων. Bergl.*

1071. *φώκης ὀσμήν.* De foetore phocarum citat Scholiastes Homerum in Odyss. *δ'.* 442. *φωκάων ἁλιοτρεφέων ὀλωώτατος ὀδμή.* item v. 406. *πικρὸν ἀποπνείουσαι ἁλὸς πολυβενθέος ὀσμήν. Bergl.*

Λαμίας. Lamia erat dea, cuius mentione pueros terrefaciebant. Notus est Lucillii versus: *terriculas Lamias, Fauni quas Pompiliique instituere.* Alias *Μορμὼ* dicebatur, ut patet ex Scholiaste ad Equit. 690. ubi etiam de Cleone: *Μορμὼ τοῦ θράσους.* scholion: *Λαμίαν, τὸ μορμολύκειον, ἣν λέγουσι Λαμίαν.* Ceterum absurde dicit hanc Lamiam habere testiculos. Sed id facit, ut maius monstrum videatur Cleo. *Bergl.*

---

n) Forte *γλῶτται κολάκων. Bentl.*

o) *οἰμωξομένων.* Omnes quas vidi edd. *οἰμωζομένων,* sine dubio male. *Bergl.*

1072. *καταδωροδοκῆσαι.* Hoc loco *δωροδοκεῖν* est *dona dare:* nam illud monstrum, Cleo inquam, non offerebat dona, sed potius quosdam terrebat, ut ipsum donis placarent. Hesychius: *δωροδοκεῖ, δίδωσι δῶρα.* In hac significatione occurrit hic in Vespis 682. *τούτοισι δὲ δωροδοκοῦσιν ὕρχας, οἶνον. Bergl.*

1075. *ὑμῶν,* a Brunckio tacite repositum, coniecerunt *Bentl. Reisk.* Libri omnes *ἡμῶν.* Mox Bentl. coniicit *μετ' αὐτὸν, post Cleonem.*

1074. *τοῖς ἠπιάλοις.* Rigoribus et febribus eos comparat. Ut enim febres corpus exercent, sic illi prodigiosi cives rempublicam. Fortassis autem alludit ad illorum maciem et pallorem. *ἠπίαλον* omnes *τῶν ἰατρῶν παῖδες* fatentur esse rigorem illum febris *πρόδρομον:* querqueram febrem vocare possumus. De epiala febri consulendi medici, sed praecipue eruditissimus Gorraeus in definitionibus. Aëtius voluit etymon esse a mari leviter primum accedente ad littus, deinde vehementius feriente, *ἀπὸ ἠπίας ἁλός.* Non puto inde translatum. Quum enim videam grammaticos *ἐπιάλτην* vel *ἐφιάλτην* vocare *τὸν ῥιγοπυρετόν,* ut habes apud Suidam, ut contra *ἠπιάλης* etiam ephialtes incubus dicitur, ac definiri *ἐφιάλτην* vaporem, qui in caput recurrit ex repletione et cruditate ortum, malim veriloquium arcessere ab invasione et insultu quam lenis malaciae assultu. Deinde quum hoc loco videantur differre *ἠπίαλος* et *πυρετὸς,* fortassis ad morbum ephialtem referendum, qui praecursor est insaniae. Nam et hi demagogi saepe faciunt ut insaniat populus etiam contra ipsos. *Fl. Chr. Incubi* reddo hic, secutus auctoritatem Didymi. *Bergl.*

πέρυσιν. Scholiastes dicit Comicum tunc dedisse fabulam Nubes, in qua traduxit Socratem et philosophos: quos vocat febres, partim quia essent pallidi, ut febricitantes, partim quia nocerent reipublicae prava doctrina. *Bergl.* Nubes innuit, quas anno ante infelici successu primum docuerat. *Brunck.*

1075. (1034. K.) *πατέρας ἤγγον.* Annus erat quum docuerat Nebulas secundas Aristophanes, Archonte

Aminia *p*). Nam priores, quae exactae fuerunt, exhibuerat Isarcho Archonte. In illis Nebulis, quas hodie habemus, Strepsiades se dedit in disciplinam Socratis, et Phidippidae filio persuasit ut idem faceret: ubi quum *δίκαιον* et *ἄδικον λόγον* vel *μείζονα* et *ἥττονα* ostenderet, pulsatus est a filio Strepsiades. Hinc est quod hic ait *πατέρας τ᾽ ἤγχον καὶ πάππους ἀπέπνιγον*, proprie de febribus et rigoribus illis, imo *ἠπιάλοις* quae suffocandi vim habent et cum tussi crebra faucibus imminent. Totam vero illam fabulam nequissimus Comicus contra sapientissimum et, si quis alius Graecorum, innocentissimum Socratem pretio adductus conscripserat, dignus qui in secundis ut primis Nebulis exigeretur. Mendacia enim scriptoris satis arguit titulus. Nos maximi philosophorum magistri vicem miserati hoc aliquando pro eo contra hunc Comicum epigramma scripsimus, atque hunc tantum de laudibus Aristophanis deruimus cumulum.

εἰς Ἀριστοφάνην ὑπὲρ Σωκράτους.

οὗτοι Ἀριστοφάνους πρέπει οὔνομα, κωμικὲ, τόσσα
ψευσαμένῳ κατὰ τῆς Σωκρατικῆς σοφίας.
τοῖς περὶ τὸν Μέλιτόν τ᾽ Ἄνυτόν τε νέμων χάριν, αἰνὸν
Ἀιθίδος ἔσπευσας οἷον ἀηδονίδος,
τωθάζων ἀδίκως, καὶ πλάττων ψεύδε᾽ ἄριστος
οὐκ ἐφάνης τελέθων, μᾶλλον ἄπιστος ἔφυς.

Etiam Latinum epigramma diversis tamen argumenti verbis scripsimus. Id eiusmodi est.

Pro Socrate contra Aristophanem.

Nil meream, nisi, supra omnes quos comica virtus
attollit, palmam te meruisse putem:
seu quia gratificans nebuloni fabula Nubes
facta tibi in sancti Socratis exitium,
futilis et mendax et vanus et impius audis.
Hoc grave iudicium posteritatis habes.

Fl. Chr. Respicit ad *ἠπίαλοι*: nam *incubus* videtur

---

p) Asserit quod antiqui Scholiastae non audent asserere: dubitant enim num prodierint secundae Nebulae, quando aiunt secundarum Nebularum didascaliam non exstare. In computo Christiani nihil est sani, et quae sequuntur, ubi Aeliani commentum sequitur, explodenda sunt. *Palmer.*

homines strangulare. Simul ad fabulam Nubes, in qua introducit discipulum Socratis, qui patrem suum verberat et praefocat, ut in illis etiam est, quas nunc habemus, v. 1380. ubi pater dicit de filio: *κἄπειτ' ἔφλα με, κἀσπόδει, κἄπνιγεν.* ut Scholiastes monet. *Bergl.*

1077. *ἀντωμοσίας καὶ προσκλήσεις καὶ μαρτυρίας.* Quid esset *ἀντωμοσία* supra monuimus: hoc tantum addemus *διωμοσίαν* fuisse iusiurandum utrinque datum a reo et actore, quo hic se persequi dicebat et agere in reum ut criminis confessi, ille negare a se factum et probare posse. At vero *ἐξωμοσία* longe aliud est: nam iurandum erat cum negatione eius, qui affirmaret non posse se aut debere magistratum gerere. Hoc Latini eierare munus vel magistratum dicebant. *Fl. Chr.* Sunt voces forenses. Vult autem dicere illos orationes in usum litigantium conscripsisse et rhetoricam docuisse, ut etiam in Nubib. 98. *οὗτοι διδάσκουσ', ἀργύριον ἤν τις διδῷ λέγοντα νικᾶν καὶ δίκαια κἄδικα. Bergl.*

προσκλήσεις. Sic dicebantur conditiones, quae a litigatoribus ante iudicium litis offerebantur, quae velut provocationes et hortamenta erant ad pacta et foedera ineunda. *Fl. Chr.*

συνεκόλλων. In Nubib. 445. *ψευδῶν συγκολλητής. Bergl.*

1078. (1037. K.) *ὡς τὸν πολέμαρχον.* Ex novem Archontibus unus erat Polemarchus, cui propria cura cognoscere de peregrinis et inquilinis, quales *οἱ μέτοικοι* et *ἰσοτελεῖς*, de quibus diximus; et iudicabat inter eos causas et lites violati et neglecti patrocinii, ut ex Aristotele probat Pollux, cuius verba etiam hic Scholiastes refert. Sed Aristotelis testimonium etiam lex confirmat, quam recitat Demosthenes in secunda contra Stephanum et Lysias contra Pancleonem. Nam ut civibus reliquis ius dicebat Archon, ita Polemarchus peregrinis et inquilinis, qui quia suo nomine litem intendere nequibant (neque enim iudiciorum erant participes), propterea patronum civem, qui pro se ageret, habere cogebantur, ut alibi diximus ex lib. III. Politicorum Aristotelis. Atque hinc lex *ἀποστασίου* [*ἀπροστασίου*] orta, in eos qui patronum non habebant.

Quod autem hic ait multos metuentes accurrisse ad Polemarchum, ideo dictum, quia, ut ex eodem Aristotele Harpocratio tradit, etiam ad Polemarchi magistratum confugiebant qui auxilii indigebant, planeque eosdem esse cum nostris Mareschallis (Romani tribunos militum vocant, et dicti sunt quasi iudices in caballo: nam uno magistro equitum minores sunt, quem nos Comestabulum dicimus), facile assentior maximo Budaeo. Antiquitus enim etiam bello praefuisse, ut et hodie nostri, et regibus adfuisse, Pausanias indicat, quum ait regem Erechtheum Polemarchum habuisse in bello Eleusinio Ionem Xuthi filium. Apud Aetolos Polemarchi officium erat portas claudere et ante limina interdiu ius dicere. Hoc autem nomine dictus est maior frater Lysiae oratoris, teste Plutarcho. *Fl. Chr.* Est nomen magistratus Athenis: ad hunc autem dicit istos confugisse auxilii causa. *Bergl.*

1080. *πέρυσιν* ob metrum, et sic emendate excusum est in vett. edd. Perperam recentiores *πέρυσι*. *Brunck.* *καταπροὔδοτε*. Anno elapso, quum priores Nebulas agere voluisset, victusque est a Cratino et Amipsia turpiterque exactus. Quod nunc hic conqueritur. Vacat autem praepositio *κατὰ*, neque quicquam magis significat, quam *προὔδοτε* simplex, quod dicit quia favorem sperabat populi meritis suis responsurum. Sed male legitur [in ed. Ph. Iuntae] *σπέροντ' αὐτόν*: putabam melius *καινοτάταισί περ ὄντ' αὐτὸν*, sed *τὸ ἀναλδεῖς* quod sequitur (i. e. humiles et infirmas, necdum adultas) suadet ut legamus *σπείροντα*. Excusat autem, quantum potest, illius fabulae hypothesin et *διδασκαλίαν*, imo laudat quantum pote, et spectatores contra ignorantiae et ingratitudinis postulat. *Fl. Chr.*

1082. (1046. Br.) *καίτοι σπένδων πόλλ' ἐπὶ πολλοῖς ὕμνυσιν τὸν Διόνυσον*. Sic bini codd. [et Bentl.] nisi quod in *ὕμνυσιν* paragogicum *ν* male in iis omissum. At vulgo foede corruptis numeris legitur:

καίτοι σπένδων πόλλ' ἐπὶ πολλοῖσιν ὕμνοι τὸν Διόνυσον.

Metrum vel novitius tiro restituere poterat: socordiam editorum satis mirari nequeo, eiusmodi sordes lectoribus identidem obiicientium. *Brunck.*

ὄμνυσι τὸν Διόνυσον. Comicus poeta dicit se iurare per Bacchum, quia huic erant sacri ludi scenici. Sic in Nub. 519. *νὴ τὸν Διόνυσον τὸν ἐκθρέψαντά με.* Ubi de eadem re, de qua hic, iurat. *Bergl.*

1083. *μὴ πώποτ' ἀμείνον'.* De eadem comoedia in Nubibus posterioribus, quas habemus, v. 522. *ταύτην σοφώτατ' ἔχειν τῶν ἐμῶν κωμῳδιῶν.* *Bergl.*

1084. Lege *παράκριμα.* *Bentl.*

1086. (1050. Br.) *εἴπερ ἐλαύνων.* Foeda menda, quam reliquisse me pudet. Sic quidem est in libris omnibus. Nihilo tamen segnius repone *εἰ παρελαύνων.* Nec aliter Scholiastam legisse ex illius interpretatione liquet: *νικήσας, φησὶ, τοὺς ἀντιπάλους, τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ἀπώλεσε* q). Vide not. ad Conc. 513. *Brunck.*

ξυνέτριψεν. Non ita, inquit, docti et prudentes de poeta nostro iudicabunt, ut fecistis, quamvis, dum inimicos exagitat, exciderit sperata victoria: hoc enim *ἐπίνοιαν* vocat. Metaphoram autem *συντρίψεως* sunt qui putent sumtam a remigibus, quorum remi assidua iactatione teruntur. Alii curribus malunt, quorum rotae crebro circumactu alliduntur, quia *ἐλαύνων* dixerat, quod est agere currum. *Fl. Chr.* Metaphora ab illis, qui curribus certant, quibus quandoque currus franguntur. *Bergl.*

1088. (1053. Br.) *τοὺς ζητοῦντας καινόν τι λέγειν.* In Avib. 466. *λέγειν ζητῶ τι πάλαι μέγα καὶ λαρινὸν ἔπος.* *Bergl.* *καινόν τι λέγειν.* Sic bini codd. [et Bentl.] recte. Vulgo *κοινόν.* In Nubium parabasi dixerat v. 547.

ἀλλ' ἀεὶ καινὰς εἰσφέρων σοφίζομαι.

Brunck.

1095. r) *ὀζήσει δεξιότητος.* Hic versus ultimus ex novem dimetris anapaesticis est catalecticus et dicitur coronis anapaestica. Recte autem dictum *δεξιότητος*

---

q) Adde quae in fine scholii leguntur: *πρὸς τὸ παρελαύνων ἐπήνεγκε τὸ ξυνέτριψε.*

r) Infeliciter *Bernardns* Epist. ad Reiskium p. 498. „Corrigendum arbitror *τῷ ἱματίῳ*, tunc sensus et verborum constructio facilis.“ *Schaefer.* ad Bosii Ellipses p. 896.

et proprie de bono poemate', neque tamen respondet vox ad *ἱματίων*, potius ad *ποιηματίων*. Sed quia poeseos *νοήματα* pomis comparavit, quae in arcas vel riscos conduntur, ut odore bono aspergant vestes ibidem positas, satis habuit dicere *ὀζήσει*, neque addere *ὀσμῆς*, sed ad rem *δεξιότητος*. Diximus autem alibi, bonos poetas et *εὖ πεπαιδευμένους* dictos *δεξιούς*. *Fl. Chr.*

1096. — 1108. et 1128. — 1140. in veteribus editt. choro tribuuntur: Brunckius suo arbitrio hemichoriis assignavit. Vid. Hermann. ad Nubes 559. (566. ed. Invern. p. 230.)

Nunc chorus senum vesparum apparet, vere iactator et, ut Horatius, laudator temporis acti se puero. Haec vero sumta ex vulgato senario *πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.* i. e. *fortes fuere antiquitus Milesii.* Est autem hic prior versus trochaicus tetrameter catalecticus, secundus mixtus est ex trochaico et iambico, tertium puto debere esse similem primo, qualis tertius antistrophae sequentis, et erit si legas *ἀνέρες* pro *ἄνδρες*, etiamsi sextus pes sit dactylus. *Fl. Chr.*

ὦ πάλαι ποτ' ὄντες ἡμεῖς ἄλκιμοι. Alludit ad proverbium, ut ait Scholiastes, quod occurrit in Pluto 1003. *πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.* Apud Plutarchum senum chorus dicit *ἅμες ποτ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι.* deinde ibi iuvenum chorus: *ἅμες δέ γ' ἐσμέν· αἱ δὲ λῆς αὐγάσδεο.* deinde puerorum: *ἅμες δέ γ' ἐσσόμεσθα πολλῷ κἀρρόνες.* Ex notis Florentis. *Bergl.* Allusio ad proverbium, quod exstat in Pluto 1002. et 1075. *Brunck.*

1098. (1062. Br.) *καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο δὴ μόνον ἄνδρες γε μαχιμώτατοι.* Versus hic est, ut esse debet, trimeter trochaicus, cuius in impressis corrupti sunt numeri ad hunc modum:

καὶ κατ' αὐτὸ δὴ τοῦτο μόνον ἄνδρες μαχιμώτατοι.

Brunck. Vulgatae: *Καὶ κατ' αὐτὸ δὴ τοῦτο μόνον ἄνδρες μαχιμώτατοι.* Ravennas liber paulo melius: *Κ. κ. α. τοῦτο δὴ μόνον ἄνδρες γε μαχιμώτατοι.* Mitto Brunckii commentum, quod sic ipse vertit: fortes in proeliis, ob idque solum viri pugnacissimi! Mitto aliorum febriculosas emendationes. Mihi nequitia subesse videtur scribendumque tum sententiae tum metri causa:

Κατὰ δὲ τοῦτο τὸ δαιμόνιον ἐν ἀνδράσι μαχιμώτατοι, Et quod pessimum hoc attinet (quo nunc nihil prorsus valemus), pares tunc viris pugnacissimis. Monstrat chorus, quod Socrati Strepsiades Nub. 655. secundum glossatorem Brunckianum. Dactylus trochaici regione pari, praesertim in Comico, nemini fuerit offensioni. cf. Pindari Pyth. 4, 14. 6, 6. G. Hermann. ad Nem. 8, 1. Possis tamen et reponere *Κατὰ δὲ τόδε τὸ δαιμ.* Saepius haec confusa. *Hotib.* Hermannus de metris p. 116. corrigit:

καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο μόνον ἄνδρες τότε μαχιμώτατοι.

Porsonus apud Kiddium ad Dawesii Miscellan. p. 443. sive in praefat. ad Euripidis Hecub. p. XLV.

καὶ κατ' αὐτὸ δὴ μόνον τοῦτ' ἄνδρες ἀλκιμώτατοι.

Iohn Seager in Classical Iournal IV. p. 714.

καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο δὴ μόνον s) ἄνδρες ἀλκιμώτατοι. τοῦτο putat *δεικτικῶς* dictum, ut significetur *τὸ κέντρον. Reisigius* I. p. 136. „Omnino *μαχιμώτατοι* ineptum videtur. Quam enim haec inficeta sententia est: *vel hanc unam ob caussam, quod acriter olim pugnavimus, ἄλκιμοι ἐν μάχαις, sumus pugnacissimi.* neque sane maiorem elegantiam in Porsonis emendatione cernas. Mihi autem paullo diligentius consideranti versum 1077. ubi iidem senes de se, sumus vere Attici, inquiunt, *ἀνδρικώτατον γένος — ἐν μάχαισιν.* et 1090. *ὥστε — ἀνδρικώτερον.* haec igitur considerantibus nobis emendatio in mentem venit,

καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο δὴ μόνον μάλ' ἀνδρικώτατοι t).

Vides senes de rebus fortiter gestis gloriantes, illamque aetatem celebrantes, qua ipsi iuvenes fuerint: *o, qui acres nos olim et strenuos in pugnarum certamine praestitimus, et hanc ipsam unam maxime ob caussam plurimum virtute excellimus.* nam *ἀνδρικώτατοι* etiam de praesenti tempore intelligunt. Loquutionem *κατ' αὐτὸ τοῦτο* praeter alios attigit Valcken. ad Herodot. III. 71. p. 233. Non sine magna vi haec amplificantur verbis *μόνον μάλα.* Cum superlativo enim

---

s) Haec verborum collocatio invenitur in ed. Brubachiana.

t) „Lege *καὶ κατ' αὐτὸ δὴ μόνον τοῦτ' ἄνδρες ἀλκιμώτατοι,* vel *ἀνδρικώτατοι.*" *Bentl.*

μάλα coniungi nolim, quia exemplum eius rei aliquod atque id de Aristophane desidero." Haec *Reisigius*.

1099. *πρίν ποτ' ἦν πρὶν ταῦτα* ν). Scholiastes dicit esse parodiam ex Timocreonte Rhodio. *Bergl.*

1100. *x*) Reisigius I. p. 183. hunc versum sic scriptum affert:

οἴχεται, κύκνου τ' ἔτι πολιώτεραι δή γ' —

1102. Assumpto *ὡς* ante *ἐγὼ* ex Ravennate libro *y*), metrum, quod fieri sine ullo labore potest, expolimus hoc modo:

ἀλλὰ καὶ τῶν λειψάνων δεῖ
τῶνδε ῥώμην νεανικὴν σχεῖν z)·
ὡς ἐγὼ τοὐμὸν νομίζω
γῆρας εἶναι κρεῖττον, ἢ —

Reisig. I. p. 317.

1105. *τοὐμὸν νομίζω γῆρας κρεῖττον.* Antiphanes apud Stobaeum: *γῆρας λεόντων κρεῖσσον ἀκμαίων νεβρῶν.* Xenophon de Agesilao: *ποίας γὰρ νεότητος οὐ κρεῖττον τὸ ἐκείνου γῆρας; Bergl.*

1107. *κικίννους.* Non solum senex laudator, ut diximus, est aetatis suae praeteritae, sed etiam censor

---

ν) Didymus ait haec per parodiam sumta a Timocreonte Rhodio. Sed illa, inquit, fortia facta perierunt. Credibile est Catullum optimum ex antiquis poetam, qui pleraque e Graecis aut vertit aut sumsit huc etiam respexisse, quum in faseli dedicatione dixit: sed haec prius fuere. Est autem hic versus dimeter trochaicus catalecticus. Sequens, qui est quintus ex undecim colis huius odae et strophae, videtur esse trimeter trochaicus acatalecticus. Sextus et septimus similes quarto. Octavus et nonus trimetri iambici, sed nonus hypercatalecticus. Duo reliqui dimetri iambici acatal. *Fl. Chr.*

x) 1100. Versus vel hoc vel simile quiddam poscit:

Δ' οἴχεταί γε, καὶ κύκνου πολιώτεραι δή —.

[Sic iam Hermannus de metris p. 113.] Mox Ravennatis *ὡς* ante *ἐγὼ* esse ab interprete, itidem ostendit metrum. *Hotib.* Lege *οἴχεται κύκνου τέ γε. Bentl.*

y) *ὡς* habet etiam Suidas v. *κύκνου πολιώτεραι.*

z) Lege *δεῖ τῶνδε γνώμην νεανικὴν μεγ'* (sic), *ὡς —. Bentl.* *γνώμην* et *ἔχειν* ex Suida l. c. sumsit.

castigatorque minorum. Sic faciunt isti vespae, postquam magnifecerunt sua facta, quae iuvenes ipsi gesserunt, nunc insectantur iuvenes et cincinnatos et cinaedos: hoc enim per *εὐρυπρωκτίαν* innuitur. Sed sua cuique aetas commendabilis est. Habes apud Plutarchum tres choros trium aetatum, puerilem, iuvenilem et senilem, Laconicos. Senes incipiunt et canunt: *ἄμές ποτ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι.* viri iuvenes sequuntur in hunc modum: *ἄμες δέ γ' ἐσμέν, αἱ δὲ λῆς αὐγάσδεο.* pueri demum sic inquiunt: *ἄμες δέ γ' ἐσσόμεσθα πολλῷ κάρρονες.* Tres sunt senarii, quos ita interpretabor:

nos olim eramus puberes fortissimi.
at nos sumus nunc, intuere si lubet.
nos fortiores postidhac certum est fore.

Fl. Chr.

1109. (1071. Br.) Epirrhema hoc viginti constat versibus, quod alias tantum decem vel duodecim vel tredecim habet. Sunt autem omnes versus tetrametri trochaici catalectici, quibus chorus iste senum rationem reddit schematis sui et quare vesparum aculeum induerit. *Fl. Chr.* Rationem exponit, cur chorus in hac fabula speciem vesparum ferat. *Bergl.*

φύσιν hic *speciem*, *figuram* significat. Vide not. ad Nub. 564. Male verterat interpres: *si quis vestrum novit meum ingenium. Brunck.*

1110. (1067. K.) *ἐσφηκωμένων ἤ τις* [sic Ald. et Ph. Iunta]. Legendum procul dubio *διεσφηκωμένον* a) i. e. habitum vespae habentem: non enim aliter versus fit integer. Sed illud *ἤ τις* eradendum e fine huius versus, ut incipiat sequentem, quem sic lego: *ἤ τίς ἡμῶν ἦ 'πίνοια* etc. delendo *τὸ ἐστὶν*, ut non necessarium et metro noxium. [Veram scripturam debemus cod. Ravennati.] *Fl. Chr.* Sic homines macri dicuntur *σφηκώδεις* in Pluto 561. ubi Paupertas dicit: *παρ' ἐμοὶ δ' ἰσχνοὶ, καὶ σφηκώδεις, καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἀνιαροί.* *Bergl.*

---

a) Hesychius T. I. c. 988. *διεσφηκωμένον· διαδεδεμένον τῷ κέντρῳ, ἀπὸ τοῦ σφηκώματος, ἢ κατὰ τὸ μέσον ὄντα σφῆκα. τὸ γὰρ κέντρον ἐκεῖ ἔχουσι.* Indicavit Bentleius.

1111. (1073. Br.) *ἦ τίς ἐστιν ἡ πίνοια.* Perperam vulgo inseritur pronomen *ἡμῶν*, quod sensui inutile, metrum prorsus respuit. *Brunck.* Dele *ἡμῶν* vel *ἐστίν*. *Bentl.*

τῆς ἐγκεντρίδος. Supra *κέντρον* vocabat v. 222. *τὸ γένος ἦν τις ὀργίσῃ τὸ τῶν γερόντων, ἔσθ' ὅμοιον σφηκιᾷ· ἔχουσι γὰρ καὶ κέντρον ἐκ τῆς ὀσφύος ὀξύτατον, ᾧ κεντοῦσι. Bergl.*

1112. *ῥᾳδίως — τὸ πρίν b*). Scholiastes dicit esse ex Sthenoboea Euripidis, sed non adducit illius verba. Adducam ut edita sunt in fragmentis: *μουσικὴν δ' ἄρα ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ἦν τὸ πρίν, συνετόν τε ποιεῖ. Bergl.* Conf. Bentl. Epist. ad I. Millium p. 469. ed. Lips.

ἦ. Scholiastes legit *ἦ*, in prima persona, *τὸ δὲ ἦ ἀντὶ τοῦ ἦν Ἀττικόν· ὡς τὸ ἦ παρεσκευασμένος ἐν Πλούτῳ* (v. 77.). Sed nolui eum sequi. *Bergl.*

1115. *τουρόπυγιον.* Uropygium vel oropygium (ut saepe o in u mutatur) terminus est spinae et vertebrarum, dictum quasi *οὐρὰ τῆς πυγῆς*, quamvis *ὄρρος* etiam dicatur et nostrum horrire fortassis inde, ut amplius diximus in commentariis ad Irenam. Ea particula in avibus volatum adiuvat et dirigit temonis instar, et quae volucres eo carent, pedes habent pro servaculo. Vide quae diligenter et accurrate Georgius Merula, Domitii lorarius, scripsit ad Martialis epigramma in Vetustinam lib. III. sub finem. Hoc autem loco per orropygium intelligit aculeum illum, quem vespae habent in illa parte. *Fl. Chr.*

1116. (1073. K.) *ἡνίκ' ἦλθεν ὁ βάρβαρος.* Victoriam innuit, quam de sexcentis millibus Persarum et Dario rege reportarunt Athenienses duce Miltiade in Marathoniis campis, ubi tanta virtute, ut ait Iustinus, a decem tantum mille civibus pugnatum est, ut hinc

---

b) Hunc versum sumtum esse ex Euripidae Sthenoboea tragoedia testatur Scholiastes. Nam, ut ante diximus, solens et suo more hoc facit Comicus hic noster, quum alludit ad versus tragicorum, praecipue Aeschyli et Euripidae. Dixit autem more Attico *ἦ* pro *ἦν*, ut alibi etiam notavimus. *Fl. Chr.*

viros, illinc pecudes putares. Quo tempore Themistoclis adolescentis emicuit gloria et indoles et Cynaegiri virtus incredibilis apparuit. Legendum autem omnino censeo ἦλθ' c) ὁ βάρβαρος, ut constet suis numeris trochaicus versus. *Fl. Chr.* Quum in Marathone contra Datidem Darii praefectum praeclare ab Atheniensibus est pugnatum, et postea proelio navali contra Xerxem. *Bergl.*

1117. τῷ καπνῷ τύφων. Chorus Vesparum loquitur quasi de vespis et apibus, quae fumigantur. Supra 455. τῦφε πολλῷ τῷ καπνῷ. Fuit autem combusta urbs sub adventum Xerxis. *Bergl.*

πυρπολῶν. Herodotus in Urania: ἐλήλυθεν ἀνὴρ Ἀθηναῖος ἀγγέλλων ἥκειν τὸν βάρβαρον ἐς τὴν Ἀττικήν, καὶ πᾶσαν αὐτὴν πυρπολέεσθαι. *Bergl.*

1118. πρὸς βίαν. Vide supra ad 441. *Bergl.*

τἀνθρήνια. Cellas et favos τῶν ἀνθρήνων, quae sunt apes, vel aliud quid vespae simile et κηροποιοῦν. Dixit autem ἀνθρήνια ἀντὶ τῶν οἰκιῶν, ut μυρμηκία similiter dicitur κατάδυσις τῶν μυρμήκων. *Fl. Chr.*

1119. *d*) (1076. Br.) ξὺν δορὶ, ξὺν ἀσπίδι. [sic iam *Bentl.* ex Suida v. θυμὸν et *Reisk.*] Pessime vulgo ξὺν δουρὶ, quod utique emendasset quivis editor, qui leges trochaici metri cognitas habuisset. Suidas: δορὶ, τῷ δόρατι. Auctor Etymol. M. legebat σὺν δόρει, σὺν ἀσπίδι. Vide eum in δόρει p. 284. Minime recipi debuit haec lectio. *Brunck.* Recipi debuit. Vide quae in Addendis ad commentar. in Pacem p. 822. dicta sunt.

1120. (1077. K.) θυμὸν ὀξίνην. Id est ὀργὴν δριμεῖαν, acrem iram. Sed profecto non dubito quin respexerit ad gratum apibus pabulum, quae thymo libenter victitant, et ludit in voce θυμοῦ, quae et iram et herbam illam significat. *Fl. Chr.* *Iracundiam acidam*

---

c) Sic ambo codd. [et Bentl.] *Brunck.*

d) Mendosus est versus in ratione metrica. Lege καὶ ξὺν ἀσπίδι vel potius, ut reperitur apud Suidam, ξὺν δορὶ ξὺν ἀσπίδι. *Fl. Chr.*

i. e. acrem, ut *οἶνος ὀξίνης*. Dicit autem *θυμὸν ὀξίνην* pro *θυμὸν ὀξὺν, iram vehementem,* quod occurrit apud Sophoclem in Oedipo Coloneo 1189. 1256. quod verbum saepe apud Comicum et alios. Audiendus hic Florens, qui putat Comicum respexisse ad gratum apibus pabulum, nempe *θύμον*. Virgil. *dumque thymo pascentur apes. Bergl.*

1121. *e*) (1083. Br.) *στὰς ἀνὴρ παρ' ἄνδρ'* — Sic optime A. [et Victorianus in Act. Monac. I. 3. p. 389.] In B. *τὰς* — Vulgo *πᾶς ἀνὴρ*, quod nauci non est, et manifesto depravatum. Iamdudum restitui potuisset haec lectio, quae apud Suidam exstat. Sic ille: *χελύνη, τὸ ἄνω χεῖλος. Εἰς τὴν ὑπερῴαν χελύνην οἱ στὺς Μηδικὸς ἐνερρίζωτο. καὶ αὖθις· Στὰς ἀνὴρ παρ' ἄνδρ' ὑπ' ὀργῆς τὴν χελύνην ἐσθίων. Brunck.*

ὑπ' ὀργῆς τὴν χελύνην ἐσθίων. Scholia: *ἀντὶ τοῦ τὰ χείλη. οἱ γὰρ ὀργιζόμενοι ἐνδάκνουσι τὰ χείλη.* Ita Tyrtaeus in carmine adhortatorio ad milites pugnaturos, apud Lycurgum oratorem: *στηριχθεὶς ἐπὶ γῆς χεῖλος ὀδοῦσι δακών.* Euripides in Bacchis 621. *χείλεσι διδοὺς ὀδόντας.* Homerus Odyss. *ὀδὰξ ἐν χείλεσι φύντες*, i. e. *αὐτοδαξ ὠργισμένοι*, ut Comicus loquitur in Lysistr. 690. *Bergl.*

1122. *ὑπὸ τῶν τοξευμάτων οὐκ ἦν ἰδεῖν τὸν οὐρανόν.* Tam creber fuit sagittarum Persicarum iactus, ut instar nubis densae coelum offuscaret. Quod Leonidas, dux Lacedaemonii auxilii, quum postea (in eo bello, ubi contra Xerxem Graeci ceciderunt vincendo defatigati) intellexisset a nuntio, bene, inquit, nuntias, mi hospes, sub umbra ergo pugnabimus. Plutarchus tamen paullo aliter, *χάριεν, ἔφη, εἰ ὑπὸ σκιὰν μαχεσόμεθα. Fl. Chr.* Herodotus in Polymnia [c. 226.]: *ὅμως λέγεται ἄριστος ἀνὴρ γενέσθαι Σπαρτιήτης Διηνέκης· τὸν τόδε φασὶ εἶπαι ἔπος, πρὶν συμμίξαι σφέας τοῖσι Μήδοισι, πυθόμενον πρός τευ τῶν Τρηχινίων, ὡς ἐπεὰν οἱ βάρβαροι ἀπέωσι τὰ τοξεύματα, τὸν ἥλιον ὑπὸ τοῦ πλήθεος τῶν ὀϊ-*

e) Ausim, ut ait ille, lapidem Iovem iurare, legendum hic esse *στὰς*, non *πᾶς*. Est autem *χελύνη* labrum superius, quod premi et morsicari solet ab iratis. *Fl. Chr.*

στῶν ἀποκρύπτουσι· τοσοῦτό τι πλῆθος αὐτέων εἶναι· τὸν δὲ οὐκ ἐκπλαγέντα τούτοισι εἶπαι, ἐν ἀλογίῃ ποιεύμενον τὸ Μήδων πλῆθος, ὡς πάντα σφι ἀγαθὰ ὁ Τριγίνιος ξεῖνος ἀγγέλλοι, εἰ ἀποκρυπτόντων τῶν Μήδων τὸν ἥλιον, ὑπὸ σκιῇ ἔσοιτο πρὸς αὐτοὺς ἡ μάχη, καὶ οὐκ ἐν ἡλίῳ. *Bergl.*

1123. Victorius ad h. l. in Actis Monac. I. 5. p. 389. „ἀπεωσάμεσθα. γρ. ἐσωζόμεσθα."

1124. *γλαῦξ.* Proverbium est ab Erasmo recensitum *noctua volat:* nam huius avis, tanquam consultissimae, volatus auspicatus esse dicitur et boni ominis. Aiunt autem ante pugnam illam Marathoniam visam noctuam, quae Atheniensium exercitum praevolitaverat. Aliud est proverbium, *noctuae Laurioticae*, ab aureis fodinis, quae in ea regione sunt, et aureis numismatis, ubi sculpta erat noctua, dictum in eos qui non viribus sed pecunia vincuntur. *Fl. Chr.* Quasi dicat, *felicibus auspiciis.* Est enim noctua Minervae sacra, praesidi Athenarum. *Bergl.*

διέπτατο. Scr. *διέπτετο. Brunck.*

1125. (1082. K.) *θυννάζοντες.* Quia thynni tridentibus puncti capi solent et piscatores *θυννάζοντες* et *θυννοσκόποι* dicuntur, qui eos aucupantur et fodiunt, propterea *θυννάζειν* metaphorice dicitur *τὸ κεντεῖν*, quod proprium est apum vel vesparum stimulos exserentium. Tamen quum ipse thynnus dictus sit *παρὰ τὸ θύνειν*, quod est properare, currere et insilire, malim cum Scholiaste interpretari haec verba, *εἰσπηδῶντες εἰς τὰς ἀναξυρίδας.* Est autem *θύλακος* genus baccarum apud Persas, ideoque Persicas dixerunt Graeci quae sunt velut caligae et indumenta feminicruralia, quae Hesychius vocat *ἀσκοὺς δερματίνους*, ut videantur fuisse alti cothurni et quos nos Franci vocamus *brodequins.* Sic certe intelligendus locus ex Euripidis Cyclope [v. 181. unde apparet etiam Phrygas gestasse thylacos. *Bergl.*], ubi Silenus (de Paride puto) loquitur in haec verba: *ἦ τοὺς θυλάκους τοὺς ποικίλους περὶ τοῖν σκελοῖν ἰδοῦσα* (Helenam ait), et sane ita pingitur Paris cum pictis cothurnis. Nos ad illum Euripidae locum plura diximus. *Fl. Chr.* Recte unus ex Scholiastis: *κεντοῦντες, ὡς τοὺς θύννους τοῖς τριόδου-*

σι· μεταφορικῶς. videtur enim mihi Comicus imitari Aeschylum in Persis, ubi narratur proelium navale Graecorum cum Persis: nam ibi similitudine a figendis thynnis utitur v. 424. τοὶ δ' ὡς θύννους, ἤ τιν' ἰχθύων βόλον, ἀγαῖσι κωπῶν, θραύμασίν τ' ἐρειπίων ἔπαιον, ἐρράχιζον. *Bergl.*

1126. τὰς γνάθους καὶ τὰς ὀφρῦς. Hic iam rursus quasi de vespis loquitur. *Bergl.*

1128. *f*) Antoda et antistropha respondens proxime praecedenti odae et strophae, totque habet cola et versus constantes partim iambicis, ut supra, nisi quod in septimo versu tertius pes est choraeus. Est autem ᾖ hoc etiam loco per crasin τοῦ ἔα, et positum pro ἤμην vel ὑπῆρχον ἐγώ. *Fl. Chr.*

1131. οὐ γὰρ ἦν ἡμῖν. Sensus est: non enim tunc nobis cura erat, quo pacto scitos verborum globulos rotaturi essemus, aut aliquem calumniose insectaturi, sed in re bellica strenue gerenda tantum erat animus. Graeca verba sic dirige: οὐ γὰρ ἦν ἡμῖν φροντὶς ὅπως etc. *Fl. Chr.*

1134. Particula ἂν delenda est.

1136. πόλεις Μήδων ἑλόντες. Existimo hoc intelligendum de urbibus Atticae, quae venerant sub potestatem barbari exercitus, et postea ab Atheniensibus receptae sunt. *Fl. Chr.*

1139. (1100. Br.) τὸν φόρον. Male vulgo καὶ τὸν φόρον. Nullus hic locus est copulae, quam sententia non magis admittit, quam metrum. Recte abest in B. Versus est dimeter trochaicus catalect. In antithetico 1069. duae primae syllabae nominis νεανιῶν in unam coalescunt. *Brunck.*

1144. μᾶλλον ὀξύθυμον. Exstat Sulpitiae poetriae carmen de Roma, ubi Romanos vespis comparat, videturque innuere contra communem hostem cives idem facere ac vespas crabrones et apes, quas si quis in nidis suis irritet, omnes concurrunt ut ulciscantur et

---

f) Brunckius haec hemichorio tribuit: vide ad 1096.

propulsent iniuriam. Scribit autem Plinius l. XI. vespas in sublimi nidos e luto aedificare et in iis ceras fingere. *Fl. Chr.* Supra 428. *σφῆκες ὀξυκάρδιοι. Bergl.*

1146. *ξυλλέγοντες.* Sic libri omnes: sed mendose. Lege [cum Bentleio et Reiskio] *ξυλλεγέντες. Brunck.*

καθ' ἑσμούς. Victorii liber in Act. Monac. I. 3. p. 389. habet *κατ' ἑσμούς.* V. Hermann. in Wolfii Analectis III. p. 73.

1147. *οὗπερ ἄρχων — ἔνδεκα.* Nomina magistratuum Athenis, de quibus Pollux l. VIII. *Bergl.* *ὧ ἄρχων.* Vulgo sine articulo *Ἄρχων.* Vide ad 1441. *Brunck.*

παρὰ τοὺς ἔνδεκα. Undecimvirum magistratus erat Athenis, quibus cura erat incarceratorum et damnatorum, cognoscebantque de furibus et grassatoribus et confessos morte mulctabant: at negantes in iudicium ducebant. Scholiastes Graecus eos vocatos ait postea *θεσμοφύλακας*, puto potius *δεσμοφύλακας:* nam illi custodiebant vinctos. Sed et inducebant *ἐνδείξεις*, quod genus est accusationis et poena in eos qui *ἄτιμοι* quum essent et aes publicum non dissolvissent, tamen magistratum gerere aut iudicare parati erant. Eos enim cuilibet civium licuit indicare, quod vocabant *ἐνδείκνυσθαι.* Palamedes grammaticus *ἔνδειξιν* vocat *δίκην κατὰ τῶν τὰ δημόσια πωλούντων.* Ius autem dixisse undecimviros in parabysto constat ex omnibus, qui parabysti meminerunt. *Fl. Chr.* Vide not. ad Schol.

1148. *ἐν Ὠδείῳ.* Odeum locus fuit ad theatri similitudinem a Pericle constructus, unde musicos et tragoedos audiebant (nam *ᾠδὴ* dicitur etiam *τραγῳδία*) decertantes, ut ait Plutarchus [in Pericle c. 15.]. Ibi farinas dimetiebantur, ut ait Demosthenes orat. ad Phorm. [p. 918, 8.] quo factum ut ibidem Archon forum haberet et iudicia exerceret. *Fl. Chr.* Pollux VIII. 33. *ἐπὶ τῷ σίτῳ δίκας ἐν Ὠδείῳ ἐδίκαζον.* ubi vide notas Seberi. *Bergl.*

πρὸς τοῖς τειχίοις. Murorum refectores et curatores, quos Aristoteles *τειχοποιοὺς* vocat, non erant ordinarii magistratus, sed, prout usus postulabat, a tribubus legebantur cum quaestoribus, ut moenia vetera

et ruinam minantia refici curarent. Sic Demosthenes a tribu Pandionide electus est: unde manarunt nobiles illae orationes Aeschinis et Demosthenis contra Ctesiphontem et pro corona. Vult autem Aristophanes innuere ubique in tota Attica tribunal esse et iudicia exerceri: quod verum non est, sed respexit ad immensam litium seriem et fortassis diaetas intelligit et arbitria innumera, ut dixit ille, cedo quemvis arbitrum. *Fl. Chr.*

1149. *συμβεβυσμένοι.* Id est dense contracti, inclinato in terram capite et vere cadaverosi, vermium instar vix se moventes in suis peculiis. Quid sint *κύτταροι* diximus ad Irenam in glossematis. Hoc loco vix est ut non alludat Comicus *πρὸς τὰς τῶν αἰδοίων βαλάνους*, quae etiam *κύτταροι* dicuntur. Nam senibus plerumque, ut ait satyricus Aquinas, iacet exiguus cum ramice nervus. Quum autem ait *δίαιταν*, ambiguo de industria utitur vocabulo, quod et arbitrium et victus rationem significat. Propterea sequitur *ἐκπορίζομεν βίον*, quia dixerat *εὐπορώτατοι*. *Fl. Chr.*

1150. *κύτταρος: ἡ ἐν τοῖς κηρίοις τῶν μελιττῶν πυελὶς καὶ κατάτρησις.* Suidas, apud quem alias significationes vide. *Brunck.*

1151. *εὐπορώτατοι.* Bentleius coniicit *ἐμφερέστατοι*, collato v. 1142.

1153. (1109. K.) *κηφῆνες.* Sic dicuntur mares in apibus, qui neque aculeos habent neque favos aut ceras operantur, sed ignavum sunt pecus et apum labores consumunt. Propterea eos fucos *κοθούρους* vocat Hesiodus [*Ἔργ.* 306. ed. Spohn.] quia spiculis in cauda carent. Per hos autem intelligit Comicus rhetoras, qui in subselliis clamitant et, cetera ignavi, absumunt quae fortes viri bello et labore parta in publicum conferunt. Deus bone, quam densa hoc seculo seges est eiusmodi fucorum, Palatinorum praesertim, qui se patroni nomine venditant et clientum mella quo iure quaque iniuria consumunt. Iuris se profitentur custodes, sed custodia illa quid nisi est latrocinium et rapina? Si nunc vivat Aristophanes, nunquam latiorem se habuisse materiam ludis dandis

fatebitur, imo nec suffecturam libertatem veteris comoediae ad indicanda mala illa publica mirabitur. *Fl. Chr.* Comicus per fucos intelligit *τοὺς ἀστρατεύτους*, ut ipse mox dicit. *Bergl.* Conf. Ruhnken. ad Timaeum p. 153.

1156. (1117. Br.) *τοῦτο δ' ἔστ' ἄλγιστον ἡμῖν, ἤν τις* — Sic legi debere manifestum est. In binis codd. est *ἡμῶν*, quod e seq. versu huc male retractum. Peius in impressis *ὑμῶν*. *Brunck.*

1157. *ἐκροφῇ* coniicit *Reisk.*

1159. (1115. K.) *ἔμβραχυ.* Id est *semel et omnino.* Putus purus Atticismus, nihil augens compositione: nihil enim aliud magis significat quam simplex *βραχύ*, ut dicunt illi *ἐμφαγεῖν* pro *φαγεῖν* et apud Euripidem *g*) *ἐνδυστυχῆσαι* pro *δυστυχῆσαι.* Quod autem *φλύκταιναν* dixit, laboris indicium notat, quia *κώπην* et *λόγχην* dixerat et qui assidue remum tractant vel hastam vibrant, ii vel callum contrahunt, vel pustulas qui tumores sunt *φύσαι* dicti, similes ampullis (propterea nos Gallico idiomate vocamus *ampoulles*). Eas non contrahunt qui sacram dicuntur servare. *Fl. Chr.* Suidas: *ἔμβραχυ: ἁπλῶς, ὅλως, συντόμως.* Vide ad Thesm. 390. *Brunck.*

1160. *ὅστις ἂν μὴ ᾖ* — *τριώβολον.* Censeo, inquit, ut nullam ferant mercedem vel stipendium, qui arma non tractant et labores bellicos non anclant. Nam per *τὸ κέντρον* arma, per triobolum stipendia intelligit. Scilicet innuit ut bovi non trituranti os alligetur: neque manducet qui non laborat, ut proverbia canunt. *Fl. Chr.*

1161. (1117. K.) *οὗτοι ποτε ζῶν τοῦτον ἀποδυθήσο-*

---

g) Locus quem intelligit Scholiastes, est sine dubio in Phoenissis tragici v. 734. *ἐνδυστυχῆσαι δεινὸν εὐφρόνης κνέφας.* sed ibi *ἐν* minime abundat; nam sensus est: *τὸ κνέφας τῆς εὐφρόνης δεινόν ἐστιν εἰς τὸ ἐνδυστυχῆσαι αὐτῷ.* i. e. *ἡ νὺξ δεινή ἐστιν εἰς τὸ δυστυχῆσαι ἐν αὐτῇ. nox multum valet ad id ut quis in ea rem infeliciter gerat.* Tam non abundat hic *ἐν* quam in *ἐνδιατρίβειν* et *ἐνυποπατεῖν* et aliis sexcentis. *ἔμβραχυ* autem occurrit etiam in Thesmoph. 397. *Bergl.*

μαι. Suadebat patri Bdelycleo ut centonem exueret et elegantiorem amictum indueret: at ille persuaderi se non patitur et depositurum se negat vetus pallium, in quo salutem suam olim positam meminerit, quum flaret vehemens boreas super praeliantibus Graecis, quod fertur accidisse ad Artemisium, ubi barbarorum classem tempestas evertit multasque eorum naves fundo demersit, atque ita Atheniensium partes adiuvit. Propterea recte hic dicitur ὁ βορέας ὁ μέγας ἐπεστρατεύσατο. *Fl. Chr.* Sub τοῦτον intelligitur τρίβωνα. Nam filius intus coepit patrem hortari ut, mutata vivendi ratione, etiam habitum mutet. Iam dudum eo adducere voluerat senem sed frustra; supra 115: καὶ πρῶτα μὲν λόγοισι παραμυθούμενος ἀνέπειθεν αὐτὸν μὴ φορεῖν τριβώνιον, μηδ' ἐξιέναι θύραζε, ὁ δ' οὐκ ἐπείθετο. Hic etiam aegre adducitur. *Bergl.*

1162. Si ἔσωσεν, quod Invernizius tacite edidit, in codice Ravennate est, non inepte suspiceris antiquitus scriptum fuisse:

ἐπεὶ μόνος ἔσωσέν με παρατεταγμένον.

Dindorf.

1163. ὅθ' ὁ βορέας ὁ μέγας ἐπεστρατεύσατο. Vult dicere: *quum boreas tam vehementer flaret.* Scholiastes putat eum forte respicere ad illum boreae flatum, quo Persarum classis apud Artemisium misere afflicta est. *Bergl.*

1166. (1122. K. 1127. Br.) καὶ γὰρ πρότερον. Prius, inquit, quum pisciculis carbonariis saturatus fuissem et aliquid iurulenti condimenti superfusum fuisset meo pallio, ad eluendas maculas persolvi fulloni tres obolos. Itaque nihil est opus mihi politiore vestitu. Vocat autem ἀνθρακίδας pisces qui torrentur super carbonibus. *Fl. Chr.*

ἐπανθρακίδων. Vide ad Acharn. 670. Dum pisciculos tostos muriae intingeret et comederet, maculaverat sibi vestem, ut fulloni purgandam coactus fuerit eam dare: cui aliquandiu debuit mercedem, tandemque reddidit. Propterea non vult pretiosam vestem induere, ne et illam maculet. Male autem editiones quas vidi omnes ἐπ' ἀνθρακίδων [quod emendatum est in Scaligeri Excerptis]. *Bergl.*

ἐμπλήμενος. [Sic cod. Victorian. in Act. Monac. I. 3. p. 389.] Vulgo πέπλησμένος. Hoc quidem habet A. in contextu; sed superscriptum est illud, quod praetulimus. In B. ἐμπεπλησμένον. Vide not. ad Conc. 56. *Brunck.* Athenaeus VII. p. 329. B. hunc locum sic scriptum affert:

καὶ γὰρ πρότερον δὶς ἀνθρακίδων ἅλμην πιών.

unde Lennepius animadv. ad Coluthum p. 18. Aristophanem scripsisse putat:

καὶ γὰρ πρότερον ἐπανθρακίδων ἅλμην πιών.

1168. πεπειράσθω *h*). Impersonaliter. *Bergl.*

1171. (1152. Br.) χλαῖναν ἀναβαλοῦ. Sic recte A. Infra 1152. οὐκ ἀναβαλεῖ; Perperam vulgo et hic et tertio abhinc versu ἀναλαβοῦ. Altero in versu emendate etiam cod. A. exhibet ἀναβαλοῦ. Nihil frequentius hac literarum inversione. Similem mendam sustollendam esse monuimus in Conc. v. 536. Consuli potest Ferrarius de Re Vestiaria P. II. p. 179. *Brunck.*

τριβωνικῶς. Idem vicem pallii tui detriti et decotis, vel ut senem detritum decet. *Fl. Chr.* In scholiis alia scriptura, γεροντικῶς, commemoratur.

1172. (1153. Br.) ἔπειτα *i*) παῖδας. Illud ἔπειτα magnam habet ἔμφασιν, quasi dicat: haec quum ita sint, quorsum liberis operam demus et procreandis et tollendis, quando hic me patrem suffocare postulat? Dixit autem ἀποπνῖξαι propter calorem nimium, quem sibi pareret illud genus vestis. Nam καυνάκην deducere videtur ἀπὸ τοῦ καύματος, ut fortassis sit dicta quasi νάκος καυματῶδες. Est autem καυνάκη, gaunacum, ut ait Varro, sagum maius et ἀμφίμαλλον, ut quidam censent: ut alii ἑτερόμαλλον, denique villosum et arcendo frigori accommodum. De caunace et sisyra vide quae ad Varronem [ad p. 43.] notavit divinus coniector [Scaliger]. Paullo post quum ait Θυμαιτίδα, variatur lectio a Scholiasta, ut sit Θυμοιτίδα, a populo

h) πεπείρασο, σύ γ' ἐπειδήπερ — *Reisk.*

i) ἔπειτα hic notat *quum*. leg. quoque χρῆν, *oporteret*. ὅθ' est ὁ δὲ, *hic vero*, non ὅτε, *quando*. *Reisk.*

tribus Hippothoontidis, sic dicto ab heroe Thymaeta. *Fl. Chr.* παῖδας. Sic primus edidit Ant. Fracinus [et sic cod. Victorian. in Act. Monac. I. 3. p. 389.]. Bini codd. et primariae editt. habent παῖδα. Melius est illud, ob emphasin pluralis numeri. *Brunck.*

1173. ἀποπνῖξαι *k*). Quia patri dat vestem nimis calidam. *Bergl.*

1176. Hunc versum citat Pollux VII. 59. *Brunck.*

1177. (1138. Br.) Θυμαιτίδα *l*). Sic quidem libri; sed descriptorum errore. Legendum Θυμοιτίδα. Vide Meursium de Pop. Att. in Θυμοιτάδαι. *Brunck.*

1178. κοὐ θαῦμά γε. In Pluto 99. καὶ θαῦμά γ' οὐδέν. *Bergl.*

ἐς Σάρδεις. Sardes urbs Lydiae maxima quondam dives et Croesi regia: ei Tmolus mons dives imminet Persarum opus et speculam habens hexedram albi lapidis, ut ait Strabo. Illic ergo Persicae vestes venibant. *Fl. Chr.*

1180. τοίνυν. Sic B. sine particula [γ'] quae vulgo inseritur. *Brunck.*

1181. Μορύχου σάγματι. Sagum villosum σάγμα vocat, quod alias est armarium. Hic autem Morychus tragicus erat poeta, deliciosi victus homo, cetera pallens et ad calescendum villosis utens vestibus et crassis. De quo in Acharn. et Irena mieminit. *Fl. Chr.* Iste luxui et deliciis erat deditus; supra 505. eadem de causa hunc notabat, quum Bdelycleo diceret sè velle Philocleonem ζῆν βίον γενναῖον ὥσπερ Μόρυχος. *Bergl.*

1182. ἐν Ἐκβατάνοισι. Ecbatana (prius Acessaea dicta ut ait Scholiastes Aeschyli in Persis) et Susa duae sunt praecipuae Persidos urbes. In hac hyemare solebat rex, in illa aestatem degere. In Ecbatanis prae-

k) Nam sic, non ἀποπνίξαι, scribendum est. V. Lobeck. ad Phrynichum p. 107.

l) A pago quodam Attico ita dictam, ut ait Scholiastes, qui putat forte scribendum esse Θυμοιτίδα. *Bergl.*

sertim vestes elegantiores fuisse certum est et constat ex nostro Comico, qui in Acharnens. dixit ὦ Ἐκβάτανα τοῦ σχήματος, quasi ex Ecbatanis κεκαλλωπισμένοι exiissent legati. *Fl. Chr.*

1183. (1139. K. 1144. Br.) Quia laena, qua filius patrem volebat amicire, e molli, villosa et crispa lana erat, pater comparans illos villos intortis implicitisque intestinis, percontatur an Ecbatanis intestinorum in modum lanae pararentur, seu an fierent intestina ex lana. *Brunck.*

κρόκης χόλιξ. Laneos floccos in panno exstantes comparat bovis intestino, quod crispum est et velut pellitum. χόλικες vel χολάδες dicitur, sive quia hepatis χολὴν capit sive a concavitate quasi κοιλότητες sive etiam a laxitate quasi χαλαραί. Quanquam hanc vocem intelligit Artemidorus de hypocrondio ventriculi, Euphronius contra non intestina vult esse, sed quicquid constat pinguitudine et membranis. Sane videtur hoc lanae textum fuisse quod nos vocare solemus frizam Gallofranco vocabulo. *Fl. Chr.*

1184. πόθεν. Hic τὸ πόθεν puto esse ἀρνητικὸν et positum pro οὐδαμῶς, ut et notavimus ad Euripidis Andromacham, quam Latine ut potuimus edidimus. *Fl. Chr.* Vide ad Ran. 1503. Sic apud Euripidem in Alcestide 94. in Andromacha 83. in Electra 657. et alibi ubique obvia sunt exempla. *Bergl.* Negatio morata. Vide not. ad Ran. 1455. *Brunck.*

1186. καταπέπωκε. Metaphora a piscibus; saepissime usurpatur hoc verbum de helluonibus. *Bergl.*

1187. (1143. K. 1148. Br.) ἐριώλην. Ludit in verbo ἐριώλη, quod proprie est venti vehemens turbo, hoc detorquet ad pallium ubi multum lanae consumitur, quasi ἀπωλείαν ἐρίου. Nos vertimus laniperdam, non servata tamen vocis Graecae ambiguitate: nam solis Graecis licet esse sic disertis. *Fl. Chr.* Vide in Equit. 508. *Bergl.* Facetissimus iocus. ἐριώλη proprie significat *vehementis venti turbinem*. Hic autem, tanquam si compositum esset ab ἔριον et ὄλλυμι, laenam illam, quae tantam vim lanae absumserat, non καυνάκην, sed ἐριώλην appellari debuisse dicit Philo-

cleo. De huius nominis scriptura opportunior erit dicendi locus ad Acharn. 1177. *Brunck.*

1190. *θερμόν τι — μου κατήρυγεν.* Supra 917. *ἐμοί γέ τοι — κάκιστον ἀρτίως ἐνήρυγεν.* Diodorus comicus apud Athenaeum VI. p. 239. *οἷς ἐπειδὴ προσερύγοι, ῥαφανῖδα καὶ σαπρὸν σίλουρον καταφαγών. Bergl.*

1191. *οὐκ ἀναβαλεῖ.* Attice pro *ἀναβαλῇ* i. e. indues, non impones hunc amictum? Est enim *ἀναβάλλεσθαι* etiam *ὑπερτίθεσθαι*, quod postea dicit *περιβαλεῖν. Fl. Chr.*

1192. *κρίβανόν μ' ἀμπίσχετε.* Antiphanes comicus apud Athenaeum III. p. 112. *ὁρῶν μὲν ἄρτους τούσδε λευκοσωμάτους ἱπνὸν καταμπέχοντας. Bergl.*

1193. *φέρ', ἀλλ'.* Sic bini codd. Perperam in impressis *φέρε, ἀλλ' — Brunck.*

1194. *κρεάγραν.* Fuscinam, qua coqui eximunt carnes ex ollis, iubet apponi, ut similiter eximatur e veste quasi coctus. *Bergl. τί δῆ* est Philocleonis. *Reisk.*

1195. *διερρυηκέναι.* Quasi carnes quum assatae sunt, harpago prohibet effluere et cadere. Iocum et risum hinc captat Comicus, sed satis frigide et dignum Plutarchi censura. *Fl. Chr.*

1196. *ἐμβάδας.* Quia tales gestare soliti sint iudices. *Bergl.*

1197. *Λακωνικάς.* Sic vocantur calcei viriles et elegantiores, ut feminarum Sicyonii. At Philocleo, qui nihil de pristino statu mutare vult, usum detrectat Laconicarum, et Laconicam (quamvis soleam) ingredi metuit, quia hostes erant Atheniensium Lacones. Sunt autem *καττύματα* soleae ex duriore aluta calceis subsutae, quas nos Gallofranci a quadrata olim figura dicimus *quarrelures. Fl. Chr.*

1199. *ἐχθρῶν παρ' ἀνδρῶν δυσμενῆ καττύματα.* Euripides in Heraclid. 1006. *ἐχθροῦ λέοντος δυσμενῆ βλαστήματα. Bergl.*

1200. (1162. Br.) *κἀπόβαιν'.* Recepi lectionem ed. Farrei. Ceterae quas vidi *κατάβαιν'*, quod versus

non admittit. Posset καὶ κατάβαιν' aut potius κᾆτα βαῖν'. *Bergl.* ἔνθες πόδ', ὦ 'τὰν, κᾆτα βαῖν' ἐρρωμένως. Perperam editt. omnes et cod. etiam A. habent ποτ' pro πόδ'. In primariis est: ὦ 'τὰν κατάβαιν' ἐρρωμένως. In A. ὦ 'τὰν καὶ κατάβαιν', e prava librarii emendatione. Melior non est illa quam invexit Ant. Fracinus κἀπόβαιν'. Nec composito ἀποβαίνειν, nec καταβαίνειν ullus hic locus est. In B. hic versus omissus. κατάβαιν' e librarii errore est, qui scribere debebat κᾆτα βαῖν' [et hoc coniecit Bentl.]. Menda non infrequens est, cuius exempla enotavimus ad Thesm. 482. Ran. 951. 1440. Pl. 69. Conc. 682. Nub. 1076. Av. 825. *Brunck.* κἀπόβαιν' parum cogitate repudiavit Brunckius. nam antiqua inde potest erui et reconditior quidem loquendi ratio:

ἔνθες πόδ', ὦ 'τὰν, καὶ πρόβαιν' ἐρρωμένως,
ἐς τὴν Λακωνικὴν ἀνύσας.

Emendatio comprobatur verbis ex versu 230. χώρει, πρόβαιν' ἐρρωμένως. *Reisig.* I. p. XVII.

1202. ἐς τὴν πολεμίαν. Per Λακωνικὴν alter significare volebat τὴν ἐμβάδα· at iste intelligit τὴν χώραν. *Bergl.*

1203. φέρε καὶ τὸν ἕτερον. Puta τὸν εὐώνυμον. Nam inter Pythagorae praecepta etiam istud fuit, dextrum pedem in calceum praemitte, laevum in ποδάνιπτρον, id est pelvim vel pelluvium. *Fl. Chr.*

1205. Iste versus est etiam in Nubibus 698. *Bergl.*

1208. (1164. K. 1169. Br.) διασαλακώνισον. Variae notantur lectiones: quidam enim legunt διαλυκώνισον, a Lyco quinquertione, qui motus molles edere solebat, ut auctor est Amipsias: alii, inter quos Artemidorus, διαλακώνισον, et sane ad Laconas arbitror allusisse; rara enim in Laconibus τρυφή. Sed vulgata lectio mihi potior videtur. Est autem σαλακωνίζειν quod Tibullus dixit versare mobilem natem: hic est ἁβρύνεσθαι et διαθρύπτεσθαι, effluere in mollitiam et delicias facere, sive a quodam Salacone, qui mollis fuit et cinaedus, quem Autolyci patrem ferunt, sive quia σαῦλον dicitur quod corruptum et fluxum est (unde idem Comicus finxit τὸ σαυλοπρωκτιᾶν, quod est

inhoneste movere sedem, id Latini caevere vocant. Aristoteles tamen in rhetoricis differre facit *σαλάκωνας ἀπὸ τῶν τρυφερῶν*, quasi illi molles sint, hi deliciosi tantum. Cicero lib. VII. epistolar. ad familiares meminit Salaconis, quo nomine infamem aliquem cinaedum notat. Menander etiam Glyceram inducit, quae suas infirmitates vocari ait *τρυφὰς καὶ σάλακωνίας*. et Hermippus in Dimetris dixit, *καὶ καταλβάζουσον εἶδον καὶ σεσαλακισμένην*. quem trochaicum versum sic interpretor: vidi eam conviciantem et indecore mobilem. Apud Suidam Salaco pauper est, sed dives videri vult. *Fl. Chr.* Unus ex Scholiastis exponit: *ἁβρῶς καὶ μαλακῶς σεαυτὸν διακίνησον· ἀπό τινος Σαλάκωνος τρυφηλοῦ*. Simul autem videtur alludere ad vocem *Λάκων*, quia modo loquebatur de Laconicis crepidis. *Bergl.* Simul alludit ad nomen *Λάκων*, tanquam si diceret: *τρυφερόν τι διακίνει τὰς Λακωνικάς*. *Brunck.* De numeris huius versus vid. Reisig. I. p. 53.

1211. (1167. K.) *δοθιῆνι σκόροδον ἠμφιεσμένῳ*. Hoc mihi videtur proverbiale, quod usurpari potest in rebus disconvenientibus proinde ut humano capiti cervix equina. Quae enim medicina magis *ἀνάρμοστος* furunculo quam allium plenum acrimoniae et phlyctaenas potius facturum quam medicaturum. Miror si a paroemiographis hoc sit praeteritum, qui multa non proverbialia inculcarunt in farraginem suam. *Fl. Chr.* Scholia: *ἀπροσλόγως παίζει*. Et sane absurde comparatur homo eleganter vestitus pustulae et quidem allio amictae. Facit autem id solens et de industria. Sic etiam in Ecclesiaz. 126. mulieres, quae sibi barbas applicaverant, comparat cum sepiis tostis, si nempe sepiis illis barbae etiam applicentur: *ὥσπερ εἴτις σηπίαις πώγωνα περιδήσειεν ἐσταθευμέναις*. Non minus absurde comparatur idem Philocleo faeci recens ditatae, hic in Vespis 1307. *ἔοικας, ὦ πρεσβῦτα, νεοπλούτῳ τρυγί*. Hoc vere est *λόγους λέγειν οὐδὲν εἰκότας τῷ πράγματι*, ut est apud ipsum Comicum infra 1311. et 1319. *Bergl.*

1212. *σαυλοπρωκτιᾶν*. Scholiastes: *σαλεύειν τὸν πρωκτόν. σαῦλον δὲ τὸ κοῦφον*. Homerus hymno in Bacchum 28. *σαυλὰ ποσὶν βαίνουσα*. Hesychius: *σαυλά, κοῦφα, ἥσυχα, τρυφερά*. *Bergl.*

1213. *λόγους σεμνούς.* Recte ergo Horatius in Poetica quum de fabula Lamiae puerum alvo extrahentis verba facit, ait haec non placere viris gravibus *πολυμαθέσι καὶ δεξιοῖς:* nam centuriae seniorum agitant expertia frugis, inquit. Ubi per seniores viros serios et graves intelligit et agitare dixit quod Graeci *ἐλᾶν* vel *ἐλάειν*, i. e. abigunt et fugiunt. Itaque locus hic apud Scholiastam deculpatur et *κεχίασται*, quia Lamiam, quae nulla est, supponit et fingit, velut et quod inquit de Cardopione et eius matre. De quo amplius quaerendum (ut de Salacone ait Rhodiginus) censet, quum nulla apud comicos eius sit mentio, sed Ancylionis, qui matrem suam hac affecerit iniuria. Nam subauditur *ἔτυψεν.* Fortassis autem haec sunt mendosa (sane quidem lex metrica in *Καρδοπίων*, nisi geminetur *τὸ π*) et fabula fuit *περὶ καρδόπου καὶ μάκτρας. Fl. Chr.*

1215. (1176. Br.) *τίνας δῆτ' ἂν λέγοις;* Sic A. In B. *τίνα*, ut edidit Ant. Fracinus. In primariis editt. erat *τί δῆτ' ἂν — Brunck.* *τίνα* recte praefert Elmsleius ad Acharn. p. 61.

1216. *ἡ Λαμί' ἀλοῦσ' ἐπέρδετο.* Pherecrates fecit Lamiam comoediam: inde haec petita sunt forte, ut coniicio ex Scholiaste ad Ecclesiaz. 77. qui ad vocem *Λαμίου*, quae ibi exstat, scribit: *ἀρσενικῶς δὲ τὴν Λαμίαν, ὑπὲρ ἧς ὁ Φερεκράτης λέγει ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι, ὅτι σκυτάλην ἔχουσα ἐπέρδετο. Bergl.*

1217. (1178. Br.) *ὡς ὁ Καρδοπίων.* Sic bini codd. [et Bentl.]. Perperam vulgo omittitur articulus, quem reponendum esse iam monuerat Toupius Addend. in Theocritum p. 389. [p. 366. ed. Heindorf. et Emend. in Hesychium T. IV, p. 123.] Additurus erat pater *ἐσπόδει, ἐκίνει*, vel simile quid, ni eius sermonem abrupisset filius *m*). *Brunck.*

1220. *ἐγῴδα.* Sic scriptum in binis codd. *Brunck.* Vulgo *ἐγ' ᾠδα.*

---

m) Unde hoc rescivit? Talia enim sic *ἐλλιπῶς* dici solent. *Schaefer.* ad Bosii Ellipses p. 588.

1221. οὕτω in οὔπω mutat Iohn Seager in Classical Iournal IV. p. 714.

ποτ' ἦν μῦς καὶ γαλῆ. Principium anilis fabulae. *Bergl.* Pro ἦν ποτέ. Sic enim fere semper fabulas ordiebantur, ut apud Clementem in Stromatis Callimachi in mimiambis exstat haec fabula tribus constans choriambis:

ἦν κεῖνος οὖ νιαυτὸς ᾧ ποτε πτηνὸν
καὶ τοὖν θαλάσσῃ, καὶ τὸ τετράπουν, οὕτως
ἐφθέγγεθ' ὡς ὁ πηλὸς ὁ Προμήθειος.

id est:

Fuit annus olim quo volucris et piscis
currens in aequor, quadrupesque terrestris
loqui solebat limus ut Prometheus.

Festive autem Philocleo hanc fabulam incipit de mure et fele animalculis domesticis, quia Bdelycleo referri postulabat λόγους τῶν κατ' οἰκίαν. *Fl. Chr.*

1222. (1178. K. 1183. Br.) ὦ σκαιὲ — μῦς καὶ γαλᾶς μέλλεις λέγειν ἐν ἀνδράσι; Similiter Euripides in Rheso, ubi increpat rusticum Hectorem, quia is videbatur loco non opportuno de suis rebus dicturus, v. 265. ἦ πόλλ' ἀγρώσταις σκαιὰ πρόσκειται φρενί· καὶ γὰρ σὺ ποίμνας δεσπόταις τευχεσφόροις ἥκειν ἔοικας ἀγγελῶν, ἵν' οὐ πρέπει. *Bergl.*

Θεογένης. Hunc Theogenem Acharnensem fuisse ait Scholiastes Graecus, et quia altos ventris edebat crepitus derisum a comicis. Tamen apud Suidam de Theogene Thasio exstat historia, qui statuam aeream e foro succollatam in aedes suas transtulerat: deinde quum id aegre ferret populus, rursum ex aedibus suis in forum deportavit, unde magnam inivit a populo gratiam et laudem sibi ingentem parasse dicitur. Non est mei palati explorare neque stomachi pronunciare, utrum hic innuat comicus: tantum hoc scio, hunc adeo fuisse μεγαλοφυῆ et ἀλαζόνα, ut superbo fastidio respuerit τὸν κοπρολόγον, minutas fabellas de muribus felibus narraturientem. *Fl. Chr.* Hunc Theogenem perstringi a comicis ait Scholiastes, quod valde pederet. Hinc etiam ad κοπρολόγον fingitur locutus; quemadmodum contra ἀνὴρ κόπριος de crepitu ventris ad aliquem in Vesp. 894. Alias Comicus Theagenem

quendam tanquam inanem iactatorem, qui nescio quas divitias iactaret, notat; ut in Avib. 823. et 1127. *Bergl.*

Θεογένης. Sic libri. Vera tamen nominis scriptura esse videtur *Θεαγένης*. Saepe apud Comicum occurrit. Qui hic perstringitur, idem esse videtur, cuius mentio in Pace 928. *Brunck.* *Θεαγένης* cum Brunckio probat Lobeck. ad Phrynichum p. 655.

1224. Vide Invernizii notam ad 1217.

1226. (1187. Br.) *Θεωροὶ* apud Athenienses appellabantur, qui publica auctoritate ad sacrificia exterorum, ad oracula consulenda, ad festa, sacra certamina, aliosque conventus mittebantur, quibusque stipendium e publico dabatur. Vide Hesychii interpretem ad glossam *Θεωρικός*. Sacram se legationem semel tantum, in Parum missum, obiisse dicit Philocleo, accepto duorum obolorum in singulos dies stipendio. Hic autem salse Athenienses perstringit Comicus, qui harum legationum munus saepe in homines abiectissimos conferebant, quales erant Androcles et Clisthenes. *Brunck.*

Ἀνδροκλεῖ καὶ Κλεισθένει. Hos laudat *παρὰ προσδοκίαν*. Quum enim exspectarent spectatores ut viros nobiles et illustres nominaret, horum meminisse voluit ut risum pareret. Nam Androcles fuit servus et mendicus et cinaedus, ut Cratinus eum notat *ἐν Σερίφοις*, Teleclides et Phrantides (ut ait Scholiastes, ubi malim legi *Ἐκφαντίδης*, qui satyros scripsit: nam *Φραντίδην* nescio quis sit) eum scripserunt esse crumenisectorem. Clisthenes autem aeque nobilis cinaedus neque melioribus artibus insignis, quem in aliis comoediis Aristophanes salse perstringit et nos de eo alibi scripsimus quae pudet revocare. *Fl. Chr.* Videtur quidem istorum hic honorificam mentionem facere; sed quia spectatores optime sciebant, illos esse viles et despicabiles quosdam homines, facile intelligebant ironiam. Fuit autem Androcles servus et mendicus et crumenisector et cinaedus: Clisthenes vero maxime famosus fuit cinaedus et saepe exagitatus a comicis et a nostro. Haec ex scholiis fere. *Bergl.*

1227. *ἐγὼ δὲ n) τεθεώρηκα πώποτ' οὐδαμοῦ πλὴν ἐς Πάρον.* Nudae veritati est addictus senex et non vult sibi quicquam magnificum arrogare. Imitatus autem hunc locum videtur Lucianus in Timone [c. 50. T. I. p. 163.], ubi adulator aliquis se insinuare volens apud Timonem dicit: *νενίκηκε δὲ πὺξ καὶ πάλην καὶ δρόμον ἐν Ὀλυμπίᾳ μιᾶς ἡμέρας, καὶ τελείῳ ἅρματι, καὶ συνωρίδι πωλικῇ.* Deinde Timon nihil tale in se agnoscens dicit: *ἀλλ' οὐδὲ ἐθεώρησα ἐγὼ πώποτε εἰς Ὀλυμπίαν.* *Bergl.*

1228. *πλὴν ἐς Πάρον.* Parus urbs Pontica, ubi Philocleo fortassis stipendia meruit et militavit o), de qua vulgaris est versiculus, *ἐν δὲ Πάρῳ ψυχρὸν μὲν ὕδωρ, καλαὶ δὲ γυναῖκες.* Fortassis autem ludit in voce quasi *ἐς τὸ παρὸν*, ut innuat nunc tantum se spectasse quia nuper clausus erat domi quasi in carcere. Tamen nihil affirmo. Quid si etiam quum ait *τεθεώρηκα*, intelligat de specie illa legationis, quam vocabant *θεωρίαν*. Nam et *θεωροὶ* dicebantur qui extra Atticae regionis fines mittebantur sive ad scitanda oracula sive ad honorem diis aliquem deferendum aut hominibus gratiam habendam. *Fl. Chr.* In Pac. 342. *ἐς πανηγύρεις θεωρεῖν.* *Bergl.*

καὶ ταῦτα δυ' ὀβολῶ φέρων. Forte nec eo profectus fuisset, nisi mercedem accepisset. Ita enim accipio verbum *φέρω*. Sic in Acharn. 66. legati dicunt: *ἐπέμψαθ' ἡμᾶς ὡς βασιλέα τὸν μέγαν μισθὸν φέροντας δύο δραχμὰς τῆς ἡμέρας.* *Bergl.*

1230. *Ἐφουδίων — Ἀσκώνδα.* De Ephudione et Asconda pancratiastis vel luctatoribus nihil me legisse arbitror, neque quicquam incidit anxie disquirenti per scripta veterum. Scholia tamen Graeca memorant Ephudionem Maenalium, cuius virtus fuit nobilis in ludis Olympiacis. *Fl. Chr.* Forte ironia est quum hos dicit pancratio inter se decertasse, qui eo nunquam adspirarint, ut ex scholiis apparet. Sic supra de Androcle et Clisthene ironice loquebatur v. 1182. Ex iisdem tamen scholiis apparet Ephudionem Mae-

---

n) Male in A. *ἔγωγε.* *Brunck.*

o) Sed vide not. ad schol.

nalium memorari in Olympiadibus sive inter illos qui in Olympiadibus vicerint. Vide infra v. 1373. et seqq. *Bergl.*

1234. πῶς ἂν μαχέσαιτο. Thoracem pro pectore dixerat Bdelycleo: at pater quasi intellexisset de armatura pectorisque bellico tegmine, qui possit, inquit, pugnare pancratio qui thoraca induerit ahenum? Nam nudato certabatur corpore, unde gymnasii nomen et gymnastici athletae. Sed τὸ στῆθος proprie θώραξ dicitur. Etymon afferunt παρὰ τὸ θεῖον ὠρεῖν, quia servant intellectum, innuentes per θεῖον τὸ διανοητικόν. Unde θωρήσσεσθαι non solum est armari sed etiam inebriari, quia pectus calefacit, θερμαίνει τὸ στῆθος, et sic saepe medicorum genius Hippocrates usurpat. Hinc ἀκροθώρηκες sunt ἀκρομέθυσοί. *Fl. Chr.*

1237. (1198. Br.) ποῖον ἂν λέξαι δοκεῖς; Perperam in A. δοκῇς. Vide not. ad Av. 355. *Brunck.*

1240. Ἐργασίωνος. Rustici cuiusdam. *Bergl.*

τὰς χάρακας. In feminino genere χάραξ pedamentum est et statumen, quod viti alligatur. Nos Gallofranci dicimus *charnier*. At in virili genere vallum est et agger. Imo ipsa castra sic vocavit Polybius interprete M. Tullio. *Fl. Chr.*

1242. λαμπάδα ἔδραμες. Certamen lampadis fiebat Athenis in Ceramico tribus festis solennibus, Quinquatribus, Vulcanalibus et Prometheis. Primum institutum fuit in honorem Promethei et memoriam ignis inventi, ut scripsit Ister, et Pausanias testatur eidem aram positam, unde fax currebatur. Deinde Vulcano et Minervae artium magistris, quae sine igne nullae sunt. In eo certamine victor λαμπαδηφόρος dicebatur, quum cursum perfecisset inexstincta face. Multa praeterea super tribus λαμπαδηφορίαις tradiderunt grammatici, praesertim Ranarum huius Comici Scholiastes, quae prudens praetereo, neque enim inexcussa reliquit Rhodiginus antiquarius, vir maximus. Hoc tamen praetermisit, facta haec certamina in Ceramico, loco alto ad quem erat turris. Erant autem duo Ceramici, unus qui occisorum in bello sepulcra continebat, alter quem colebant αἱ πόρναι, ut hoc etiam ne

nescias. *Fl. Chr.* In Ran. 1113. *λαμπὰδ' οὐδεὶς οἷός τε ἕρειν ὑπ' ἀγυμνασίας ἔτι νῦν. Bergl.* Conf. not. ad schol.

1245. (1206. Br.) *τὸν δρομέα Φάυλλον.* Phayllus optimus cursor fuit Olympionices. Eum *ὁπλιτόδρομον* et *ὁδόμετρον* vocabant. Quin et quinquertio fuit. Illi ergo hoc epigramma inscriptum est: *πέντ' — ἀπολειπομένων.* i. e.

saltum ad quinque pedes quinquagintaque Phayllus,
discum ad centum egit quinque minus pedibus.

Sed quum tres memorentur Phaylli, hoc loco, ut arbitror, intelligitur ille quem aiunt, ut ait Eustathius in Dionysium *περιηγητὴν*, unius navis imperatorem fuisse, quam Crotoniatae miserunt auxiliaturam Graeciae periclitanti in Persico bello. Illic Phayllus dicitur ter vicisse Pythia. Quum autem ait *εἶλον διώκων λοιδορίας ψηφοῖν δυοῖν*, semper ad ingenium redit senex et lites intelligit et *διώκειν* usurpat contra reum *φεύγοντα* aut cursorem. *Fl. Chr.* In Acharn. 215. *ἠκολούθουν Φαύλλῳ τρέχων. Bergl.* Illustris athleta fuit Phayllus Crotoniata, de quo videndus Pausanias p. 818. In eum exstat vetus epigramma:

Πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε Φάυλλος·
δίσκευσεν δ' ἑκατὸν, πέντ' ἀπολειπομένων.

Facetus hic iocus est in ambiguitate vocum *εἶλον διώκων*, quas significatione forensi adhibet senex iudiciis adsuetus. *Brunck.*

1247. *ἀλλὰ δευρὶ κατακλινεὶς προσμάνθανε.* In Nubib. 694. *ἀλλὰ κατακλινεὶς δευρὶ — ἐκφρόντισόν τι τῶν σεαυτοῦ πραγμάτων. Bergl.*

1248. *ξυνουσιαστικός.* Non hoc loco significat *ὀχευτικὸν*, sed *κοινωνικὸν*, et quod Franci dictitamus *sçavoir son entregent. Fl. Chr.*

1249. (1210. Br.) *πῶς οὖν κατακλινῶ;* Sic excudi debuit, ut perspicue scriptum est in A. utque iam scribendum esse monuerat Berglerus [et Reiskius]. Est aor. 2. subiunctivi passivi, cuius secundo ante hunc versu participium occurrit *κατακλινείς. Brunck.*

1250. *πῶς με κελεύεις κατακλιθῆναι;* Apud Euripidem etiam in Cyclope docet Silenus Cyclopem scite accumbere et potare v. 560. *θὲς δὴ τὸν ἀγκῶν' εὐρύθμως, κἄτ' ἔκπιε ὥσπερ μ' ὁρᾷς πίνοντα. Bergl.*

1251. *γυμναστικῶς ὑγρὸν χύτλασον.* Lavari et ungi solebant ante coenam proinde ut in gymnasiis athletae corpori suo ceroma adhibentes. Itaque ex veteri consuetudine dixit vetus poeta: bona femina lavit et unxit. Et Martialis in elegantes parcos et unguentis tantum diffluentes, ceterum offerentes sine cibo fercula et, ut ait epigrammatistes Graecus, *πεινα λέους πίνακας*, dixit: qui non coenat et ungitur, Fabulle, is vere mihi mortuus videtur. Nam funeri etiam coena parabatur et cadaver ungebatur: qui mos etiam hodie obtinuit in regum funeribus. Est autem *τὸ χύτλον* vel *ὁ χύτλος* mixtum aqua unguentum, nempe quum ex lotione aquae adhuc humescit corpus, unguinis aspersio. Sane enim sordes aut pulverem ferre in convivia nec honestum nec decorum fuit, ut ait Aristoteles. *Fl. Chr.*

1253. *ἔπειτ' ἐπαίνεσον.* Athenaeus l. IV. [T. II. p. 213.] Dipnosoph. hos Comici versus laudat quum agit *περὶ κοσμιότητος τῶν Ὁμήρου δαιτυμόνων*, et ex Odyssea versus recitat, quibus apparet invitatos convivas non statim debere ad patinas accedere, sed prius aedes et quae intus sunt contemplari. Itaque in usu fuisse ut priusquam vescerentur antiqui, libamina et primitias diis offerrent: hoc decere viros lautos *κοσμίους* et *μετρίους*. Contra sordidos putabant qui non libata ederent, ut Simonides de sordida et *ἀκόσμῳ* muliere dixit *ἄθυτα δ' ἱερὰ πολλάκις κατεσθίει*. Itaque hic dixit *δειπνοῦμεν, ἀπονενίμμεθα, σπένδομεν*, quod etiam potest referri ad postcoenium vel secundas mensas, ubi libabant *ἀγαθοῦ δαίμονος* et iterum lavabant. Ceterum de accumbendi ratione apud Romanos, quae a Graecis manavit, quum antea sederent, ut apud Graecos a barbaris, multa utiliter et accurate disserit eruditissimus Aldus Manutius, dignus avo nepos et patre filius, quae ex eius libro de quaesitis per epistolam haurire poteris. Certe ego assentior viro illi quaecunque illic tractat, nisi quod merendam pro prandio nunquam puto

fuisse, multo minus dictam a meridie, quum potius, quicquid Paulus Festi mutilator autumet, a merendo deducta sit, et vesperna, ut ait Plautus, fuerit, vel, ut ait vetus glossarium, ἄριστον δειλινόν. quod operariis vel servis dabatur vice θητείας vel μισθοδουλείας a domino vel alio qui conducebat, quemque Isidorus a donata mercede mercedonium vocat. Etiam Calpurnius, laudante Scaligero, dixerat, serae quum venerit hora merendae. *Fl. Chr.*

1254. (1210. K. 1215. Br.) ὀροφὴν θέασαι. Non ita parasitus apud Diphilum comicum, qui non elegantiam et nitorem aedium observare solebat, sed nidorem culinae ante omnia, quum dicit: ὅταν με καλέσῃ πλούσιος δεῖπνον ποιῶν, οὐ κατανοῶ τὰ τρίγλυφ', οὐδὲ τὰς στέγας· οὐδὲ δοκιμάζω τοὺς Κορινθίους κάδους· ἀτενὲς δὲ τηρῶ τοῦ μαγείρου τὸν καπνόν. Citat Athenaeus VI. p. 236. *Bergl.*

κρεκάδι' αὐλῆς θαύμασον. Neminem novi e veteribus grammaticis, qui vocem illam κρεκάδια interpretatus fuerit. Solus e recentioribus Comici interpretibus eam declarare aggressus est Bisetus. Quia nomen istud hoc unico in loco occurrit, lexicographisque praetermissum fuit, non idonea causa est cur ei controversia moveatur, depravationisque in suspicionem veniat: nihil variant in scriptura codices. Biseti coniecturam, reponentis καὶ ἰκρίδι' αὐλῆς, eo minus admittendam esse censeo, quo magis absurdum videtur in aula privatae domus tabulata exstitisse, qualia struebantur in publicis locis, siquando ederentur spectacula, ut populus in iis sedens commodius spectaret. Nec magis κρεκάδι' αὐλῆς accipi posse credo de *concentu instrumentorum, quae pulsarent citharistae in aula stantes.* Ab hac significatione prorsus abhorret loquendi formula. Praeterea in conviviis inducebantur citharoedi, tibicines, saltatrices solummodo,

Postquam exemta fames epulis, mensaeque remotae,

et ultima libatione facta, ut infra declaratur:

ἤδη σπένδομεν·
αὐλητρὶς ἐνεφύσησεν.

Ergo de musico concentu ne quidem hic cogitandum est. Bergleri autem *crepitacula*, quid illa sibi velint equidem nescio, nec ipse, ut opinor, dixerit. Casauboni commenta vide in Animadv. in Athenaeum L. IV. cap. 27. [T. III. p. 28. Schw.] Non aliunde derivari posse videtur nomen *κρεκάδιον*, quam a *κρέκω*. Hoc autem verbum non solum de pulsatione instrumentorum chordis instructorum adhibetur, sed et de telae pulsatione et densatione, quae pectine textorio fit, ut in his Sapphus versibus:

γλυκεῖα μᾶτερ, οὔ τι δύναμαι κρέκειν τὸν ἱστὸν, πόθῳ δαμεῖσα παιδὸς, βραδινὰν δι' Ἀφροδίταν.

Proinde nihil probabilius afferri potest, quam *κρεκάδια* hic posita esse pro *ἱστουργήματα, παραπετάσματα*, et intelligi de *aulaeis*, seu *velis*, quibus aula tam ornatus gratia, quam arcendo vento, pulveri, aut si quid aliud nocere poterat, obtendebatur. *Brunck.*

θαύμασον. Ita Telemachus faciebat apud Homerum Odyss. quum venisset in Menelai regiam; dicit enim poeta: *αὐτοὶ δ' εἰσῆλθον θεῖον δόμον· οἱ δὲ ἰδόντες θαύμαζον κατὰ δῶμα διοτρεφέος βασιλῆος.* quem locum adducit Athenaeus IV. p. 179. ubi etiam Aristophanis praesentem locum citat, nempe versum 1209. 1210. item 1203. et 1204. *Bergl.*

1255. (1211. K.) *ὕδωρ κατὰ χειρός.* Docet eum etiam formulas in conviviis usitatas; in Avib. 465. *κατὰ χειρὸς φερέτω ταχύ τις·* deinde alter: *δειπνήσειν μέλλομεν, ἢ τί;* Vide Athenaeum X. p. 408. et XIV. p. 641. in quo posteriore loco etiam praesentem Aristophanis locum citat. *Bergl.*

1256. (1217. Br.) *ἀπονενίμμεθ'. ἤδη σπένδομεν.* Sic distinctum est in A. melius, quam vulgo post *ἤδη*. *Brunck.*

1259. (1215. K.) *Θέωρος.* Vide infra 1219. *Bergl.*

Αἰσχίνης p). Est Aeschines Selli filius, ut patet infra 1235. *Bergl.*

---

p) Hic, ut puto, est Charias vel Lysaniae filius, ut ait Laertius, Socratis discipulus, quem inter alios dialogos Suidas censet scripsisse Axiochum. *Fl. Chr.*

Φανός. Memoratur Phanus aliquis, qui parce admodum coenaret, sive quod pauper esset, sive ex instituto quodam, ab Alexide comico apud Athenaeum IV. p. 161. *καὶ Φυρόμαχος καὶ Φανὸς, οἳ δι' ἡμέρας δειπνοῦσι πέμπτης ἀλφίτων κοτύλην μίαν.* Etiam noster Phani mentionem facit in Equit. 1255. *Bergl.*

Κλέων. Quum statim dicat *ξένος τις ἕτερος*, videtur Cleonem hic notare, tanquam peregrinum et non genuinum civem. Sane saepe eum Paphlagonem vocat, quod puto fieri non tantum respectu etymologiae nominis a *παφλαγὼν*, a *παφλάζω*, *cum fremitu ebullio* significantis, vi cuius etymologiae ipse notatur tanquam turbulentus et clamosus orator; sed etiam quia re vera esset ex Paphlagonia oriundus, aut alias peregrinus et barbarus natione. Unus ex Scholiastis ad Equit. 2. scribit: *ὅτι ξένος ὢν ἐπολιτεύσατο. ὀνειδίζει οὖν αὐτὸν ὡς ξένον καὶ βάρβαρον. Bergl.*

1260. (1216. K. 1221. Br.) Vulgo legitur *ξένος τις ἕτερος πρὸς κεφαλῆς Ἀκέστερος.* Berglerus verterat: *Hospes alius quidam prope caput HUIUS Acesterus. HUIUS* non est in Graecis, neque suppleri potest. Levi scripturae menda obscuratus est hic locus, cuius acumen prorsus perierat. Scribi debuit *Ἀκέστορος.* [Sic Bentl.] *Hospes alius nescio quis ad caput Acestoris,* quod tantumdem valet, ac si dixisset: *Aeschines, Phanus, Cleo, Acestor, alterque ad huius caput peregrinus quidam.* Perstringitur hic Acestor, cui barbaros natales et peregrinitatem exprobrarunt comici, ut e scholiis ad hunc locum et ad Av. 31. docemur. Idcirco peregrinum alterum convivam, qui non nominatur, Acestoris ad caput sedere ait Comicus, quia, ut ait ille,

— *αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον.*

Similis se simili applicat. ἕτερος proprie hic adhibetur, *alter e duobus. Brunck.*

Ἀκέστορος q). Iste cognominabatur *Σάκας*, ut do-

---

q) Hunc alii Acestora dicunt, ut Cratinus Cleobulinis dixit: *Ἀκέστορα γὰρ εἰκὸς λαβεῖν πληγὰς* etc. Fuit autem tragicus poeta, sed peregrinus et barbarus existimatus, propterea*que* dictus *Σάκας* non solum ab hoc Comico in Avibu

cet Scholiastes, quamvis ibi *Σάκος* legatur. De eodem isto in Avibus 30. *νόσον νοσοῦμεν ἐναντίαν Σάκᾳ· ὁ μὲν γὰρ ὢν οὐκ ἀστὸς εἰσβιάζεται* etc. ubi scholia: *οὗτός ἐστιν Ἀκέστωρ τραγῳδίας ποιητής. ἐκαλεῖτο δὲ Σάκας διὰ τὸ ξένος εἶναι. Σάκες γὰρ οἱ Θρᾷκες εἰσί.* Apparet autem, eundem et Acestorem et Acesterum dictum esse. *Bergl.*

1261. *τὰ σκόλι' ὅπως δέξει καλῶς.* Erant carmina quaedam convivalia. *Bergl.* Eleganter Attico more subauditur *ὅρα*. Recte autem et ex antiqua consuetudine dixit *δέξει* pro *δέξῃ*. Nam accipiebatur et tradebatur poculum, quod a cantus victoria *ᾠδὸς* dicebatur, non servato ordine discumbentium, unde putant *σκολίου* nomen, quia serpentis more flectebatur ad eius poculi sive ramorum lauri vel myrti tributionem. Alii dicunt lyram oblique per convivas circumdatam *σκολιῷ* nomen dedisse. Sed tres modos antiqui scoliorum habuerunt quos recitabant in conviviis. Primus quum omnes concinebant, ut in nuptiis: secundus quum ordine et per singulos id fiebat, ut in sodalitatibus: tertius quum non feriatim nec servato ordine eligebantur *συνετοί*. Certe Hesychius ait scolia *μόνους συνετοὺς* cecinisse. Et fortassis e contrario sic dicta, quia *δύσκολα τοῖς ἀξυνέτοις*. Scolion et paean eadem fere sunt iisdemque quasi numeris, sed hoc differt paean, quod raro sine epiphtegmate recitatur, quamvis paeanes inveniantur, qui acclamationem non habeant, ut in Aristotelis paeane notat incomparabilis heros Iul. Caesar Scaliger in poetices libris, quem operae est pretium legere super hac materia. Eustathius *σκόλιον* vocat *παροίνιον ᾆσμα* in lib. IV. Iliad. et vetus laudat scolion, cantatum de Alcmaeonidarum fortitudine, qui in obsidione Lipsydrii fortiter fece-

---

statim post principium, sed etiam a Callia comico, qui in *Πεδήταις* dixit: *καὶ Σάκαν οἱ χοροὶ μισοῦσι.* sed etiam a Theopompo, qui in Tisameno (hunc Acesteri patrem vocant Graeca scholia in Avibus, qui fuit *ξένος* et *μαστιγίας*) eum et Mysum et Sacam vocat. Sunt autem *Σάκες* Thraces. Versus Theopompi apud Graecum Scholiastam exstant, sed valde corrupti, quos alibi emendatos dabimus. *Fl. Chr.*

rant et occubuerant. Nos in observationibus nostris ad Lysistratam [665.] versus eos recitavimus, quum de Lipsydrio quaesivimus. *Fl. Chr.*

1262. r) (1223. Br.) *οὐδείς γε Διακρίων δεδέξεται.* Malim legere, ut constet versus iambicus trimeter, *οὐδεὶς Διακρίων δέξεται.* [Sic etiam Bentl.] Fuerunt autem Atticae regionis tres ordines secundum Solonis leges, nempe Paraliorum, quibus praefuit Megacles, Pediaeorum, quibus Lycurgus, et Diacriorum, quibus Pisistratus. Fertur tamen Pandion regionem Diacriam distribuisse filiis suis et Lyco principatum dedisse, Aegeo regionem quae circa oppidum et arcem, Pallanti Paraliam, et Niso Megaricam. *Fl. Chr.* Quasi iste sit ex illa parte Atticae, quam habitabant *Διάκριοι.* Dicit autem Scholiastes tres fuisse partes olim factas, unam *τῶν Παραλίων*, alteram *τῶν Πεδιέων*, tertiam *τῶν Διακρίων.* Ab Herodoto in Clione *οἱ Παράλιοι* vocantur *Πάραλοι· οἱ Πεδιεῖς* autem *οἱ ἐκ τοῦ Πεδίου· οἱ Διάκριοι* vero *Ὑπεράκριοι.* [Conf. not. ad schol.] *Bergl.* Depravata est huius versus scriptura, cui emendandae nihil opis praestant codd. Post eum in B. sequitur v. 1227. tribus intermediis omissis, et vacuo reliquae paginae spatio. Ad senarii mensuram versum exaequare tentabat Florens, recisis duabus voculis, quarum altera *ὡς* sententia carere non potest. Si coniecturis in re obscura indulgere liceret, mallem, extra versum posito *ἄληθες:*

ὡς οὐ δεδέξεται Διακρίων οὐδὲ εἷς.

Sed iocum, qui hic latet, nec satis ipse capio. Rem non expediunt veteres critici, quorum nota non indigebamus ad cognoscendam antiquam Attici populi divisionem in Diacrios, Paralos et Pediaeos. Vid. Meursii Pisistratum cap. III. *Brunck.* in Supplem. [quem conf. ad Equites p. 36. ed. Lips.] Florens Christianus ita correxit, ut *γέ* expungeret, pro *δεδέξεται*

---

r) Scribe:

Φ. ἀληθές;

ὡς οὐδὲ εἷς γε Διακρίων δεδέξεται.

Ἀληθὲς inconcinne interpositum, ut fieri solet in eiusmodi vocibus, interiectionum loco usurpatis. *Hotib.*

scriberet δέξεται. id quidem recte atque ordine: de altero ego secus existimo. Illud enim cum alio est vitio coniunctum, quicum una tollatur oportet. Neque enim ἄληθες his convenit: non est *profecto*, sed *itane vero?*, et ironiam quandam habet, ab his verbis prorsus alienam. Sed cum Bdelycleo adhortetur patrem, ut cantum καλῶς, sollerter, excipiat, respondet ille:

κάλλιστά γ', ὡς οὐδεὶς Διακρίων δέξεται.

Ita particula γέ non tollenda erat, quam loco movenda potius. *Reisig.* I. p. 96.

1263. s) (1224. Br.) ἐγὼ εἴσομαι. In unam syllabam coalescunt ω ει, ut supra v. 416. ἐγὼ οὐ disyllabum est. Sophocles Phil. 585.

ἐγώ εἰμ' Ἀτρείδαις δυσμενής· οὗτος δ' ἐμοὶ —

Brunck.

1264. (1220. K.) ᾄδω δὲ πρῶτος Ἁρμοδίου t). Subaudi μέλος, ut sit carmen de Harmodio: Comicus noster in Pelargis apud Scholiastem ad 1231. ὁ μὲν ᾖδεν Ἀδμήτου λόγον πρὸς μυρρίνην, ὁ δ' αὐτὸν ἠνάγκαζεν Ἁρμοδίου μέλος. Idem in Lysistrata 1242. εἰ μέν γε τις ᾄδοι Τελαμῶνος. Sic ἀνάδων Φρυνίχου supra 269. nam et ibi subauditur μέλος: tantum hoc interest, quod ibi significatur carmen auctoris Phrynichi, non de Phrynicho. Alias dicitur Ἁρμόδιον ᾄδειν, ut in Acharn. 977. οὐδέ ποτε παρ' ἐμοὶ τὸν Ἁρμόδιον ᾄσεται. Erant autem usitata scolia de Harmodio, Telamone, et Paeane; Antiphanes comicus apud Athenaeum XI. p. 503. τὸν ᾠδὸν λάμβανε· ἔπειτα μηδὲν τῶν ἀπηρχαιωμένων τούτων περάνῃς, τόν τε Τελαμῶνα, μηδὲ τὸν Παιῶνα, μηδ' Ἁρμόδιον. Erat autem ᾠδός, *odus*, ποτήριον τὸ ἐπὶ σκολιῷ διδόμενον, ut ibidem docet Athenaeus ex Tryphone. Vide etiam ad Acharn. 977. *Bergl.*

1265. 1226. [ed. Br.], 7. 1232, 3, 4, 5, 8, 9. 1245, 6, 7, 8. Inter haec sunt scolia, quae leviter mutata, vel non, in suos usus convertit Comicus: cuius tamen

---

s) Bentleius olim scripserat ἐγὼ ᾄσομαι: sed mox coniecturam delevit.

t) Ἁρμόδιον. *Reisk.*

lepores nemo satis intellexit — neque id mirum — locus etenim valde depravatus — sic emendandus. Sed prius argumentum contexere libet, quam verba singulatim tractare. Patrem suum Philocleonem, iam moribus et studiis mutatis, edocet Bdelycleo, quomodo se gerere debeat inter epulandum apud homines beatiores: et mox fingit, coena iam peracta, adesse convivis cantandi tempus: etenim ut ipse loquitur

αὐλητρὶς ἐνεφύσησεν· οἱ δὲ συμπόται
εἰσὶν, Θέωρος, Αἰσχίνης, Φανὸς, Κλέων,
Ἀναξαγόρας τε πρὸς κεφαλῆς Ἀκέστορος
τούτοις ξυνὼν, τὰ σκόλι' ὅπως δέξει καλῶς.
ΦΙΛ. ἀλλ' ἔσθ', ὃς ἄδῃς γ', ἵκρι' ὡς τάδε δέξει εὖ;
ΒΔΕ. τάχ' εἴσομαι· καὶ δὴ πάρειμ' ἐγὼ Κλέων.
ἄδω δὲ πρῶτος Ἁρμόδιον· δέξει δὲ σύ·
„οὐδεὶς πώποτ' ἀνὴρ Ἀθηναῖος" —
ΦΙΛ. οὐχ οὕτω γε πανοῦργος ἦν κλέπτης,
ΒΔΕ. ταυτὶ σὺ κράζεις; παραπολεῖς· βοώμενος
φήσει γὰρ ἐξολεῖν σε καὶ διαφθερεῖν
καὶ τῆσδε τῆς γῆς ἐξελᾶν·
ΦΙΛ. ἐγὼ δέ γε,
ἐάν γ' ἀπειλῇ νὴ Δί', ἕτερον ᾄσομαι·
„ὁ νοῦς ἦν τις ὁ μαινόμενος μέγα τι κράτος
ἀντρέψαι τάχα τὰν πόλιν· ἃ δ' ἔχεται ῥοπᾶς."
ΒΔΕ. τί δ', ὅταν Θέωρος, πρὸς ποδῶν κατακείμενος, —
ΦΙΛ. ἄδῃ, Κλέωνος λαβόμενος τῆς ἴξυος,
„Ἀδμήτου λόγον ὦ ταῖρε μαθὼν, τοὺς ἀγαθοὺς
φίλει·
τῶν φαύλων δ' ἀπέχου· γνοὺς ὅτι φαύλων ὀλίγα
χάρις."
ΒΔΕ. Φανῷ τί δὲ δέξει σκόλιον;
ΦΙΛ. ᾠδικὸς λέγω·
„οὐκ ἔστιν ἀλωπεκίζειν Φανὸν,
οὐδ' ἀμφοτέρως γίγνεσθαι φίλον."
ΒΔΕ. μετὰ τοῦτον Αἰσχίνης ὁ Σέλλου δέξεται —
ΦΙΛ. „χρήματα κἀν βίᾳ"
Κλειταγόρας λάκων.
ΒΔΕ. ἀνὴρ δ' ἄσοφος κἄμουσος Ἀκέστωρ ᾄσεται —
ΦΙΛ. „μετὰ Θετταλῶν δὴ πολλά μοι"
διεκόμπασας σύ γ' ἐκ πανοῦ.

Quo melius horum verborum lusus aperiatur, opus est annotatione prolixiori: quam tamen nemo

refugiet, qui Comicum intelligere volet. Inter coenam quinque convivae interfuerunt. Quorum omnes, suo quisque ordine, scolion canere finguntur: quod Philocleo a proprio ad ridiculum sensum detorquet. Hinc versum de Harmodio ad Cleona deflectit, qui aliquoties bona publica surripuit. Et similia dici possunt de ceteris, ut mox exponam. Nunc mutationes verborum percurrere libet.

1221. Vulgo *ξένος τις ἕτερος*. At Comicus in tali loco non hominem quemlibet peregrinum, sed specialiter aliquem proprio nomine insignire debuit; neque aliud fecit. Cur reposuerim *Ἀναξαγόρας*, vide ad 1232.

1223. Vulgo *ἀληθὲς ὡς οὐδείς γε διακρίων δὲ δέξεται*. Inde erui *ἀλλ' ἔσθ', ὅσ' ἄδης γ', ἵκρι' ὡς τάδε δέξετ' ἔν*. Dixerat *ΒΔΕ. τὰ σκόλια δέξει καλῶς*. At *ΦΙΛ.* sciscitatur utrum sedes, i. e. mensae vel theatro appositae, sint bene recepturae quaecunque ipse canat. Amphibolia est in *ἵκρια τάδε* et *τάδε, ὅσα γ'*. Quae sint *ἵκρια*, patet e Suid. *ἵκρια, ὀρθὰ ξύλα ἢ σανιδώματα τῆς νηὸς καὶ τὰ τῶν θεάτρων — πρὶν γενέσθαι τὸ θέατρον, ξύλα ἐδέσμενον καὶ οὕτως ἐθεώρουν. Ἀριστοφ. Θεσμοφ.* (402.) *ὥστ' εὐθὺς εἰσιόντες ἀπὸ τῶν ἱκρίων*. Ubi *ἵκρια* primam producit.

1224. Vulgo *ἐγὼ εἴσομαι*. Sed *ἐγὼ* displicet repetitum. Formula nota est *τάχ' εἴσομαι*. Cf. Ach. 331. Iph. A. 970. *τάχ' εἴσεται*. Phoen. 260. ibid. Pro *γάρ εἰμ'* dedi *πάρειμ'*: vid. ad Aeschyli Suppl. 257. et Herc. F. 1237.

1226. Vulgo *ἐγένετ' Ἀθηναῖος*. Bentl. *ἔγεντ'*: Elmsl. ad Ach. 978. in Auct. [supra p. 256.] *γένετ' ἔν γ'*. Mox vulgo deest *ἦν*.

1228. Vulgo *δράσεις*. Reposui *κράζεις*. Cf. Plut. 369. *σὲ μὲν οἶδ' ὃ κρώζεις*. Mox inepte *παραπολεῖ*.

1232. Vulgo *ὤνθρωφ'*. At scholia exhibent ex Alcaeo *ὤνησεν οὗτος*, corrupte pro *ἄνους ἦν τις ὁ*: et ex *ἄνους* fit *ανους* i. e. *ἄνθρωπος*. Scripsit quidem Lyricus de tyranno, fortasse Myrtilo; qui

ἄνους ἦν τις ὁ μαινόμενος μέγα τι κράτος,

ἀντρέψαι ταχὺ τὰν πόλιν· ἃ δ' ἔχεται ῥοπᾶς·

Schol. τάχα τρέψεις et ἀνατρέψεις ταχέως. At verba aliquantisper mutavit Comicus in ὁ νοῦς ἦν τις ὁ μαινόμενος, Anaxagoram ridendi causa; qui dictus fuit per iocum ὁ νοῦς, teste Plutarcho in Pericle p. 154. B. Nunc tandem intellige cur reposuerim Ἀναξαγόρας τε pro ξένος τις ἕτερος in v. 1221. Mox τὸ μέγα in μέγα τι mutatur. Saepe τι sic reperitur post ὀλίγον, σμικρὸν, βραχὺ necnon πολὺ, et μέγα.

1235. Pro δεξιᾶς reposui ἴξυος scil. *penis*. Cf. Vesp. 1382. τουδὶ λαβομένη τοῦ σχοινίου. Ach. 1121. καὶ σὺ, παῖ, τοῦδ' ἀντέχου. ibid. 1215. τοῦ πέους ἄμφω μέσου προσλάβεσθ' ὦ. Eupolis apud Etymol. v. κόντιλος sic legendus — εἶμι· παῖς, σὺ δὲ τούτου γ' ὄπισθεν καταλαβοῦ τοῦ κοντίλου: ubi puer aliquis caecum hominem membro illo, potius quam manu, ducebat.

1237. Bene sit Scholiastae conservanti alterum τῶν δειλῶν δ' ἀπέχου γνοὺς ὅτι δειλῶν ὀλίγα χάρις. At cum ῥίψασπις fuit Cleon, parum decuit Theorum illi ignaviam exprobrare. At potuit idem amicus, cum vidit Cleonis amorem erga homines parum validos, illi in memoriam revocare vetus dictum ὅτι τῶν φαύλων ὀλίγη χάρις, quod et in animo habuit Plato in Symposio p. 520. G. τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἑκάστου τοῦ σώματος καὶ ὑγιεινοῖς καλὸν χαρίζεσθαι καὶ δεῖ — τοῖς δὲ κακοῖς καὶ νοσώδεσιν αἰσχρόν τέ ἐστιν καὶ δεῖ ἀχαριστεῖν. Ad idem scolion respexit Apollonid. Epigr. v. ἐξ ὀλίγων ὀλίγη χάρις. Igitur reposui φαύλων pro δειλῶν. Unde patet Theorum esse φαῦλον.

1238. Vulgo τούτῳ τί λέξεις σκόλιον ἀδικὸς ἐγώ. MSS. ᾠδικῶς, cum Fl. Chr. At Bergler. ᾠδικός: et sic Antiatticista — exponens per εὖ ᾄδων. Rescripsi igitur λέγω pro ἐγώ. Paulo ante dedi δέξει vice λέξεις. At σ adhaesit e σκόλιον. Dein Φανῷ pro τούτῳ. Causa etenim non fuit cur Phanus suum scolion omitteret. Illud fuit haustum, ut e scholiis coniici potest, e Praxilleis: quae poetria scripsit fortasse καλὸν in eo versu, ubi restitui Φανὸν ob φίλον omissum: neque obiici debet metrum; etenim φίλος primam producit apud lyricos.

1242, 3, 4. In his inest duplex sensus. Cleitago-

ra, cuius scolion est illud *χρήματα κἂν βίᾳ*, fuit *ποιήτρια Λακωνικὴ* teste Schol. ad Lys. 1239. Hinc quivis *Λάκων* dici potest *Κλειταγόρας*. At Sellus fuit olim pauper; postea dives factus est, teste Schol. ad Av. 824. fortasse paederastis nimis facilem se praebendo, muneribus Laconum corruptus: ideoque *δέξεται σκόλιον Κλειταγόρας λακὼν „χρήματα κἂν βίᾳ“* utpote *συμπότης* — vel utpote *Λάκων δέξεται χρήματα καὶ Κλειταγόρας* (Spartanos) *ἐν βίᾳ*. Cum scolio Cleitagorae conferri debet Aristodemi Spartani dictum, cuius meminit Alcaeus in Fragm. XXVIII. sic legendo,

ὡς γὰρ δὴ τόδ' Ἀριστόδαμός φησιν οὐκ ἀπάλαμνον·
„Σπάρτᾳ χρήματ' ἀνὴρ· πενιχρὸς δ' οὐδὲν ὤν, λέγει ἐσλός.“

ubi *οὐδὲν ὤν* usurpatur ut *μηδὲν ὤν* in Aiac. 766. *οὐδὲν ὤν* ibid. 1218. Tro. 1010. et *οὐδὲν ἦν* ibid. 1162. et *οὐδέν ἦτ' ἄρα* in Iph. T. 569. Spartani mentem expressit Horatius: *virtus, nisi cum re, vilior alga est*, et Cleitagorae *χρήματα κἂν βίᾳ* per suum *rem facias, rem: si possis, recte; si non, quocunque modo, rem.*

1244. E vulgatis *ἀνὴρ σοφὸς μουσικὸς κἄτ' ἄσεται*, quae nulla ratione conciliari possunt cum verbis Schol. *ὡσεὶ μὴ σοφὸς οὐδὲ μουσικὸς*, erui *ἀνὴρ δ' ἄσοφος κἄμουσος Ἀκέστωρ ἄσεται*. Ubi iocus est in *δ' ἄσοφος* et *δὲ σοφὸς* necnon *καὶ ἄμουσος* et *καὶ Μυσός*. Etenim Acestor fuit malus poeta et Mysius, teste Schol. ad Av. 31. *οὗτός ἐστιν Ἀκέστωρ, τραγῳδίας ποιητὴς, ἐκαλεῖτο δὲ Σάκας. — Θεόπομπος δὲ καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ Σάκαν προσηγόρευσεν Τισαμένῳ — ὁ δὲ αὐτὸς καὶ Μυσὸν ἐκάλεσεν· εἰς δὲ τὴν ποίησιν αὐτοῦ πεχλευάκασι, Καλλίας μὲν ἐν Πεδήταις, καὶ Σάκον οἱ χοροὶ μισοῦσι, Κρατῖνος ἐν Κλεοβούλοις Ἀκέστορα γὰρ ὥμως εἰκὸς λαβεῖν πληγὰς ἐὰν μὴ συστρέψῃ τὰ πράγματα.* Ibi comicorum fragmenta sic lege — *καὶ Σάκαν Ὃν οἱ χοροὶ μισοῦσι*, et — *Ἀκεστοραμυσον εἰκὸς ἦν λαβεῖν Πληγὰς, ἐὰν μὴ συστρέφῃ τὰ δράματα.* Ubi luditur in *Ἀκέστορα Μυσὸν* et *Ἀκέστορ' ἄμουσον*. Idem lusus restituit debet Theopompo, cuius fragmentum servat Schol. ad Vesp. 1216. *Ἀκέστερος — ὃς ἐκαλεῖτο Σάκος. Θεόπομπος Τισαμένῳ· οὐ κοινῶς ξένον ἀλλὰ Μυσόν· τὸν δὲ Μύσιον Ἀκέστερον ἀναπέπεικεν ἀκολουθεῖν ὁμοίως.* Lege — *ὃν οὐ Κοινῶς ξένον ἀλλαμυσαν*

οἶδα Μυσίων, Ἀκέστορ' ἀναπέπεικεν ἀκολουθεῖν ἐμοί — καὶ, ὦ πολῖται, δεινὰ πάσχω. Τίς πολίτης δ' ἐστὶ σοὶ πλὴν Ἀρσάκας ὁ Μυσὸς καὶ τὸ Καλλίου νόθον. Lege πλὴν Σάκας Μυσός τ' Ἀκέστωρ καὶ τὸ — Inter quae ἀλλαμυσον est vel ἀλλὰ Μυσὸν vel ἀλλ' ἄμουσον. Et Σάκας et Ἀκέστωρ erant Mysii.

1246. Ad πολλὰ δὲ διεκόμισας adscripsit Schol. τοῦτο, φησὶν, ἐπάξω πρὸς τὸ σκόλιον Αἰσχίνου, ἐπεὶ κομπαστὴς ἦν. Recte hoc. Ad Av. 823. τά τ' Αἰσχίνου γ' ἅπαντα monet Schol. ὅτι οὗτος πένης, θρυπτόμενος καὶ αὐτὸς ἐπὶ πλούτῳ — καὶ λέγων ἑαυτὸν πλούσιον. Idem fuit, sicut Theagenes teste Schol. Av. 823. et 1126. dictus καπνὸς, teste Schol. ad Vesp. 324. unde, ut id obiter moneam, bene intelligas Vesp. 151. ὅστις πατρὸς νῦν τοῦ καπνίου κεκλήσομαι. Haud male igitur erui διεκόμπασας σύ γ' ἐκ καπνοῦ. Quibus verbis, fortasse e carmine quodam Acestoris desumtis, intelligi hoc voluit Comicus, quod Acestor, iactationibus Aeschinis inductus, cum profectus esset Thessaliam lucri causa, et rediisset inops, Aeschinem incusabat et illum una cum vocibus eius fumo comparabat. *G. Burges* in Classical Iournal XXXI. p. 37 — 41.

1266. (1222. K.) οὐχ οὕτω γε πανοῦργος. Nempe ὡς ἔστι Κλέων. quia alter fingebat se Cleonem esse. In Equit. 248. de eodem: χάρυβδιν ἁρπαγῆς, καὶ πανοῦργον, πολλάκις γὰρ αὖτ' ἐρῶ· καὶ γὰρ οὗτος ἦν πανοῦργος πολλάκις τῆς ἡμέρας. *Bergl.* Lege ὡς σὺ κλέπτης. *Bentl.*

1267. (1228. Br.) Vulgo sic legitur hic locus:

τουτὶ σὺ δράσεις; παραπολεῖ βοώμενος.
φήσει γὰρ ἐξολεῖν σε.

Quae partim depravata sunt, partim male interpuncta. δράσεις a sententia alienum est. Marklandus ad Euripidis Suppl. 932. sensum adsecutus est, duabus tantum literis a genuina scriptura aberrans. Sic ille reponendum censet:

τουτὶ σὺ δ' ᾄσεις; παραπολεῖ. βοώμενος
φήσει γὰρ —

Sed, ut bene observat Koenius ad Corinthum p. 49. [119.] *qui futurum medium ᾄσομαι posuerat v.* 1251. *eum loco tam vicino* ᾄσεις *scripsisse, probabile non est. Non displiceret* τουτὶ σύ γ' ᾄδεις, *quoniam praesens*

tempus est et v. 1225. ᾄδω δὲ πρῶτος. Verissima est haec emendatio. Nam activa forma futuri a verbo ᾄδω Comicus noster non utitur, sed media duntaxat ᾄσομαι, quod sagaciter observavit Dawesius ad Pacis v. 1297.

οὐ πράγματ' ᾄσει· σώφρονος γὰρ εἶ πατρός.

Vulgo ibi legebatur ᾄσεις. Finale ς e sequente voce adhaesit, quod agnoscit etiam Koenius loco laudato. *Brunck.* Recte habet δράσεις. cf. 1503. et quae nos ad Thesm. 512. *Hotib.*

1270. ἕτερον. Sic Brunckius et Invernizius tacite. Veteres editiones omnes ἑτέραν.

1271. (1232. Br.) Ineptissime vulgo scolion hoc, quod Philocleo canit, Choro tribuitur, cuius nullae hic sunt partes. Ad fidem codicis A. personas in ordinem reposui, quod et absque illius ope quivis facere poterat [et fecit Bentl.]. *Brunck.* Hoc scolion Alcaei esse docet Scholiastes. *Bergl.*

Inter Schol. Ald. ὤνησεν οὗτος καὶ μαιόμενος ζάμεγα κράτος: unde Bentl. in textum reposuit μαιόμενος et ὦ ἀνὴρ vice ἄνθρωφ'. verum in folio quodam ad finem libri haec scripsit. „Sic legendum esse credo. Scolium est.

1mus. ὤνθρωφ' οὗτος ὁ καὶ μαινόμενος τὸ ζάμεγα κράτος.
2dus. ἀντρέψει τάχα καὶ τὰν πόλιν· ἃ δ' ἀντέχεται ῥοπᾶς.

Alcaici sunt. Haec confirmare facile est e Schol. Immo certissima emendatio est haec, quae sequitur.

ἄνθρωφ' οὗτος ὁ μαινόμενος τὸ μέγα κράτος
ἀντρέψει τάχα τὰν πόλιν· ἃ δ' ἔχεται ῥοπᾶς."

Editor adnotationum Bentleii.

ὁ μαινόμενος. Cleonem *insanum* dicit. Thucydides l. IV. καὶ τοῦ Κλέωνος καίπερ μανιώδης οὖσα ἡ ὑπόσχεσις ἀπέβη. *Bergl.*

1272. τὸ μέγα κράτος. Ex Alcaeo melico haec derivat in Cleonem, cuius erat praecipua auctoritas; quem tamen insanum et dementem hic ostendit. Dictum autem, ut arbitror, τὸ μέγα κράτος ex vulgi opinione, proinde ut in actis Apostolorum Simo magus dicebatur ἡ δύναμις τοῦ θεοῦ ἡ μεγάλη. Sunt autem hi

duo versus dactylici. *Fl. Chr.* Ut τὰ μέγα ὄφελος. Lucianus in Timone: χαῖρε, ὦ Τίμων, τὸ μέγα ὄφελος τοῦ γένους, τὸ ἔρεισμα τῶν Ἀθηναίων, πρόβλημα τῆς Ἑλλάδος. *Bergl.*

1273. ἀνατρέψεις ν) ἔτι. Videtur Scholiastes legisse τάχα, aut potius apud Alcaeum sic legi. Evertes, inquit, statum civitatis, quae vergit ad exitium satis: hoc enim est ἄδ' ἔχεται ῥοπᾶς. Cicero in epistolis ad familiares sic videtur dixisse, *res inclinari coepit.* Sic ille apud Suidam historicus: ὁ δὲ νομίσας ἐπὶ ῥοπῆς κεῖσθαι τὴν τῆς πατρίδος ἡγεμονίαν etc. *Fl. Chr.* Scribe ἀντρέψεις cum Reiskio et Gaisfordio ad Hephaestion. p. 275. Versus sunt Aeolici.

1275. x) (1236. Br.) πρὸς ποδῶν. Sic ambo codd. Mendosam impressorum lectionem, vel metro ipso flagitante, quivis corrigere poterat, πρὸ ποδῶν. Sic supra 1221. πρὸς κεφαλῆς. *Brunck.*

1276. ᾄδει. Ita omnes quas vidi edd. Debebat ᾄδῃ propter antecedens ὅταν. *Bergl.* ᾄδῃ. Soloece vulgo ᾄδει. *Brunck.*

1277. Ἀδμήτου λόγον y). Etiam Alcaeo tribuitur hoc scolii principium, quod ab aliis grammaticis etiam memoratur cum secundo versu simili i. e. choriambico, qui sic habet: τῶν δειλῶν δ' ἀπέχου, γνοὺς ὅτι δειλῶν ὀλίγα χάρις. Metrum par illi Horatiano: Maecenas atavis etc. Hinc autem patet scolia olim cantata in laudem fortium et nobilium virorum et saepe fuisse bona dicta et sententias frugi. Sunt autem qui illud scolion Ἀδμήτου tribuant Praxillae, cuius sunt alia sequentia, si Scholiastae credimus: nam scripsit illa etiam ᾄσματα παροίνια. Alii illa superiora volunt esse Sapphus. Tamen saepius ex Simonide et Stesichoro eiusmodi cantilenae sumebantur. Plutarchus in opusculo de musica Terpandrum

---

ν) F. ἀνατέτραφ' οὗτος, *evertit hic — Reisk.*

x) Praefigenda persona Bdelycleonis. *Reisk.* Scilicet in vett. edd. haec Choro continuabantur.

y) V. Ilgenii scolia p. 73.

facit scoliorum inventorem. Idem in Symposiacis lib. I. scoliorum etymon inter alia non rectum memorat, nempe quia cani solerent ab hominibus iam ebrietate tortuosis, myrtum tenentibus, quae ἄσαχος dicta vel αἴσαχος potius: nam male hactenus interpretes (Amyotum nostratem excipio) legerunt vel ἄδαρχον vel ἄσαρον. Est autem αἴσαχος ramus laureus, qui etiam ἄσαχος potuit dici παρὰ τὸ ᾄσαι, quod est canere, et ἔχειν, tenere, quia a canente ramus tenebatur vel ex lauro vel ex myrto. Aeschylea canebantur cum myrto, Homerica cum lauro. Ceterum Admeti ille sermo respicere videtur Alcestin, quae pro viro suo non recusavit mori, atque ideo scolia et luctuosa Caricaque mele canebantur, quae ipsam Proserpinam adegerunt ad reddendam auris vitalibus Alcestida: quamvis Euripides ab Hercule factum hoc scripserit, qui cum Parcis et Morte luctatus sit et victor abierit. Alii censent, exsulem Admetum a Pheris urbe paterna (male apud grammaticos habes ἐκφέρων: legendum enim ἐκ Φερῶν) venisse ad Theseum iuniorem filium Alcestidis et Hippasi, et in ipsius regione habitantem, sermonem eum, in quem scolion factum est, habuisse. Sed secundus versus quem recitavimus videtur potius ostendere Herculem ἄνδρα ἀγαθὸν et strenuum et procul ab ignavia vel δειλίᾳ remotum. Quae quum recenset hic Comicus, Theorum ῥιψάσπιδα insectatur et cum Cleone suggillat. *Fl. Chr.* Hoc etiam principium scolii alicuius dicit esse Scholiastes et addit sequentia: τῶν δειλῶν δ' ἀπέχου, γνοὺς ὅτι δειλῶν ὀλίγα χάρις. Exstat et apud Athenaeum XV. p. 695. *Bergl.*

1279. (1240. Br.) ἀδικὸς ἐγώ ἔ). Fortassis melius ὠδικῶς ἐγώ, ut subaudias λέξω. Nam diximus supra ᾠδὸν vocari poculum quod cantus gratia circumferebatur in conviviis. Quam lectionem si recipis, versus erit iambicus trimeter. Sed et versus sequens, si legis οὐκ ἔστ' ἀλωπεκίζειν, dimeter erit catalecticus, similis multis anacreonticis. Est autem ἀλωπεκίζειν decipere et adulari, qua voce mores notat Theori. *Fl. Chr.* ὠδικῶς ἐγώ. Sic ambo codd. optime. In vett. editt.

---

a) ἀδικεῖς, ἐρῶ, *inique agis, dicam. Reisk.*

excusum ἀδικὸς ἐγὼ, vel ἀδικὸς, omisso in quibusdam ι subscripto. Kusterus multo peius edidit ἄδικος ἐγώ. Berglerus verterat, *iniurius ego:* quod profecto est longe absurdissimum. In nota autem imperitiam suam metricarum legum turpiter prodit. *Aldina, Iuntina et Brub. ᾀδικὸς cum iota subscr. Forte ᾠδικός.* Immo, o bone, ᾠδικῶς: nam istud, quod suades, versum pessundat, pyrrichio in quintam sedem illato. *Brunck.*

1280. ἀλωπεκίζειν. Scholia: πανουργεῖν, κολακεύειν, ut πιθηκίζειν infra 1281. Hoc in Theorum canit, qui erat adulator. Vide supra 45. *Bergl.*

1283. ἀνὴρ σοφὸς καὶ μουσικός. Per ironiam ista, vel, tam sapiens et doctus quam musicus et cantor. Sunt autem tres sequentes versus dactylici e cantilena vel scolio vulgato, quod Clitagora dicebatur, ut Harmodii melos quod in Harmodium, et Admeti quod in Admetum, et de ipsa Clitagora canebatur quae Thessala fuit et poetria, quod melos vel scolion factum videtur eo tempore quo Thessali Athenienses copiis socialibus auxerunt in bello, quod contra Hippiam et Pisistratidas tyrannos gesserunt. *Fl. Chr.*

1284. (1237. K.) χρήματα. Quia Aeschines iste semper iactabat magnas quasdam opes; quas tamen possidere non credebatur. Hinc Comicus in Avibus 825. dicit opes illas esse in urbe, quae in aëre sit aedificata: ἆρ' ἔστιν αὕτη γ' ἡ Νεφελοκοκκυγία, ἵνα καὶ τὰ Θεαγένους τὰ πολλὰ χρήματα, τά τ' Αἰσχίνου γ' ἅπαντα. *Bergl.* Pro βίαν Tyrwhittus coniicit βίον.

1285. (1238. K.) Κλειταγόρα. In Lysistr. 1242. ubi etiam de scoliis: εἰ μέν γε τις ᾄδοι Τελαμῶνος, Κλειταγόρας ᾄδειν δίον, ἐπηνέσαμεν ἄν. Fuit autem poetria, ut hic ad Vespas Scholiastes ait, Thessala; ut autem ad istum Lysistratae locum Scholia antiqua, a cl. Kustero nuper edita, fuit Laconica. *Bergl.*

1287. πολλὰ δή — Sic bene uterque cod. [et Victorianus in Act. Monac. I. 3. p. 390.]. Perperam in impressis πολλὰ δὲ — *Brunck.* πολλὰ δὲ διεκόμισας. Ad scolion, inquit, quod incipit χρήματα, hoc etiam addam, multas nempe pecunias importasti, tuque et ego. Erat ille Aeschines magnus et falsus iactator,

qui propterea, ut diximus, dictus *καπνός*. Est autem *ἐπιεικῶς* positum pro *πάνυ*, quam loquendi rationem etiam Gallofranci frequentamus. Dicimus enim sic *il y en a honestement*, id est admodum et affatim. *Fl. Chr.* *πολλά*. Scil. *χρήματα*. quasi dixisset, hoc quod iam recitabo, subiungam scolion Aeschinis scolio. *Bergl.* *διεκόμισας*. Ita ed. nupera et Brubachii. Aldina, Iunt. et Farrei *διεκκόμισας*. *Bergl.*

1289. Hic versus et duo seqq. usque ad *μηδαμῶς* recte in binis codd. filio continuantur. Ita in impressis confusae sunt personae, ut vix cum magno labore se quis ex hoc diverbio extricare possit *a*). *Brunck.*

1291. *ἵνα μεθυσθῶμεν διὰ χρόνου*. Infra 1467. *ὡς ἔπιε διὰ πολλοῦ χρόνου*. *Bergl.* Videtur distinguendum post *χρόνου*, tum post *μηδαμῶς*, ut sit velut correctio animi ebrietatem meditantis et ex incommodis contingentibus vinum culpantis. Est autem haec sententia velut praeparatio ad catastropham: nam hic senex temulentior miros postea ludos dedit. Ceterum Chrysus hic est pueri vel servuli nomen, ut apud palliatam Terentii Chrysis. Apud ithyphallicos et obscoenos scriptores legitur *aureus puer:* sed neque puer est illic servus (potius enim ephebus, et ad aetatem, non ministerium, refertur), et *τὸ aureus* pulcrum tantum significat, ut saepe purpureus. *Fl. Chr.*

1295. *πατάξαι*. Scholiastes commemorat variam lectionem *καταράξαι*.

1295. *οὐκ ἦν ξυνῆς γ'* — Sic tacite Invernizius. Ab reliquis libris abest *γε*.

1296. *παρῃτήσαντο*. Id est alloquio lenibant et consolabantur patientem vel liberabant culpa, ita ut qui laesus est cogeretur sic delinitus et ridiculis tuis iocis affectus culpam condonare et sine studio ulciscendi discedere: hoc enim volunt sequentia verba *ἀφεὶς σ' ἀποίχεται*. Sic Herodotus dixit *παρῃτεῖτο τὸν*

---

a) 1288. Bdelycleoni, 1288 — 1294. Philocleoni vulgo tribuuntur. Personarum distinctionem etiam Bentl. emendavit.

Πέρσην. τυγχάνων δὲ οὐδενὸς ὢν ἐδέετο, αὐτὸς ἔλυσεν. i. e. *ἐλιπάρει* vel *παρεκάλει. Fl. Chr.*

1298. (1251. K.) *Αἰσωπικὸν γέλοιον ἢ Συβαριτικόν.* Ridicula Aesopica et Sybaritica eadem esse puto, neque aliter censent Hesychius et Suidas. Tamen Graecus Scholiastes vult Sybariticas fabulas de quadrupedibus esse, Aesopicas de hominibus. [Vide not. ad schol.] Sed ego non credulus sum huic Scholiastae hac in parte, ut neque quum differre facit *αἶνον* et *μῦθον*, quod quia erudite, ut nihil supra, refutatur a summo critico Iul. Caes. Scaligero, non ultra operam dabo confirmandae veritati. Caelius Rhodiginus litteris mandatam huius grammatici opinionem de aeno et mytho videtur probare: sed vir ille suo seculo incomparabilis plura congessit quam digessit, neque semper iudicii acrimoniam eam adhibet, qua princeps discipulus ille Scaliger omnibus merito admirabilem se ostendit et longe *κρείττονα διδασκάλων*. Fabulae sive apologi definitionem Horatius videtur complexus hac sententia: ridentem dicere verum, quid vetat? Hinc vero apparet non solum cantus in conviviis, sed et mimos et scurras locum habuisse, ut videre est in Xenophontis et Platonis symposiis. *Fl. Chr.* Supra 563. *οἱ δὲ λέγουσιν μύθους ἡμῖν, οἱ δ' Αἰσώπου τι γελοῖον. οἱ δὲ σκώπτουσ' ἵν' ἐγὼ γελάσω, καὶ τὸν θυμὸν κατάθωμαι. Bergl.* Vide Hesychium in *Συβαριτικοὶ λόγοι*, et Fabricium Bibl. Gr. l. II. cap. IX. §. 5. et 6. *Brunck.*

1299. *ἐς γέλων τὸ πρᾶγμ' ἔτρεψας.* Thucydides VI. *ἐς γέλωτα ἔτρεπον τὸ πρᾶγμα. Bergl.*

1301. *μαθητέον γ' ἄρ' b) — λόγων.* Hic *λόγοι* sunt fabulae, quae propterea apologi dicti, quia desultoriae sunt a ficto a verum, et Aesopus ipse dictus *λογοποιός*. Vere autem Philocleo ediscendas sibi fabulas multas ait, si quidem hoc unum pretium erit et hostimentum omnium quae commissurus est facinorum. Quod quidem licere sibi putavit: nam postea laesis a se et afflictis fabulas narrat. *Fl. Chr.* In Nubib. 116. *ἦν οὖν*

---

b) Hermannus ad Orphica p. 216. corrigit *τ' ἄρ'*. Elmsleius ad Acharn. p. 103. *τἄρ'*. *Γε ἄρα* non dicitur.

μάθῃς μοι τὸν ἄδικον τοῦτον λόγον, ἃ νῦν ὀφείλω διὰ σέ, τούτων τῶν χρεῶν οὐκ ἂν ἀποδοίην οὐδ' ἂν ὀβολὸν οὐδενί. Bergl.

1304. *c*) et sqq.

πολλάκις δὴ δοξ' ἐμαυτῷ δεξιὸς πεφυκέναι,
καὶ σκαιὸς οὐδεπώποτε,
ἀλλ' Ἀμυνίας ὁ μαλλὸς (Κρωβύλου δ' οὐ ζεῦγος ἦν)
πεινῇ γάρ, ἥπερ Ἀντιφῶν
αὐτὸς, ὃν γ' ἐγὼ ποτ' εἶδον ἀπό τε μήλου καὶ ῥοιᾶς
δειπνοῦντα μετὰ Λεωγόρου —
ἀλλὰ πρεσβεύων γὰρ εἰς Φάρσαλον
ᾤχετ'· εἶτ' ἐκεῖ μόνος μόνοισι
τοῖς Πενέσταισιν ξυνῆν, τῶν Θετταλῶν
αὐτὸς ὢν πένης ἐλάττων οὐδένος.

V. 3. Vulgo *ὁ Σέλλου μᾶλλον οὐκ τῶν κρωβύλου.* At monuit Schol. Selli filium esse Aeschinem et non Amyniam: uterque tamen erant valde hirsuti, alter dictus *Κομητ — Ἀμυνίας* in Vesp. 464. (ubi ineptit Schol.) ideoque hic dici potest *μαλλὸς* (— vel *ἡ καθειμένη κόμη*, ut apud Euripid. Bacch. 113. *λευκοτρίχων πλοκάμων μαλλοῖς*): alter quoque dici potest *κρώβυλος*, ut Hegesippus apud Hesychium sic ope codicis legendum: *κρωβυλος, ὁ μαλλὸς τῶν παίδων ἢ ὁ κόρυμβος· ἐκ πλοκῆς γάρ ἐστιν ἡ ἀνηνεγμένη (κόμη) ἀπὸ μέσου τοῦ μετώπου ἐπὶ τὴν κορυφήν· οὕτω δὲ καὶ ὁ ῥήτωρ Ἡγήσιππος — ἐκαλεῖτο.* Potest quoque dici *Κρωβύλου ζεῦγος*, sensu duplici. Etenim fuit *Κρωβύλου ζεῦγος*, utpote gerens duos crinium nodos: necnon *Κρωβύλου ζεῦγος* eatenus, quod Aeschines et Crobylus erant par ignobile. Suid.

---

c) Nunc sub chori persona loquitur poeta et utitur versibus parabaticis. Haec enim prosoda vel accentus novem constat colis: primus trochaicus catal., secundus dimeter iambicus acatal., tertius, quartus et septimus trochaici primo similes, quintus secundo, etsi tribrachum pro iambo habet, octavus et nonus iambici trimetri. Nam quod octavus videtur longior et tetrametrum explere vel quadratum, existimavi illa *τοῖς Θετταλῶν* esse glossema *τοῦ Πενέσταισι*. Nam Penestas esse Thessalos quis unquam dubitavit? Si quis hanc rationem non admittit, poterit eum versum habere pro tetrametro. *Fl. Chr.*

Κροβύζου ζεῦγος· ἐπὶ τῶν ἐπὶ κακίᾳ καὶ πονηρίᾳ σπενδομένων. Τοῦτο δὲ εἴρηται ἀπὸ Κροβύζου πορνοβοσκοῦ τινος, δύο ἔχοντος ἑταίρας ἐπὶ ὀλέθρῳ πολλῶν· Κροβίζου οὖν ζεῦγος ἐπὶ διασύρμῳ δύο ὁμονοούντων· οὓς πρότερον τοῦ ἀναπνεῖν φασιν ἢ τοῦ κακουργεῖν παύσασθαι. Verum ibi emendatur *Κρωβύλου* ex Hesychio, *Κρωβύλου ζεῦγος. Παροιμία ἐπὶ τοῖς ὑπερβαλλούσῃ κεχρημένοις πονηρίᾳ. Μετενήνεκται δὲ ἀπὸ πορνοβοσκοῦ τινος.* At gl. habet Harpocration utilissimam ad emendanda Hesychii verba in *Κρώβυλος — οὕτω δὲ Ἡγήσιππος καὶ δήγγος ἐκαλεῖτο Κρώβυλος. καὶ ὁ μαλλὸς τῶν αἰδοίων:* sed Harpocration exhibet *Κρώβυλος Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος Ἡγήσιππος μέν ἐστιν ὁ Κρώβυλος ἐπικαλούμενος.* At fuit olim ibi *Κρώβυλος Αἰσχίνης (μὲν ἐν Σφηξὶν) ἐν δὲ τῷ κατὰ Κτησιφῶντος Ἡγήσιππος ὄνομ' ἐστὶν ἐπικαλούμενος:* lege igitur in Hesychio: *καὶ Αἰσχίνης ζεῦγος ἐκαλεῖτο Κρωβύλου.* Unde intelligi potest *Σ. λλου* esse gl. ab eius manu, qui bene noverat per *Κρωβύλου ζεῦγος* innui *τὸν Σέλλου.* Haud male igitur ex *μᾶλλον οὐκ τῶν* erui potest *μᾶλλ' οἷον κόμων*, qui tamen, *μαλλὸς* excepto, est interpretis foetus, sicut *ὁ Σέλλου.* V. 4. Vulgo *οὗτος.* At non Amynias fuit olim dives, verum Antipho: qui postea ad paupertatem redactus est; neque divitias iterum sibi comparavit: quod sane facere potuisset, si legationem obiisset. Vid. Schol. ad Ach. 66. et Casaubon. in Theophrast. *περὶ βδελυρίας*, ad verba *τὸ μὲν ἐκ τῆς πόλεως ἐφόδιον.* Hanc tamen se ditandi occasionem, adeo *σκαιὸς* erat Amynias, qui penitus negligeret. Ille enim Pharsalum missus, rediisse videtur inops, infecta legatione. Id colligi potest e fragmento Eupolidis apud Schol. sic legendo *Κ' Ἀμυνίας ἐκεῖνος' Ἀμελεῖ κλαύσεται, Ὅτι, ἂτ' ἀγροῖκος, ἵσταται πρὸς τὰ μορίων. Παθέων δ' ἕνεχ' ὧν ἔπλευσε, κακὸς ὢν εἴσεται.* Ubi deest *ατ'* ob *αγ:* at id redde *utpote:* mox e *τω μοριω οτι θεων ενεκα επλ* — erui *τα μοριων παθεων ενεκ ων επλ* —. Etenim Amynias *res* facere voluit, sed perficere nequivit, utcunque *τὰ μόρια* crinitus. Unde de Amynia fit proverbium. *οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐ περαίνεται* — vel *ψηνίζεται.* Eam tamen se ditandi occasionem non neglexit Aeschines. V. 3. *μήλου καὶ ῥοιᾶς*, inquit Schol., *ἐπὶ τῶν δαψιλῶν ὄψων* — ineptum igitur est *ἀντί:* quasi Leogoras aliquid pro cibis lautis suffecisset, qui fuit

gulae perdite amans. Reposui igitur *ἀπό τε*. V. 10. Vulgo *πενέστης* contra metrum et sensum. Collato Suida v. *πενέσταις*, vide annon praestet *πενήταισιν* propter lusum vice *πενέσταισιν*. *G. Burges* in Classical Journal XXXI. p. 41 sq.

1306. (1259. K.) *Ἀμυνίας*. Pronapi hic filius fuit Aminias, non Selli, cuius Aeschines: sed dedita opera et Selli filium dicit et Amyniam pro Ameinia, ne legi obnoxius esset qua cavetur *τὸν ἄρχοντα κωμῳδεῖν*. Erat autem Ameinias Archon, ut supra diximus, sed mollem et capillatum innuit *ἐκ τοῦ κρωβύλου*. Nam crinium suggestus in viris crobylus dicitur, in feminis corymbus, in pueris scorpius. Sic supra dixit *κομηταμυνία*, et in Nubibus ipsum vocat *γυναῖκα*. *Fl. Chr.* Amynias fuit Pronapi filius, non Selli; supra v. 74. *Ἀμυνίας μέν, ὁ Προνάπου*. Selli autem filius fuit Aeschines, supra 1235. *μετὰ τοῦτον Αἰσχίνης ὁ Σέλλου δέξεται*. Dixit autem Amyniam Selli filium, significans similibus moribus praeditos esse. *Bergl.*

οὐκ τῶν κρωβύλου. *Ex Crobyli posteris*, quasi de homine. Est autem *κρώβυλος nodus comae*: et Amynias comam diligentius curabat; hinc supra 464. fecit vocem *Κομηταμυνίας*. *Bergl.*

1307. *ὅν γ'* [quod ex cod. Rav. repositum est] habent secunda Iuntina et Suidae v. *Ἀμυνίας* editio Kusteriana. Suidas Med. et Ald. *ὅν*, prope verum. *Porson.* praefat. ad Eurip. Hecub. p. XLV. Conf. Reisig. I. p. XVII.

ἀντὶ μήλου καὶ ῥοιᾶς. Pauperem et frugalem victum per haec significat. Sed Leogorae coena delicatiora fercula apponebat. Nam phasianos aluisse dicitur Leogoras, ut in Nubibus ait hic Comicus, *τοὺς φασιανοὺς οὓς τρέφει Λεωγόρας*. Quos quidem non ad equos, sed ad aves referri vult Athenaeus l. VIII. Propterea eum insectatur ut *γαστρόμαργον* Plato (comicus puta) in *Περιαλγεῖ*. Fuit autem hic Leogoras pater Andocidae rhetoris et magistratum gessit. Vide Plutarchum in vitis decem rhetorum. *Fl. Chr.* Pauperem et frugalem victum per haec significat, ut recte Florens. Vult enim dicere, hunc olim laute victi-

tasse, ut Leogoras solebat; nunc autem eum poma esitare. *Bergl.* ῥοᾶς. Minus bene vulgo ῥοιᾶς. *Brunck.*

1308. Λεωγόρου. In Nubib. 109. τοὺς φασιανοὺς οὓς τρέφει Λεωγόρας. ubi vide notam. *Bergl.*

1309. ἤπερ. Ita omnes edd. pristinae recte, subaudito μᾶλλον. Nuper [Kuster.] ἤπερ. *Bergl.*

Ἀντιφῶν. Et hunc Antiphontem pauperem et famelicum fuisse ostendit. Fuit autem Sophili filius rhetorum decem, quorum vitas descripsit Plutarchus, primus, quique δικανικὸν χαρακτῆρα extulisse dicitur post Gorgiam, a persuadendi felicitate et arte Nestor olim vocatus et λογομάχειρος. De eo magnifice scripsit Thucydides, laudavitque supra omnes: floruit quo tempore quadringenti regnabant. Lege plura de eo apud Philostratum iuniorem in vitis Sophistarum. Plutarchus ex Caecilio eum facit Thucydidis discipulum, sed verisimilior testis est Suidas, qui διδάσκαλον, non μαθητὴν dixit Thucydidis. Fertur enim fuisse Antipho αὐτοδίδακτος et, ut dicitur post paullo, θυμόσοφος. Scholiastes Graecus hunc Antiphontem facit Andocidae filium, quod mihi nec persuadeat ipsa Antiphontis πειθώ, ut putem ista Graeca scholia frusta esse diversorum male conglutinata [vid. not. ad schol.]. *Fl. Chr.*

1310. ἐς Φάρσαλον. De hac ad Pharsalum urbem Thessaliae legatione, quam obivit Aminias, meminit Eupolis in Urbibus, eumque insimulat παραπρεσβείας, quasi Λακωνίζοντα. Crates in Σερίφοις (male in scholiis Graecis ad Nubes Δερβίφοις) eum vocat ἀλαζόνα, κόλακα καὶ συκοφάντην. Qui vero sint penestae nos alibi docuimus: nempe mercenarii et ambacti, genus vere θητικόν. Quidam tamen a Penesta Heraclida ortos volunt. Dixit autem πενέσταις pro πολιτευομένοις, quod exspectabant auditores. Et tamen alludit omnino ad eius paupertatem. Nam Thessali illi Penestae et θῆτες dicti quia pauperes. *Fl. Chr.*

1311. Hic et sequens versus male vulgo in unum coaluerunt. Dimetri sunt duo iambici. Decem huius cantici sunt versus, quorum quatuor tetrametri tro-

chaici, reliqui omnes iambici. *Brunck.* qui versus ita descripsit:

μόνος μόνοισι τοῖς Πενέσταισι ξυνῆν τῶν Θετταλῶν.

1315. *d*) — 1331. Haec, choro vulgo tributa, Brunckius hemichoriis tribuit. Sed vide Hermann. ad Nubes 559. (566. Invern. p. 230.)

1316. *παῖδας ἐφύτευσας.* Supra 1136. *ἔπειτα παῖδας χρὴ φυτεύειν καὶ τρέφειν; Bergl.*

1318. *κιθαραοιδότατον.* Arignotum innuit citharoedum. Qua voce usus est etiam Eupolis *ἐν χρυσῷ γένει:* ait enim, *ὦ καλαβρὲ κιθαραοιδότατε.* Fuit autem Arignotus filius Automenis, duosque fratres habuit, nempe Ariphradem cinaedum et *ἀῤῥητοποιὸν*, quem cum fratre Arignoto insectatur propter nefandam libidinem. Tertius frater histrio fuit, cuius nomen non magis scio quam Graecus Scholiasta. Tamen Scholiastes in Equit. Ariphradem ait duos habuisse filios, Arignotum puta et Ariphradem, patri cognominem, ex fratre tantum nobilem. *Fl. Chr.*

1319. *ἀργαλέον ὡς σοφόν.* Scholia: *ἀντὶ τοῦ δυσχερὲς εἰπεῖν, ὅπως ἦν σοφός.* Hippocrates epist. 12. *ἀργαλέον ἐξειπεῖν μηχανὴν κακῶν. Bergl.*

---

d) Haec stropha versus continet novem, antistropha, quae sequitur, totidem habere debet, tamen octo tantum habet, ut necesse sit periisse unum. Sunt autem hi versus Paeonici et genus carminis vocatur tetrametrum, quod Hephaestio vocat *πολυθρύλλητον*, quia eo frequentes utebantur comici, constatque tribus paeonibus primis et cretico. Aristophanes saepe in fabulis suis eo carmine usus est, neque solum hic (versum hunc laudat idem Hephaestio), sed etiam in Agricolis quum ait *ὦ πόλι φίλη Κέκροπος αὐτοφυὲς Ἀττική, Χαῖρε λιπαρὸν δάπεδον, οὐθαρ ἀγαθῆς χθονός.* Tamen in eadem fabula *Γεωργῶν* saepe miscet quartum paeona vice primi, neque inceptam legem semper observat. Sed et Eupolis in fabula *Κόλαξι* (male apud grammaticum illum Alexandrinum legitur *Κόραξι*) hoc tetrametro paeonico usus erat his versibus: *φημὶ δὲ βροτοῖσι πολὺ πλεῖστα παρέχειν ἐγώ· Καὶ πολὺ μέγισθ' ἁγαθὰ ταῦτα δ' ἀποδείξομεν.* Theopompus comicus hoc genus carminis produxit ad pentametrum Theopompium dictum. *Fl. Chr.*

1320. *Ἀριφράδην.* Vide in Equit. 1275. *Bergl.*

θυμοσοφικώτατον. De tribus fratribus omnia hyperbolice dicit, sed, ut opinor, etiam ironice. Et nunc Ariphradem (nominis etymon fere idem cum Arignoto) ait suopte ingenio et natura primigenia doctissimum et sapientissimum. Dicuntur enim *θυμοσόφοι οἱ ἀφ' ἑαυτῶν εὐφυεῖς.* Propterea dixit *ἀπὸ σοφῆς φύσεος* (sic lege per o parvum) *αὐτόματον ἐκμαθεῖν γλωττοποιεῖν:* quibus verbis innuitur fortassis optimus tibicen, quia *γλωττίδας αὐλητικὰς ποιεῖν* dicebantur *γλωττοποιοῦντες.* Sed subest cacephaton, quod non ultra aperiam: satis enim claret ex fabula Equitum, ubi super hoc Ariphrade ait:

τὴν γὰρ αὐτοῦ γλῶτταν αἰσχραῖς ἡδοναῖς λυμαίνεται,
ἐν κασαυρίοισι λείχων τὴν ἀπόπτυστον δρύσον,
καὶ μολύνων τὴν ὑπήνην, καὶ κυκῶν τὰς ἐσχάρας.

Graeca, si pote, Latinis mutabo (sed hinc arceri volo investes: non enim hoc habitabit Vesta sacello) in hunc modum:

nempe ludis ipse linguam infamibus contaminat,
per lupanar omne volgans, roris et nefarii
linctor, incestatque barbam, perque miscet feminal.

Est autem horum versuum postremus trochaicus, incipiens *γλωττοποιεῖν,* proinde ut et illi ex Equit. quodque illic dixit *ἐν κασαυρείοις,* hic *εἰς τὰ πορνεῖα* repetit. *Fl. Clr.* In Nubib. 878. *θυμόσοφός ἐστι φύσει. Bergl.*

1321. *ὤμοσε* Suid. in *θυμοσοφικώτατος.* fo. *ὤμοσα. Bentl.*

1322. (1282. Br.) *φύσεος.* [Sic Bentl. coll. v. 1449. et Plut. 1045.] Perperam vulgo *φύσεως* metro reclamante. Versus hi sunt tetrametri paeonici, constantes omnes e tribus paeonicis primis et cretico. Rationem huius metri declarat Hephaestio p. 42. Ultimus utriusque semichori versus tetrameter est trochaicus. *Brunck.* *ἀλλ' ἀπὸ σοφῆς φύσεως* (Brunckius metro prospiciens, contra morem Atticorum, *φύσεος*) *αὐτόματον ἐκμαθεῖν.* Hoc quicquid est versiculi, cui nihil respondet in antistropha, maximam partem conflatum arbitror ex glossa *τοῦ θυμοσοφικώτατον,* cui post nescio quis, explicaturus verba *μαθόντα παρὰ μηδενός,* addi-

derit ἀλλὰ αὐτόματον ἐκμαθόντα. Excidisse aliquid in antistropha, quod vult Florens, minus probabile. *Hotib.*

1325. ἡνίκα Κλέων μ' ὑπετάραττεν. In Acharn. 376. etiam poeta ex sua persona dicit: αὐτὸς δ' ἐμαυτὸν ὑπὸ Κλέωνος ἅπαθον ἐπίσιαμαι διὰ τὴν πέρυσι κωμῳδίαν· εἰσελκύσας γάρ μ' εἰς τὸ βουλευτήριον διέβαλλε. *Bergl.*

1326. (1286. Br.) καί με κακίσταις ἔκνισε. Putabam olim subintelligendum πληγαῖς, ut saepe apud bonos auctores et apud huncce Comicum, δαρήσεται πολλάς. Sed cogitanti mihi de versus modulo, omnino legendum puto κακίαις: non enim aliter habebimus paeonem primum in primo pede. Est autem hoc loco κακία noxa, malum et, ut in sacra etiam novi testamenti scriptura exponitur, κάκωσις. Itaque κακίαις ἔκνισε est ἐκάκισε. *Fl. Chr.* κακίαις. Sic optime Florens. Vulgo legitur pessundato metro, κακίσταις. *Brunck.*

ἀπεδειρόμην e). Monstrum lectionis, quod procurari debuerat, imprudens in textu reliqui. Revocanda hic, ut aliis in locis, sincera forma ἀπεδαιρόμην. Vide not. ad Nub. 442. *Brunck.* in Supplem.

1327. (1278. K.) οἰκτός f). Scribendum οἰ 'κτὸς pro οἱ ἐκτὸς, nam et sic Veneta editio. Intelligit autem qui extra theatrum erant, nisi externos spectatores intelligat, quo tempore male acceptus fuit a Cleone, dubium an ante vel post fabulam Equitum. Non constabit autem suis numeris hic versus, nisi legas κεκραγότα θεώμενοι; non autem μ' οἱ θεώμενοι [ut cod. Rav. et Ph. Iunta]. Nam neque articulus hilum hic proderit, neque repetitio τοῦ με. Paullo post ubi habes ἐκβάλλω, eiiciendum alterum λ, ut sit ἐκβάλω, et numeros suos habeat versus. *Fl. Chr.* οἰ 'κτὸς — Sic scriptum in A. et excusum in primariis editionibus. Perperam in posteriori Basileensi οἰκτὸς, unde in Kusterianam transiit. Mendam correxit Berglerus [ex ed. Farrei]. In B. omisso articulo ἐκτός. *Brunck.*

---

e) Ita omnes. Videtur esse debere ἀπεδειράμην. *Bergl.*

f) οἰκτρῶς. *Reisk.*

1328. οὐδὲν g) ἄρ' ἐμοῦ μέλον. Subauditur ἦν. Euripides in Iphig. Aul. 1565. στὰς δ' ἐν μέσῳ Ταλθύβιος, ᾧ τοῦτ' ἦν μέλον. *Bergl.*

1329. ἐκβάλλω. Legendum ἐκβαλῶ in futuro. Metrum ita postulat, quod et Florens vidit: sed minus recte in aor. 2. coniunctivi vult ἐκβάλω legere. Quod non potest fieri propter coniunctionem εἰ. Etiam Scholiastes per futurum exponit: εἴποτε θλιβόμενος ὑπὸ Κλέωνος σκώψω αὐτόν. Si esset ἦν ποτε, tunc recte se haberet ἐκβάλω. *Bergl.* ἐκβαλῶ. Perperam vulgo ἐκβάλλω contra metri legem et temporum rationem. *Brunck.* ἐκβάλω scriptum est apud Suidam v. μέλον. Monuit Bentl.

1330. (1281. K.) ταῦτα κατιδών. Nempe quum viderem neminem curare, quod me Cleo vexet, sed eos id tantum curare et observare, an etiam tunc dicterium aliquod in eum iacturus sim. *Bergl.*

ἐπιθήκισα. Os, inquit, praebui et blanda simulatione supparasitatus duravi, donec patientia victus verba et odia movi aspera. Simiarum more aliquid facere est πιθηκίζειν; unde πιθηκισμοὶ fraudes, blandimenta et simulamina. Et ipse Cleo in Equit. queritur quod πιθηκισμοῖς i. e. fallacibus blanditiis exagitetur. *Fl. Chr.* πιθηκίζειν, ut ἀλωπεκίζειν supra 1233. Utrumque exponunt scholia per κολακεύειν. In Equit. 882. πιθηκισμός. Vult autem dicere: non ieci tunc in eum dicteria, sed adulabar. *Bergl.*

1331. εἶτα νῦν ἐξηπάτησεν ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον. Proverbium est vetus ex iis natum, qui ab iis deseruntur, in quibus spem totam posuerant. Scholiastes Graecus ab arundine ortum vult, quae in vinea pedamenti vel potius iugae vicem praestat. Sed si forte (ut saepe accidit, praecipue in salice et vitilibus) radices agit, vineae supercrescens eam suffocat. Proverbii meminit in adagiis Erasmus. Ego, ne quid dissimulem, proverbii originem cum Scholiaste veram puto: sed χάραξ arundinem dici vix est ut admittam. Itaque

g) οὐδὲν est pro οὐδενί. Ergo scribendum οὐδὲν' ἄρ'. *Reisk.*

de ridica, pedamenti genere, malo intelligi, quae e quercu vel iunipero. Existimo autem hanc comparationem expetere in Cleonem, qui quum nimis parvis fideret et auris popularibus, tamen excidit sua spe, qua Demosthenem et Niciam duces, qui ad Sphacteriam erant, ibat deiectum de praetura, ut ipse eorum vicem cum imperio eo mitteretur, mulctatus tandem, postquam non successere quae vane et arroganter promiserat. *Fl. Chr.* Proverbium, quando id quo aliquid nitebatur deficit. Ita Cleo in Aristophane quasi nitebatur, et fiduciam habebat fore ut nunquam amplius perstringatur ab eo, postquam is semel ei subblandiri coepisset; sed vehementer fallitur: nam Aristophanes redibit ad institutum et Cleoni minime parcet. *Bergl.*

1332. *ἰὼ χελῶναι μακάριαι τοῦ δέρματος.* Supra 472. *φήμ' ἐγὼ τὰς χελώνας μακαριεῖν σε τοῦ δέρματος.* Venit autem servus narraturus, qualem se in convivio gesserit senex. *Bergl.* Famulus a Philocleone verberibus affectus egreditur et queritur quod sibi non sit ostreatum tergum, ut ait Plautus. Malim autem legere *ἰοὺ* quam *ἰώ*, ut referatur ad istud *τὸ ἐπὶ ταῖς πλευραῖς ἐμαῖς* s. *δέρμα*. Sed rectius, ut censeo, legatur *ἑαῖς* quam *ἐμαῖς*, et ad testudines referatur. Est autem *νουβυστικῶς* solerter et provide. Nam *τὸ νουβυστικὸν* est plenum mentis et *πυκναὶ φρένες*, quia *βῦσαι* est implere et inculcare, ut illud apud poetam *νήματος ἀσκητοῖο βεβυσμένον*. Qua voce in Acharnensibus utitur pro obturare: *χυτρίδιον σπογγίῳ βεβυσμένον*. Quod vero ait *στιζόμενος* rectum puto, quia *στίγματα* inurunt scipionum ictus. Sed Scholiastes alteram lectionem agnoscit, *σταζόμενος*, quasi tralatum a stillis ruentis imbris, ut sit *πυκνὰ τυπτόμενος*. Quod ut locum habeat, tanto magis hic servus erit compunctus, et *στιζόμενος* magis proprium servis *στιγματίαις*. *Fl. Chr.*

1333. (1293. Br.) *τοῦ 'πὶ ταῖς πλευραῖς ἐμαῖς.* Sic A, ut impressi. In B. pronomen prorsus omissum, versu in *πλευραῖς* desinente. Vertitur tanquam si suppressa esset praepositio *παρά*. Sed illa in comparatione *prae* significans cum quarto casu construitur, nec supprimi solet. Florens legendum censet *πλευραῖς ἑαῖς*, ut ad testudines referatur. Sed poeticum *ἑαῖς*

nescio an in senario comico locum tueri possit. Subaudiri videtur μᾶλλον, cuius frequens est ellipsis, haud tamen fere aliter, quam sequente particula ἤ: vel nomen comparativum κρείττονος, στεγανωτέρου aut simile quid, ea constructione: ἰὼ χελῶναι μακάριαι, καὶ τριςμακάριαι ἕνεκα τοῦ ὑμετέρου δέρματος, κρείττονος τοῦ ἐπὶ ταῖς πλευραῖς ἐμαῖς. *Brunck.* Suid. in ἰώ [habet] τουτὶ et delet ἐμαῖς. Fl. Chr. ἑαῖς. Forte τοὐπὶ ταῖς πλευραῖς τέγους *h*) et ὥστε τοῖς ὄμβροις στέγειν [etenim ὄμβροις melius convenit cum στραζόμενος, quod pro var. lect. agnoscit Schol.] Suid. τὰς πλευρὰς στέγειν in στέγει. [Vide an erret Br. dum Suidae tribuit τὰς πληγάς.] *Bentl.* Quae uncis inclusa sunt, de suo addidit editor adnotationum.

1334. νουβυστικῶς. Scholia: συνετῶς, νοῦ πεπληρωμένως· παρὰ τὸ νοῦς καὶ τὸ βῦσαι, ὅ ἐστι πληρῶσαι. νήματος ἀσκητοῖο βεβυσμένον (Odyss. δ. 134.)· κεῖται καὶ ἐν Ἐκκλησιαζούσαις. nempe v. 422. γυναῖκα δ' εἶναι πρᾶγμ' ἔφη νουβυστικόν. *Bergl.*

1335. (1295. Br.) ὥστε τὰς πληγὰς στέγειν. Sic recte in contextu A. superscripta alia lectione πλευρὰς, quam habet B. ut primariae editt. Ant. Fracinus e vitioso cod. edidit ταῖς πλευραῖς, quod librarius e secundo ante hunc versu repetiit. Unice verum est, quod dedimus, τὰς πληγὰς, ut etiam apud Suidam est in στέγει. *Brunck.*

1337. Confer similem formulam Thesm. 582. τί δ' ἐστὶν, ὦ παῖ; παῖδα γάρ σ' εἰκὸς καλεῖν ἕως ἂν οὕτω τὰς γνάθους ψιλὰς ἔχῃς. *Brunck.* Locum attulerat *Bergl.*

1339. οὐ γάρ. In Acharn. 575. οὐ γὰρ οὗτος ἄνθρωπος πάλαι ἅπασαν τὴν πόλιν κακορρόθει; *Bergl.* ἀτηρὸν Suid. in ἀτηρότατον. *Bentl.*

1340. παροινικώτατος. Vide Elmsleium ad Acharn. p. 256.

1341. Legendum est vel παρῆσαν Ἱππύλος, *A. A.* vel παρῆν Ἵππυλλος *i*). *Blomfield.* in glossario ad Ae-

h) In idem incidit Reisigius I. p. 17.

i) Sic etiam Tyrwhittus, et Bentleius, qui monet Ἱππολυτος legi apud Suidam in παροινικώτατος.

schyli Prometh. 214. p. 121. quem tacite secutus est E. V. Blomfield. in versione Anglica grammaticae Gr. Matthiaei T. II. p. 397.

Ἀντιφῶν. Supra 1262. *Λύκων* in Lysistr. 270. *Bergl.*

1342. *Θεόφραστος* Suid. in *παροινικώτατος*. *Bentl.* *οἱ περὶ Φρύνιχον.* Assentior Symmacho, qui rationi magis consentaneum censet ut hic Phrynichus sit histrio tragicus, qui fuit Choroclis filius. Tamen Phrynichus poeta etiam fuit tragicus, discipulus Thespidis, quique primus personam muliebrem induxit in scenam, et tetrametrum invenit, cuius carmina laudantur in Avium fabula. Duo praeterea fuere Phrynichi: comicus poeta, qui initio Ranarum suggillatur ut *φορτικεύων*, et ille quo duce victi sunt Athenienses. Unde dixit in Ranis *Φρυνίχου παλαίσμασιν*, quod pro *στρατηγήμασιν* accipiunt, quamvis sint qui hoc de Phrynicho tragico intelligant, quia in Antaeo tragoedio identidem memoret *τὰ παλαίσματα*. Alii ad comicum Phrynichum illam palaestram referre malunt, quia introduxit chorum mobilem et luctantem. Difficile est, quum fuerint quatuor Phrynichi, iudicare, quem potissimum hic collocet Aristophanes inter colacas. Quisquis is est, ausim affirmare non esse illum tragicum, cuius *μελοποιίαν* videtur alibi commendare. *Fl. Chr.*

1343. *ἀπάτων* Suid. in *μακρῷ*, at *ἁπάντων* in *παροινικώτατος*. *Bentl.* *ὑβριστότατος.* Xenophon Exped. Cyri l. V. *τοὺς αὐτοὺς εὑρήσεσθε τότε κακίστους καὶ νῦν ὑβριστοτάτους.* Vide notam sequentem. *Bergl.*

1344. *ἐπέπληστο* Suid. l. c. *Bentl.*

1345. (1305. Br.) *ἐνήλατ'*. Sic bini quidem codd. sed mendose. Alias res agebam, quum hoc adscivi, nam barbarum est. Priorum editt. menda sublata fuit in Kusteriana, ubi recte editum *ἐνήλλετ'*, in imperfecto ab *ἐνάλλομαι*, quod tempus melius etiam huc quadrat. Aoristus vero est *ἐνῆλατ'*, unico *λ*, ut Ran. 39. Nub. 147. Reponat itaque lector *ἐνήλλετ'*. *Brunck.* *ἐνήλατ'* scriptum est in cod. Rav., apud Suidam l. l. et v. *ἐνήλατο* et Zonaram l. p. 747.

πεπόρδει Suid. in *ἐνηλ — παροιν — et κακρύων.*

Fo. *πέπορδε. Bentl.* Vid. Brunck. ad Pacem p. 467. ed. Lips.

1346. *ὥςπερ καχρύων ὀνίδιον εὐωχημένον.* Xenophon Exped. Cyri l. V. [8, 3.] *εἰ ἐν τοιούτῳ καιρῷ ὕβριζον, ὁμολογῶ καὶ τῶν ὄνων ὑβριστότερον εἶναι· οἷς φασὶν ὑπὸ τῆς ὕβρεως κόπον οὐκ ἐγγίνεσθαι. Bergl.*

1347. Malim *κἄτυπτεν ἐμέ*, nisi *νώ* scribendum est, et de utroque servo accipiendum. *Elmsl.* ad Acharn. p. 61.

παῖ παῖ καλῶν. Antiphanes comicus apud Athenaeum VI. p. 262. *τί γὰρ ἔχθιον ἢ παῖ παῖ καλεῖσθαι παρὰ πότου; Bergl.*

1348. *ἤκασεν Ἀυσίστρατος.* Supra 793. *Ἀυσίστρατος ὁ σκωπτόλης. Bergl.*

1349. (1300. K.) *νεοπλούτῳ.* Solent enim recens ditati esse insolentes; Euripides in Suppl. 742. *λαβὼν πένης ὡς ἀρτίπλουτα χρήματα ὕβριζε. Bergl.*

τρυγί. Ludit de industria et comparationes vel similitudines stultas et perperas i. e. *ἀδιανοήτους* et *ἀπροσλόγους* invehit quaeque nihil ad rem. Sic videtur Horatius in satira descripsisse Sarmenti scurrae pugnam Messique Cicerri: ait enim ille: equi te esse feri similem dico etc. Tamen Scholiastes notat *τρυγὶ* dictum tanquam de vetulo. Ego addam, *τρυγὴν* etiam dici de frumento et hordeo, et convenire ad ea quae dixit *ὥςπερ καχρύων ὀνίδιον εὐωχημένον.* Voluit etiam alludere ad proverbium *asinus in paleas*, quum ait *εἰς ἀχυρῶνας ἀποδεδρακότι.* Et quamvis *κλητῆρι* dixit propter Philocleonis *τὸ φιλόδικον* (nam testibus accensis, viatoribus et scribis nihil in iudiciis est tritius) et seni comparet *κλητῆρα*, quia solerent senes antiqui habere viatores: tamen intelligere aut dicere voluit *καυθήλιον*, qui sagmata et clitellas gestans, si paleas adverterit, eo statim aufugiet. Superius initio huius fabulae dixerat *κλητῆρος πωλίον* de asino, ut puto: hic autem fortassis vectorem pro vehente dixit. Sed quid si aetatem decrepitam arguere voluerit et capularem senem ostendere quasi *εἰς ἀχέροντα ἀποδεδρακότι.* Haec ego tantum suspicor et coniicio non certus ariolus aut divinus, *Fl. Chr.* Sic in Pluto 1087. in vetulam:

ἀλλ' ἔστι κομιδῇ τρυξ παλαιὰ καὶ σαπρά. Vide supra 1167. *Bergl.* His inest calor tragicus. *Τὸ νεόπλουτον* tragica et poetica perissologia nihil aliud sonat quam *νέον*. Feci novellae senex comparatur. *Hotib.*

1350. (1301. K.) *κλητῆρι*. Pro *ὄνῳ*. Supra etiam 189. *ὁμοιότατος κλητῆρος πωλίῳ*. Vult autem dicere eum esse *φιλόδικον*, alludens simul ad proverbium *ὄνος εἰς ἀχυρῶνας ἀπέδρα*, cuius meminit hic Scholiastes. Philemon apud Athenaeum II. p. 52. *ὄνος βαδίζεις εἰς ἄχυρα τραγημάτων*. *Bergl.* Phrynichus App. Soph. p. 7. *Ἄχυρός — σημαίνει τὸν ὑπὸ τῶν ἀμαθῶν ἀχυρῶνα καλούμενον*, in hoc Aristophanis loco *ἀχυρόν* scriptum invenisse videtur, quod hinc citant Hesych. et Suidas. *Lobeck.* ad Phrynichum p. 166.

1351. *ὁ δ' ἀνακραγών*. Ex verbis Scholiastae coniecturam facio, ipsum legisse in versu antecedente *ἀποκεκραγότι* pro *ἀποδεδρακότι*. Sed non puto illud *ἀνακραγών* huc respicere. Ut ille insolenti et ridicula usus est similitudine, sic iste par pari refert et *τὸ ἀπὸβεβληκότι* respondere vult *τῷ ἀποδεδρακότι*. *Fl. Chr.*

πάρνοπι. Multi in Attica erant parnopes qui bruchi sunt vel attelabi. Alii *κάνωπα* esse volunt. Non male tamen dum ludit, senem decrepitum eiusmodi insecto comparat, quando et Tithonus ipse in cicadam versus fuisse perhibetur. Recte enim *τρίβωνος* dixit: nam senex omnis quasi segnis i. e. sine igne, pulchre comparatus erit pallio decoti vel detrito h. e. *τριβωνίῳ*. Et sane aetas illa decrescens et denascens *τὰ θρῖα ἀποβέβληκε τοῦ ἱματίου* i. e. florem et vigorem bonae aetatis perdidit et velut vestis est defloccata. Sed quid nugor? Non tam mihi hic aetas senilis suggillari videtur quam paupertas: nam Lysistratus, ad quem haec senex dirigit, saepe ab hoc Comico tanquam *πένης κωμῳδεῖται*. Scholiastes, me non astipulante, existimat *τὰ θρῖα* hic dicta quia veteres illi pallia tanquam folia variabant et intingebant. *Fl. Chr.*

1352. (1312. Br.) *τὰ θρῖα τοῦ τρίβωνος*. *Θρῖα* sunt folia ficus et vitis, quae nihil ad pallium; sed metaphorice dicit eius pallium defloccatum esse tanquam arborem foliis spoliatam. Simul propter similem

sonum coniunxit has voces. *Bergl.* τὰ θρῖα τοῦ τρίβωνος. Sic scribi debuit. In A. ut in vett. editt. τὰ θρία γε τοῦ — In B. [et Suida v. πάρνοψ, a Bentl. indicato] γε omissum. Inserta fuit illa particula a male sedulo librario, qui primam in θρία corripi credebat. Atqui producitur Conc. 707. ubi θρῖα excudi debuerat, Eq. 954. et alibi. *Brunck.*

1353. Σθενέλῳ. Sthenelus iste dicitur fuisse tragicus actor et mimus et eo penuriae adactus, ut choragium suum vendiderit. Eius meminit Comicus noster in Gerytade his duobus senariis:

καὶ πῶς ἐγὼ Σθενέλου φάγοιμ' ἂν ῥήματα;
εἰς ὄξος ἐμβαπτόμενος ἢ ξηροὺς ἅλας;

id est:

Stheneli alta verba quo modo tandem esitem?
tingamne aceto, an condiam sicco sale?

Scholiastes διακεκαρμένῳ ait esse ἀφῃρημένῳ et πωλήσαντι. Et vere qui tondet capillos perdit, sed puto ei ademptam σκευὴν suam a creditoribus, propterea quum lugeret, dici κεκαρμένον. Sic apud Hesychium κεκαρμένοι servi sunt πενθοῦντες. *Fl. Chr.* Iste fuit histrio tragicus, et ad paupertatem redactus vendidit supellectilem suam tragicam, ut docet Scholiastes. *Bergl.*

1355. διεμύλλαινέν. Scholia: τὰ χείλη διέστρεφεν. *Bergl.*

1356. Θούφραστον. Quis iste sit sive Thuphrastus sive Theophrastus, iuxta scio cum imperitissimis. Non enim patitur ratio temporum, ut idem sit divinus ille Aristotelis discipulus, qui vixdum natus tunc erat. Quaerendum igitur amplius et videndum sitne ille Thumantis, quem ob paupertatem exagitat cum Lysistrato (ad quem haec diriguntur verba a sene) in Equit. [1268.]. Sane enim pauperes in isto convivio omnes fere recenset. Deinde ex veriloquio Θεόμαντις et Θεόφραστος idem, quum φράσις sit μαντεία et Latinis oracula dictiones. *Fl. Chr.*

1357. ἐπὶ τῷ. Id est ἐπὶ τίνι. Edd. omnes quas vidi, ἐπί τῳ, id est ἐπί τινι, male. *Bergl.*

1359. ἐν μέρει. Scholia: καθ' ἕκαστον. Demosthe-

nes II. Olynth. *καὶ τοὺς μὲν ἄλλους σεσώκατε παῖδας καὶ καθ' ἕκαστον ἐν μέρει.* *Bergl.*

1361. *ἀμαθέσταθ', οὐδέν.* Malim legere *ἀμαθεστάτους, οὐδ' εἰκότας τῷ πράγματι.* Insulsa, inquit, verba et nihil ad rem pertinentia. *Fl. Chr.*

1363. (1323. Br.) *ἤν τις αὐτῷ ξυντύχῃ.* Sic bene A. Vulgo *ξυντύχοι*, soloece, quod iam emendaverat Toupius ad Suidam I. 134. [I. 172.]. *Brunck.*

1366. (1317. K.) *ἄνεχε, πάρεχε.* Haec ait ebrius Philocleo et cum facibus ambulat tibicina arrepta secum e convivio. Haec ipsa verba apud Euripidem pronuntiat Cassandra in tragoedia Troadum. Sequebantur autem senem qui ab ipso laesi erant et verberati. Eos senex quantum potest repellit et interminatur. Ut vos, inquit, ni propere hinc disceditis, cum hac face tanquam pisciculos torrebo. *Fl. Chr.* Ebrius et bacchans haec dicit senex. Euripides in Troad. 308. *ἄνεχε, πάρεχε· φῶς φέρω, σέβω, φλέγω λαμπάσι τόδ' ἱερόν.* quem locum indicavit Scholiastes. Loquitur autem ibi Cassandra furibunda et facem gestans, ut apud comicum senex. Apud eundem Euripidem in Cyclope 202. quum Silenus dixisset *ἄνεχε, πάρεχε, τί τάδε; τίς ἡ ῥαθυμία;* Cyclops dicit *τί βακχιάζετε;* Quid subaudiatur in his verbis, incertum est. Vide notam ad Aves 1717. ubi chorus in nuptiis saltaturus dicit: *ἄναγε, δίεχε, δίαγε, πάραγε, πάρεχε.* *Bergl.* Mihi satis probabile est, scripsisse poetam *ἄναγε, πάρεχε,* ut Av. 1720. *Brunck.* in Supplem.

1366. — 71, 1375. — 79. Haec quum haud dubie sint strophica, deletis interpretamentis hic *τῶν ἑπακολουθούντων ἐμοὶ*, illic *τῷ καλούμενοι*, sic scribes secundum editiones veteres:

Ἄνεχε, πάρεχε! Κλαύσεταί τις
Τῶν ὄπισθεν! Οἷον, εἰ μὴ ῥᾳ-
ῥήσεθ', ὑμᾶς, ὦ πονηροὶ,
Ταύτῃ σκευάσω τῇ δᾳδὶ φρυκτούς!

Ἰὴ, ἰεῦ, ἀρχαῖά γ' ὑμῶν!
Ἆρά γ' ἴσθ', ὡς οὐδ' ἀκούων

Ἀνέχομαι δικῶν; Ἰαιβοῖ,
Λίβοῖ, τάδε μ' ἀρέσκει! βάλλε κημούς!

Versus trochaici dimetri praeter ultimos utriusque strophae, qui sunt dochmaici. *Hotib.*

στροφή.

ἄνεχε, πάρεχε, δίαγε, πάραγε,
κλαύσεταί τις τῶν ὄπισθεν
ἑπακολουθούντων ἐμοί.

ἀντιστροφή.

οἷον, εἰ μὴ 'ῥῴησεθ', ὑμᾶς
ὦ πόνηροι ταυτηῖ τῇ
δᾳδὶ φρυκτοὺς σκευάσω.

Voces *δίαγε πάραγε* hic omissas, agnoscit Comicus in Av. 1717. *G. Burges* in Classical Iournal XXXI. p. 42.

1369. *οἷον, εἰ μὴ 'ῥῴησεθ', ὑμᾶς.* [Sic Bentl.] Versus est dimeter trochaicus, cuius vulgo corrupti sunt numeri prava lectione, *'ῥῴησεσθ'*. *Brunck.*

1370. *ὦ πονηροὶ, ταυτηῖ τῇ.* [Sic Bentl.] Idem metrum ac in superiore versu. Pessime vulgo *ταύτῃ τῇ*. *Brunck.*

1371. *δᾳδὶ.* — Sic ubique noster: perperam vulgo *δαΐδι*. *Brunck.*

1374. *ἤξομέν σε προσκαλούμενοι.* Infra 1397. et 1403. *Bergl.*

1379. (1359. Br.) *ταδί μ' ἀρέσκει.* Hoc modo si legas, versus est iambicus: si, ut vulgo, *τάδε*, erit trochaicus. Sed probabile non est trochaicum sic medios inter iambicos poetam inseruisse. *Brunck.*

1380. *οὐκ ἄπιτε γάρ;* Perperam vulgo, corrupto prorsus metro, *οὐκ ἄπεισι γάρ*. *Brunck.* Sed hic versus aperte ex duobus trochaicis corruptus est.

ποῦ 'στιν [sic recte cod. Rav. et Ph. Iunta]. Ut versus sit trochaicus trimeter hypercatal. similis proxime praecedenti *ἀθρόοι γὰρ*, qui a Bdelycleone dicitur interminante vocationem in ius, existimo legendum *ποῦ 'σθ'*. *Fl. Chr.*

1381. *ἀνάβαινε δεῦρο.* Alloquitur scortillum illud, quod in convivio arreptum sequi se iussit, et e loco

sublimi stans blande appellat et ascendere hortatur, simulque se illi copulat amatorie et obscene. *Fl. Chr.*

χρυσομηλολόνθιον k). Hypocoristice blanditur et delicias facit. Est autem hoc insecti genus fulvum in modum scarabaei, quod pueri ludentes solent in aëra volaturum dimittere, funiculum vel filum potius tenentes, quo pedem animalculi alligant. Nos vernacula lingua vocamus *haneton*. In Nebulis [763.] vocat *μηλολόνθην* his verbis:

ἀλλ' ἀποχάλα τὴν φροντίδ' ἐς τὸν ἀέρα,
λινόδετον ὥςπερ μηλολόνθην τοῦ ποδός.

id est:

curam relaxans mitte per vastum aëra,
pueri ligatum ceu solent bruchum pede.

Hesychius *χρυσοκάνθαρον* vocat et *μηλολόνθην* quasi a malorum flore. *Fl. Chr.* Ita vocat meretricem blandus, quam ex convivio raptam secum adducebat. Est autem insecti genus, quo pueri ludunt. In Nub. vocat *μηλολόνθην* v. 763. *ἀλλ' — ποδός. Bergl.*

1382. *τοῦ σχοινίου.* Scholia: *ἴσως τοῦ πέους. Bergl.*

1385. *ὡς σαπρὸν τὸ σχοινίον.* Funiculus ille non alius potest esse quam exiguus cum ramice nervus. Atque hac resti tibicinam illam ductare vult potus senex et *φιλοίφης*. Dixit autem *τριβόμενον*, ut Petronius *vasculum pertractare*. Sic etiam Naevius, citante Nonio: *senile tractat retritum rutabulum. Fl. Chr.*

1384. *τριβόμενον.* Supra 747. *πόρνην, ἥτις τὸ πέος τρίψει καὶ τὴν ὀσφῦν. Bergl.*

1385. (1345. Br.) *ὅρα δ', ἐγώ σ' ὡς δεξιῶς ὑφειλόμην.* Vulgo, *ὁρᾷς, ἐγώ σ' ὡς* — In A. *ὁρᾷς ἔγωγ' ὡς* — In B. *ὁρᾷς ἐγὼ δ' ὡς* — Posterior lectio a nostra non differt, nisi literarum ordine. *Brunck.*

---

k) Scholiastes et post eum Christianus intelligunt id insectum volatile, quod vernacule dicimus *un haneton*, et sine dubio id significat *μηλόλονθος*. Sed quoniam additum est *χρυσο*, ea prothesis mihi suadet debere intelligi aliud insecti genus, simile et illud melolontho et scarabaeo, sed coloris elegantissimi viridis cum aureo fulgore. Id insectum rosas praecipue sectatur, et alibi rare invenitur. *Palmer.*

1386. λεσβιεῖν. Lesbii male audiebant propter αἰσχρουργίαν. Dicitur enim apud eos primum femina ea parte, qua pura sumitur aqua, excepisse τὴν μιαρὰν ῥανίδα, et buccam suam offendisse Id vocat Tranquillus ori illudere. Theopompus in Ulysse dixit: δι' ἡμετέρων στομάτων εἶπω σόφισμ', ὃ φασι παῖδας Λεσβίων εὑρεῖν. et Strattis in Troilo: ἦ μήποτ' ὦ παῖ Ζηνὸς ἐς ταὐτὸν μόλῃς, ἀλλὰ παραδοὺς τοῖς Λεσβίοις χαίρειν ἔα. idem in Pytiso: τῷ στόματι δράσω ταῦθ' ἅπερ τοῦ αἰσχροῦ τάττεται. Sic enim citat Scholiastes: sed hunc versum sic lego: ταῦθ' ἅπερ τοὶ Λέσβιοι. est enim glossema ἐπὶ τοῦ αἰσχροῦ τάττεται. In Ranis [1308] usus est hoc verbo de Musa Euripidis: αὕτη ποθ' ἡ Μοῦσ' οὐκ ἐλεσβίαζεν, ubi arbitror alludere ad vomitum, quasi sit ἡ ἐμοῦσα. Ad quem locum Scholiastes duos recitat versus, puto ex nostro Comico vel Pherecrate:

δώσει δέ τις γυναῖκας ἑπτὰ Λεσβίδας·
καλὸν τὸ δῶρον ἔπτ' ἔχειν λαικαστρίδας.

Neque vero solum λεσβιάζειν dicebantur οἱ τὸ στόμα μολύνοντες, sed et λαβδακίζειν, quia lambda prima est littera sive τοῦ λείχειν sive τοῦ λεσβιάζειν. hancque nefandam libidinem etiam viri in se receperunt, unde ille salax hortorum custos, *barbatos tertia poena manet.* Hoc Romana, ut ait Martialis, simplicitate dicebatur inrumare, qui agebant; ut pathicis sellare. Propterea Catullus dixit: *patruum reddidit Harpocratem.* Hinc eruditissimus et elegantissimus inter Christianos scriptor Minucius Felix in Octavio suo istos inquinatissimos homines dixit *esse malae linguae, etiamsi tacerent.* Hac detestanda libidine iuxta Lesbios usi sunt etiam Campani sive Nolani, ut ex Ausonio et Horatio patet, quorum testimonia non arcessam, quia hoc occupatum ab eruditioribus. Hoc tantum dicam, aenigma illud quod in Clodiam Metelli uxorem iactum putant: *in triclinio Coa, in cubiculo Nola,* respicere hanc Lesbiam et Campanam foeditatem, et notari ex triclinio simplicem et naturalem συνουσίαν, ex cubiculo omnia monstra. Nam quod venusti homines Nolam putant a nolendo et officium istud detrectando, probent prius de Messalina, et credam de Clodia. Sane non est verisimile ut quae se prostituit in triclinio, modesta sit in cubiculo. Sed

ad rem. Hesychius ait τὸ λεσβιάζειν esse πρὸς ἄνδρα στοματύειν, quod video ab eruditis emendatum στόμα πτύειν et ἀνδρὸς pro ἄνδρα. Ego non satis eruditus amplecti non possum hanc correctionem qua spuitur, sed potius aliam qua arrigitur. Existimo enim legendum πρὸς ἀνδρὸς στόμα στύειν. Quid esset ἀνὴρ ἐστυκώς diximus alias, neque decet tam diu circa oscos mores et obscena verba morari. *Fl. Chr.* In Ecclesiaz. 913. ἤδη τὸν ἀπ' Ἰωνίας τρόπον τάλαινα κνησιᾷς· δοκεῖς δέ μοι καὶ λάβδα κατὰ τοὺς Λεσβίους. *Bergl.*

1387. ὧν οὕνεκ' — Perperam vulgo εἵνεκ'. *Brunck.*

1388. (1339. K. 1348. Br.) φιαλεῖς *l*). Quid esset φιαλεῖν, satis multa diximus in comment. ad Irenam, neque revocabo. Hoc tantum dicam, esse τῇ φιάλῃ πιεῖν, sed hoc loco esse fortassis dictum κακεμφάτως, nempe ut bibatur fructus, quem Plautus fullonium vocat. Suggerit mihi mens novum commentum. ἀλεῖν est molere, quod saepe etiam ἐπὶ τοῦ αἰσχροῦ τάττεται. Itaque suspicionem facio, τὸ φιαλεῖν esse quasi ἴφι ἀλεῖν. Nolo ab eruditis laudari, sed excusari conatum nostrum, qui profecto plenus est φιλομαθίας potius quam φιλοτιμίας. *Fl. Chr.* οὐδὲ φιαλεῖς. Sic A. iuxta impressos. In B. ἀλλὰ φιαλεῖς, mendose quod ad priorem vocem. φιαλεῖς tuetur etiam Suidas in hac voce, ubi inter alia haec prostant: φιαλεῖν δὲ κυρίως ἐστὶ τὸ ἄρχεσθαι πράγματος. Hoc sensu occurrit rursus hoc verbum in *Pace*, v. 432.

ἄγε δὴ σὺ ταχέως ὕπεχε τὴν φιάλην, ὅπως
ἔργῳ φιαλοῦμεν, εὐξάμενοι τοῖσιν θεοῖς.

Utroque in loco φιαλοῦμεν et φιαλεῖς futura sunt, quae nescio qua ratione a themate φιαλέω formari queant. Proinde melior videri possit Eustathii lectio [Bentleio probata] οὐδ' ἐφιαλεῖς, et ἔργῳ φιαλοῦμεν. Archiepiscopi verba apponam e commentario in Odyss. p. 1403. Ἰστέον ὅτι τὸ ἰάλλειν ψιλοῦται. ὁ δὲ Ὁμηρικὸς Ἐφιάλτης ὑποβάλλει νοεῖν, ὡς καὶ δασύνεται, ἀπὸ τοῦ ἵημι. βοηθεῖ

l) Scholia: τῷ ἔργῳ ἐπιβαλεῖς. operi te accommodabis. Volunt esse ab ἰάλλειν, quod est βάλλειν. unde comp. ἐπιάλλειν et ἐφιάλλειν, pro quo φιάλλειν, cuius futurum φιαλῶ. In Pace 431. ὅπως ἔργῳ φιαλοῦμεν. *Bergl.*

δὲ τῇ ἐνταῦθα δασείᾳ, καὶ ἐκ τῶν τῆς Κωμῳδίας τὸ, Ἀλλ' οὐκ ἀποδώσεις, οὐδ' ἐφιαλεῖς, οἶδ' ὅτι. ἀντὶ τοῦ ἐπιβαλεῖς, ὁρμήσεις. καὶ εἰ μὲν οὕτως ἡ γραφὴ συναλείφεται, ἔχομεν τὴν ἀνάλογον δασεῖαν τοῦ ἰάλλειν. εἰ δὲ κατὰ τὸν Σουΐδαν οὐκ ἔστι τετρασυλλάβως ἐφιαλεῖς, ἀλλὰ τρισυλλάβως φιαλεῖς, ἀπὸ τῆς φιάλης, ἀντὶ τοῦ, μετ' εὐχῆς ἔξη τοῦ πράγματος, κατὰ τὸ, Ταχέως ὕπεχε τὴν φιάλην, ὅπως ἔργῳ φιαλοῦμεν· τοῦτο μὲν χρήσιμον ἔσται εἰς τὸ νοεῖν, ὅτι ἐκ τῆς φιάλης καὶ ῥῆμά ἐστι τὸ φιαλῶ — καὶ μὴν ἄλλως οὐκ ἀναντίῤῥητον, ὅτι ἐν τῷ, ἔργῳ φιαλοῦμεν, τὸ τοῦ ἐφιαλεῖν ἔγκειται ῥῆμα. δύναται γὰρ, ὥσπερ ἀττικίζεται ὁ λόγος ἐν τῷ, τῷ ἐμῷ, τῷμῷ, οὕτως εἶναι κατὰ συναλοιφὴν καὶ τὸ, ἔργῳ φιαλοῦμεν, ἀντὶ τοῦ ἐφιαλοῦμεν καὶ ἐπιβαλοῦμεν ἔργῳ· ἵνα κατὰ τὸ χεῖρας ἰάλλειν κρέασιν, οὕτω καὶ ἔργῳ ἐφιαλεῖν ᾖ, τὸ ἐγχειρῆσαι πράξει τινί. Inde liquet librorum nostrorum lectionem Eustathio non aliunde, quam e Suida, innotuisse, ipsumque in libro suo legisse *οὐδ' ἐφιαλεῖς*, quod sincerum esse credam, donec me quis doceat, quomodo a *ποιεῖν* oriatur futurum *ποιῶ*. *Brunck.*

1389. *τούτῳ*. Se ipsum dicit, ut apud Terentium [Heautont. II. 3, 115.]: *tibi sunt parata verba, huic homini verbera. Bergl.*

1390. *αὖτ' εἰργάσω*. Puto pro *αὐτὰ* vel potius *αὐτό*, scilicet *τὸ αἰσχρόν*. Idem enim, inquit, saepe patrasti. Sed fortassis nihil aliud vult quam hoc: saepe enim plures alios sic decepisti. Sic enim solent diobolares illae meretrices, quae maius semper pretium quasi licitatae sequuntur. Quae contra faciunt neque avarae sunt, eas Catullus bonas amicas vocat in epigrammate: Aufilena, bonae semper laudantur amicae, accipiunt pretium quae facere instituunt. Mox addit: sed data corripere fraudando efficitur plus quam meretricis avarae. Itaque hic senex dicit, si non velis mala esse mulier i. e. si mihi operam das, ego te redimam a lupanari et pro pellice habebo, ubi mortuus fuerit meus filius. Imitatur mores adolescentum, qui sic apud meretrices de patribus severis loqui solent. *Fl. Chr.*

1391. *ἐὰν γένῃ δὲ m) μὴ κακὴ νυνὶ γυνή.* Euripides in Hippolyto 512. *ἦν σὺ μὴ γένῃ κακή. Bergl.*

1392. *ἐπειδὰν οὗμὸς υἱὸς ἀποθάνῃ.* Ita loquitur senex, ut solent filii de patribus severis et duris atque aridis. Quia ipse iam mores adsumsit iuveniles, filium dicit esse senilibus moribus praeditum. *Bergl.*

1393. *ὦ χοιρίον n).* Hypocoristicon est, quod in puellas, pusas et putillas dicitur. Est enim *χοῖρος* vel teste Varrone pudendum muliebre, unde Aeschylus Dionysum Bacchum vocat *χοιροφάλαν.* Hoc nomine puellas vendidit quidam Megarensis pauper, ut videre est in Acharn. ubi videbis eam partem *χοῖρον* dici, *Ἑλλήνων νόμῳ*, ut ait ille. *Fl. Chr.* Vide in Acharn. 767. et seqq. *Bergl.*

1394. *κρατῶ 'γώ.* Elmsleius ad Acharn. p. 158. scribit *κρατῶ πω.*

1397. (1348. K.) *κυμινοπριστοκαρδαμογλύφον.* Hac dictione sesquipedali parcum et avarum et iracundum filium Bdelycleonem indicat. Nam sordidi cuminisectores dicuntur, et *καρδαμογλύφοι* acres et irasci faciles. Ante vocavit *δύσκολον*, quo verbo patres severiores notari solent atque adeo mariti, ut ille pater in *ἑαυτὸν τιμωρουμένῳ* palliata Terentii comoedia et vir apud Menandrum in fabula Dyscoli et *περικειρομένης. Fl. Chr.* Alexis comicus apud Athenaeum VIII. circa finem: *κυμινοπρίστης ὁ τρόπος ἐστί σου πάλαι.* Hesychius: *κυμινοπρίσται· οἱ φειδωλοὶ, ὁμοίως καὶ καρδαμογλύφαι.* Nempe parci et sordidi ita vocantur. Vide paroemiographos. *Bergl.*

1398. *περί μου.* In A. *περὶ 'μοῦ.* Plene in B. *περὶ ἐμοῦ. Brunck.* Vid. Reisig. I. p. 56.

διαφθαρῶ. Ita recte omnes edd. pristinae; nuper *διαφθερῶ* active: male. *Bergl.*

1399. *πατὴρ γὰρ οὐδείς ἐστιν αὐτῷ, πλὴν ἐμοῦ.* Ut filii solent dicere: *υἱὸς γὰρ οὐδείς ἐστιν αὐτῷ, πλὴν ἐμοῦ. Bergl.*

---

m) In scholiis scriptum est *ἐὰν δὲ γένῃ.*

n) Scholiastes *χοιρίδιον* legisse videtur.

1400. V. Elmsl. ad Acharn. p. 292.

1401. (1361. Br.) *τάσδε τὰς δετάς.* Ludit in homonymia *δετῶν* et bis vocem *δετὰς* pronunciat in articulo et nomine, ut si faces dicas fasces. Sic autem *δεταὶ* vocantur, quia velut fasces vinctae sunt papyro, ut solebant veteres. Unde Antipater in epigrammatum florilegio [in Iacobsii Anthol. Palat. T. I. p. 267.] dixit:

λαμπάδα κηροχίτωνα, Κρόνου τυφήρεα λύχνον,
σχοινῷ καὶ λεπτῇ σφιγγόμενον παπύρῳ.

Apud Homerum Iliad. ρ'. habes *καιόμεναί τε δεταὶ*, vel ut alii *δαιόμεναι*. [Conf. Heyn. ad Homer. T. VI. p. 217.] *Fl. Chr.* *δεταὶ* vox est Homerica, qua bis utitur poeta in pulcherrima similitudine leonis, quem a caula abigunt rustici [Il. ρ'. 661.]:

ὁ δὲ κρειῶν ἐρατίζων
ἰθύει· ἀλλ' οὔ τι πρήσσει· θαμέες γὰρ ἄκοντες
ἀντίοι ἵστανται θρασειάων ἀπὸ χειρῶν,
καιόμεναί τε δεταὶ, τάς τε τρεῖ, ἐσσύμενός περ.

Brunck. in Supplem.

1403. *πρὸ τῶν μυστηρίων.* Quia initiati timent sibi ab iis qui sunt initiandi, ait Scholiastes, puta ne vulgentur arcana. Nam *μυστήρια* propterea dicunt, quod oporteat *μύειν* et *τηρεῖν ἔνδον*. Tamen mihi non satisfacit ista ratio, neque magis existimo hic agi de initiandis profanis quam de sacris Eleusiniis celebratis. *Fl. Chr.* Et hoc dicit quasi esset iunior filio suo. Vult autem dicere: *quum per aetatem nondum essem initiatus, et nondum esset liberius vivendi potestas.* *Bergl.*

1404. (1364. Br.) *ὦ οὗτος τυφεδανέ.* Versus hic brevior est uno pede, siquidem est senarius. Integer erit si repetatur *οὗτος*, ut sit *ὦ οὗτος οὗτος τυφεδανὲ* etc. Dixit autem *ὡραίας σοροῦ*, quia iste senex est quasi silicernium, cui potius tumulus quaerendus quam formosa femina. *Fl. Chr.* *ὦ οὗτος, οὗτος.* Sic bini codd. Pronomen, quod ad metri integritatem, non sine sermonis venustate repeti debuit, semel tantum exstat in impressis [et, quem Bentl. indicavit, Suida in *σορὸς*, *στιφεδανὸς*, *τυφεδανέ*, et *χοιροθλίψ*]. Quid deesset, acute vidit Florens, cuius coniectura recipi pote-

rat. Confer not. ad Conc. 998. — *στυφεδανέ.* Sic bene Suidas. Codd. nostri, ut impressi, habent *τυφεδανέ.* Vide Toupium in Suidam III. 142. [T. II. p. 179. ed. Oxon.]. *Brunck.* *τυφεδανὲ* habuit Scholiastes et, qui haud dubie in mente habuerunt locum Aristophaneum, Hesychius T. II. c. 1437. et Photius Lexic. c. 449.

1405. (1356. K.) *ποθεῖν.* Ed. Farrei [et, quem Bentl. indicavit, Suidas in *σορὸς*] *ποθεῖς*, non male, si puncto distinguatur. *Bergl.*

ὡραίας σορροῦ. Pro *ὡραίας κόρης· παρ' ὑπόνοιαν*, ut inquit Scholiastes, i. e. *formosam puellam.* Ludit simul in voce *ὡραῖος*, quae non tantum *formosum* significat, sed et *maturum.* Euripides in Phoenissis 975. *αὐτὸς δ', ἐν ὡραίῳ γὰρ ἵσταμαι βίῳ, θνήσκειν ἕτοιμος.* Itaque *ὡραία σορὸς* accipitur pro *morte non immatura*, quando iam alicui *καιρὸν ἐστιν ἀποθνήσκειν*, ut loquitur noster in Lysistr. 601. *σὺ δὲ δὴ τί μαθὼν οὐκ ἀποθνήσκεις; καιρὸν ἐστι, σορὸν ὠνήσει. Bergl.*

1406. *τοῦτο δρῶν* Suid. in *ὡς ἡδέως:* et *ταὐτὸ* in *ἐξ ὄτου* et *ταὐτὰ* in *καταπροΐξεται. Bentl.*

1407. *ἐξ ὄξους δίκην.* Exspectabatur ut diceret genus aliquod opsonii. At ille seu ex moribus suis, sive ut nunc *μισόδικος* par pari filio reddat, quasi litigium quaerat et cum aceti condimento lubenter edat, dixit *ἐξ ὄξους δίκην*, simul acrimoniam animi indicans litigiosi. *Fl. Chr.* Iam mutatis moribus senex filium illis delectari dicit, quibus ipse olim delectabatur, litibus scilicet, et quidem plus quam cibis delicatis. Ita enim dicebat supra 507. *οὐδὲ χαίρω βατίων οὐδ' ἐγχέλυσιν, ἀλλ' ἥδιον ἂν δικίδιον σμικρὸν φάγοιμ' ἄν, ἐν λοπάδι πεπνιγμένον.* Ceterum et alibi similiter locutus est Comicus: *καί πως ἐγὼ Σθενέλου φάγοιμ' ἂν ῥήματα, εἰς ὄξος ἐμβαπτόμενος ἢ ξηρούς ἅλας. et quodammodo vellem comedere Stheneli dicta, intingens ea in acetum aut aridum salem.* Quem locum citat Scholiastes hic Vespis ad 1303. et Athenaeus IX. sub initium [p. 567.]. *Bergl.*

1408. *οὐ δεινὰ τωθάζειν σε — κλέψαντα;* In Ranis 625. *εἶτ' οὐχὶ δεινὰ ταῦτα, τύπτειν τοντονὶ κλέπτοντα πρὸς τἀλλότρια; Bergl.*

1409. Malim *κλέψαντα συμποτῶν*. *Elmsl.* ad Acharn. p. 73.

1410. *ἀπὸ τύμβου πεσών*. Quasi excideris mente, *ἀπὸ τοῦ νοῦ πεσών*. Sed quia *νεανικῶς* loquitur, reponit illi verba quae iuvenes in seniores iaciunt. Ubi habes *ποίαν αὐλητρίδα*, malim *πῶς* propter metrum. *Fl. Chr.* Scholia: *καὶ τοῦτο ὡς εἰς γέροντα, ἀντὶ τοῦ ἀπὸ νοῦ καταπεσών.* ad quod proverbiale dictum alludit etiam in Nub. 1277. *τί δῆτα λῃρεῖς ὥσπερ ἀπ' ὄνου πεσών.* *Bergl.*

1411. Lege *ποῦ 'στὶ τοίη γ' ἡ* (ut Suid. in *ταῦτα λῃρεῖς*), ut respondeat *τῷ ποίαν* in 1360. [1409.]. *Bentl.* *Δαρδανίς*. Etenim a Dardania erant plerumque mulieres tibicinae, et Phryges primi buxum cavasse dicuntur, fecisseque etymon *μόναυλον*. Et Marsyas, qui cum Minerva certare ausus est, Phryx fuit. Post *μοναυλίαν*, i. e. singulares tibias et impares, binas postea iunxerunt, quas pares dixerunt, quaeque conveniebant festivitatibus convivialibus. Aequalitas enim decet convivantes, ut sit *δαὶς ἴση* apud Homerum. Proptereaque Ceres dicta etiam legifera ab aequalitate, quam leges imponunt. Scio quid grammatici certantes super tibiis paribus et imparibus nobis obtrudere soleant. Ego breviter sententiam meam dixi, et vero laevas et dextras olim discriminatas fuisse a sono vel gravi vel acuto, iuxta sentio cum principe critico Iul. Caes. Scaligero, qui de his in Poetica accurate scripsit et digessit quae Coelius [Rhodiginus] praeceptor congesserat. *Fl. Chr.*

1412. (1363. K.) *δαῖς καίεται*. Hinc incipit Comicus ex obscenitate propudiosa genus exhibere ridiculi, quum meretriculam ait esse lampadem: certe enim aliquando sic eas vocabant. Sic Appuleius in prima Milesiarum hospitis suae Magae venustulam et argutulam ancillam vocavit *φωτίδα*, aliter ac Lucianus, qui palaestram. Sic Lucretius dixit: *at flagrans odiosa loquacula λαμπάδιον fit:* quum nequitias amatorum *ὑποκοριζομένων* describit, et naevos in scortillis notat. Tria autem significat *ἡ δαῖς*: facem, convivium, pugnam. Sed Hesychius addit etiam *σώφρων*, nisi forte mancus est locus et addendum *δαΐφρων*, σώ-

φρων. Quia δαίω non solum est uro (atque hinc fortassis melius faces δαιταὶ dicantur quam δεταὶ, ut dicebamus, a vinciendo, ut Graeci τί δαὶ pro τί δὴ vel τί δὲ) vel partior, sed etiam disco, δάω, δάσκω, διδάσκω. Ceterum D. Chrysostomus, qui Aristophanis usus est familiari lectione, in sermone illo, quo invehitur contra τοὺς παρατηροῦντας τὰς νεομηνίας, videtur hinc dixisse: λύχνους ἅπτειν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, καὶ στεφανώματα πλέκειν, παιδικῆς ἀνοίας ἐστί. *Fl. Chr.*

1414. τί δὲ τὸ μέλαν. Nihil certius est quam videre illum τὸ τῆς αὐλητρίδος αἰδοῖον fuscum et obscurum διὰ τὴν τρίχωσιν. In Irena partem illam vocat τὸ ὀπτάνιον i. e. ustrinam et culinam, quae et εὐστρα ab urendo et coquendo, ut non recedat τὸ γελοῖον a prima translatione, quum istam Dardanida vocarit δαῖδα i. e. facem vel tedam, (hoc enim verum etymon, taeda δαῖδα) quae quum accenditur, pice lenta fluit. Pix autem optima Dardania est, ut dixit Phoenix poetarum, *Phrygiae pice lentius Idae. Fl. Chr.*

1417. ὄζος. Profecto ramus est qui sub veste senis latebat. Maluit autem dicere ὄζος propter tetrum odorem (δεινὸν γὰρ ὄζει), quia pars illa *exhalat opacam Mephitim* [ut Ausonius inquit, eo detorquens verba Virgilii. *Bergl.*], ut ait verecundus Parthenias. *Fl. Chr.*

1419. σαπρόν. Hic τὸ σαπρὸν non solum est παλαιὸν, sed μοχθηρὸν καὶ φαῦλον καὶ ἄχρηστον, ut de Aesopo dicebat ille, et vere σεσηπός. Dictum est de Simonide [in Pace 697. *Bergl.*], γέρων ὢν καὶ σαπρὸς, κέρδους ἕκητι κἂν ἐπὶ ῥινὸς πλέοι. Sed Bdelycleo filius sibi tibicinam mavult quam patri, quem mox ait οὐδὲν δύνασθαι δρᾶν. *Fl. Chr.*

1421. (1373. K.) Ὀλυμπίασι o) γὰρ ἡνίκ' ἐθεώρουν ἐγώ. De Olympio loco intelligit: itaque accentum habet in antepenultima. Nam si de Olympiade et victoria Olympica quaestio sit, circumflectatur Ὀλυμπιᾶσι. *Fl. Chr.* Senex memorat illa, quae eum filius doce-

o) Vid. Hemsterhus. ad Lucianum T. I. p. 107.

bat 1182. et 1185. ὡς ξυνεθεώρεις Ἀνδροκλεῖ καὶ Κλεισθένει. deinde: ἀλλ' οὖν λέγειν χρή σ', ὡς ἐμάχετό γ' αὐτίκα Ἐφουδίων παγκράτιον Ἀσκωνδᾶ καλῶς etc. *Bergl.* Legendum Ὀλυμπίασιν ἡνίκ'. *Elmsl.* ad Acharn. p. 73.

1426. (1386. Br.) πρὸς ταῦτα τηροῦ. Sophocles in Electra 585. πρὸς ταῦτα φράζου, καί με μήποθ' ὕστερον παθοῦσα μέμψῃ. *Bergl.* τηροῦ, *cave*, ut φυλάττου. Rarius occurrit forma huius verbi passiva in neutrali significatione, cuius unicum hoc exemplum non satis idoneum affert H. Stephanus in Thesauro. Hic enim poeta, ut Pac. 146. scribere potuisset τήρει. At in huius fabulae v. 572. non aliam quam passivam formam admittit metri lex, nec adeo depravationis ulla suspicio esse possit:

ἀλλὰ τηρώμεσθ', ὅπως μὴ Βδελυκλέων αἰσθήσεται.

Brunck. in Supplem.

μὴ ὑπώπια λάβῃς. Diogenes Laert. de Menedemo: ἐν ταῖς ζητήσεσιν ὧδε μάχιμος ἦν, ὥσθ' ὑπώπια φέρων ἀπῄει. *Bergl.*

1451. p) κἀπιθήκην τέτταρας. Puto intelligi additamentum et, ut loquebantur antiqui, mantissam, quod fuit velut superpondium. Etiam ἐπίθεμα dicebatur et fortassis ἐπίταγμα, ut Lucianus in Encomio Demosthenis dixit τοὐπίταγμα μεῖζον τοῦ θυλάκου, vel ut fortassis Dorice scriptum τῶ θυλάκω, ne nimium insudent in casus declinatione qui pro dativo accipiunt. Nam quod eruditus Erasmi castigator ἐπίγραμμα, veterem lectionem, retinet et de sacci inscriptione meditatus est, ut solent isti forenses ἐπίτροποι κακότροποι et κακόσχολοι, sane acutius quam verius, non mihi persuadet. Quod autem haec mulier male accepta et affecta a Philocleone (hanc Didymus vult esse panariam et ἀρτοπώλιδα) orat Bdelycleonem ut sibi auxilietur, signatissimo et maxime proprio verbo utitur παράστηθι, quod est, *defende me.* Quin Latine patronus aut advocatus dicebatur adesse, quod superesse quum apud praetorem advocatus extra causam verba

---

p) 1432. οἷα δίδρακας. πράγματ' οὖν δεῖ — *Reisk.*

faciens dixisset, festiviter respondit ipse praetor apud *A.* Gellium l. I. *tu vere superes, non ades. Fl. Chr.*

1433. *διὰ τὸν σὸν οἶνον.* In Equit. 97. *οἴμοι, τί ποθ' ἡμᾶς ἐργάσει τῷ σῷ ποτῷ; Bergl.* Dixerat ante multa incommoda, quae ex nimio meri potu accidere solent. Quae Eubulus comicus apud Athenaeum [p. 36.] eleganter persecutus est sub persona Bacchi, ubi trium poculorum haustu sapientis vitam circumscribit, ut dixit Ausonius, vel tria potanti. Sed praestat ipsos versus apponere a nobis emendatos et qua pote Latinos factos in gratiam *τῶν μετρίων* et *μισομεθυσῶν:*

τρεῖς γὰρ μόνους κρατῆρας ἐγκεραννύω
τοῖς εὖ φρονοῦσι· τὸν μετὰ ὑγείας ἕνα,
ὃν πρῶτον ἐκπίνουσι· τὸν δὲ δεύτερον
ἔρωτος ἡδονῆς τε· τὸν τρίτον δ' ὕπνου,
ὃν εἰςπιόντες οἱ σοφοὶ κεκλημένοι
οἴκαδε βαδιοῦσιν· ὁ δὲ τέταρτος οὐκέτι
ἁμέτερός ἐστ', ἀλλ' ὕβρεως· πέμπτος βοῆς·
ἕκτος δὲ κώμων· ἕβδομος δ' ὑπωπίων·
ὁ δ' ὄγδοος κλητῆρος· ὁ δ' ἔνατος χολῆς·
δέκατος δὲ μανίας, ὥστε καὶ βάλλειν ποιεῖ·
πολὺς γὰρ εἰς ἓν μικρὸν ἀγγεῖον χυθεὶς
ὑποσκελίζει ῥᾷστα τοὺς πεπωκότας.

id est:

Nam terna tantum temperari pocula
catis iubebo. Sanitatis gratia
primum hauriatur, alterum oblectaminis
et amoris ergo, deinde somni tertium:
ubi istud ebibere, quis pectus sapit,
domum redibunt: vis erit quartum addere,
et rixa quintum subsequetur: nenia
sextum ebriosa: septimum contusio:
vocatio in ius bis quaternum: fel novem:
insaniam bis quinque dant et impetum:
nam Bacchus in vas fatus exiguum adfatim
facile labantes tentat appositis pedes.

Propterea in proverbium ivit Graecus senarius:

ἢ πέντε πῖν' ἢ τρία πί' ἢ μὴ τέτταρα. i. e.
aut quinque vel tres ebibe, at non quattuor.

Quo monemur ad quinque vini calices duos aquae miscere vel unum aquae ad tres vini. Nam numerum

parem, ut quatuor, ominosum putabant. Hunc versum etiam recitat Plautus. Sed de hac quaestione vide Plutarchum in convivialibus problematis. *Fl. Chr.*

1343. *λόγοι διαλλάξουσιν αὐτὰ δεξιοί.* Nempe Aesopicae aut Sybariticae fabulae: ita enim docebat eum filius supra v. 1250. *ἢ λόγον ἔλεξας αὐτὸς ἀστεῖόν τινα Αἰσωπικὸν γέλοιον ἢ Συβαριτικὸν — κἀτ' ἐς γέλων τὸ πρᾶγμ' ἔτρεψας, ὥστ' ἀφείς σ' ἀποίχεται.* *Bergl.* Dixerat ante filius (quum pater inebriari metuens diceret e crapula et saepe fores effringi, obvios pulsari, pecuniam ideo numerari), inter viros bonos haec excusari et ex ioculari aliquo et faceto sermone aboleri. Itaque nunc illi reponit sua verba et animum intendit ad fabularum narrationem Aesopicarum et Sybariticarum, ut sic impune evadat quicquid ebrius admisit. *Fl. Chr.*

1445. (1405. Br.) *σωφρονεῖν ἄν μοι δοκοῖς.* Sic bene A. In B. *δοκῇς.* Vulgo *δοκεῖς.* Utrumque soloecum. Particula *ἄν* ad infinitivum *σωφρονεῖν* non pertinet; cogitandi verbum hic afficit, praecedente conditione: *si — sapere mihi videreris.* Vide not. ad Av. 555. Vulgatae lectioni mendam subesse vidit, sed non recte collineavit Florens *q*), coniiciendo *μοι 'δόκεις*, pro *μοι ἐδόκεις.* Praecedente *εἰ* cum optativo, alterius membri verbum cum *ἄν* itidem in optativo esse debet, quod iam saepius adstruximus. *Brunck.* Lege *δοκοῖς* ut Suid. in *Αἴσωπος:* idem *δοκῇς* in *μεθύσῃ.* *Bentl.*

1448. *κλητῆρ' ἔχουσα Χαιρεφῶντα.* Ridiculi causa hunc testem et apparitorem appellat, qui e Socratis discipulis et familiaribus erat, sed ita pallidus et vescus, ut eum *νυκτερίδα* et *πύξινον* vocarint. Itaque in Nubibus quum Strepsiades Socratem interrogasset, cui potissimum ex ipsius discipulis similis esset, si philosophiae adhaereret, respondit Socrates, Chaerephonti: cui ille rursus dixit: o me miserum ergo, qui *ἡμιθνὴς γενήσομαι.* Propterea mox dicitur *γυναικὶ ἐοικὼς θαψί-*

---

q) Melius erit legere *μοι 'δόκεις* pro *μοι ἐδόκεις.* Plus, inquit, mihi videreris sapere si farinas (est enim *ἀρτόπωλις*) alicunde tibi compares. Lege *ποθὲν* accentu in ultima. *Fl. Chr.*

νη propter pallorem et maciem, allusione facta ad sepulcrum, ubi *θάπτονται* mortui. Hunc habitum contraxisse credebatur propter studium sapientiae, cui dies et noctes velut intabescebat. Corrige sodes scholia in illa Nubium [500.] fabula, ubi habes de Chaerephonte *ἅτε φιλοσοφίᾳ συνεστηκώς*: nam legendum affirmo *συντετηκώς*, quamvis non ignorem corpora *οὐ συνεστηκότα* ab Aegineta dici fluxa et soluta. Sed profecto Chaerephontis ille morbus fuit *ἕξις μαρασμώδης* et *συντηκτική*. Sic enim medici vocant febrem hecticam. *Fl. Chr.*

1449. *ἄκουσον ἦν τί σοι δοκῶ λέγειν.* Non est quin alludat ad versus veterum comicorum. Nam iste a multis dictus est, vel Timocles Atheniensis comicus sic omnino locutus est: *ὦ 'τὰν, ἄκουσον εἴ τί σοι δοκῶ λέγειν.* Frequentatur etiam iste modus loquendi ab aliis nec poetis nec comicis, *εἴ τι δοκῶ λέγειν, si quid veri aut boni dixero:* ut illud Ciceronis: si quid est in me ingenii, boni scilicet; itaque per tapeinosin addit, quod sentio quam sit exiguum. Nemo enim est qui ingenium non habeat, sed acumen ingenii intelligit, non vim illam insitam a natura, quae promovetur, ut ait Flaccus, a doctrina, ita ut consuetudine eruditionis secunda velut natura asciscatur. *Fl. Chr.*

1451. *ὀλίγον μοι μέλει.* Potest haec sententia tam esse proverbialis quam illa ex Herodoto decantata *οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ*. Ego Terentii dictum ad hunc sensum revocavi et verti *isthoc vilius*, ut est in Adelphis. Fuit autem iste Lasus Hermioneus musicus insignis et Simonidae *ἀντίτεχνος*, Charbini filius ex urbe Achaia temporibus Hipparchi Pisistratidae, ut patet ex eodem Herodoto [VII, 6.] in Polyhymnia, secundum, ut aiunt, Olympiada LVIII. (male apud Suidam VIII. tantum habes et *τῷ η* addendum est *ν*) quum Darius regnaret Hystaspis filius. Primus hic fertur cyclios instituisse choros et rhythmis in dithyrambicum morem inflexis musicam reddidisse auctiorem, ut Plutarchus ait in opusculo de musica. In Avium fabula [1405.] dicitur ab hoc Comico *κυκλιοδιδάσκαλος*. Tamen alii cyclicum auctorem Ariona Methymnaeum autumant. Vir fuit cetera acris et alti ingenii, et eius locus aenigmaticus

recensetur a Dipnosophista [Athenaeo p. 338.], nempe ἰχθὺν ὠμὸν esse ὀπτόν. Primo mentis adiectu credas ὀξύμωρον, si ὀπτὸν pro assato accipias, non autem pro visibili et ὀπτικῷ. Sunt qui, ut scribit Scholiastes, ipsum annumerent septem sapientibus et locum Periandri obtinere faciant. Quod si verum est, aleatori licet esse sapienti. Narrat enim idem Plutarchus in libro περὶ δυσωπίας [p. 530. F.], invitatum a Laso Hermioneo Xenophanem ut alea secum luderet (solebat enim ipse aleatorium ludum calefacere) et quod recusaret, timiditatis dicterio correptum. At Xenophanes meticulosum omnino et timidum fassus est se esse in rebus indecoris nec honestis. Simonidem Ceum poetam lyricum et Stesichoro posteriorem (nam Stesichorus vixisse perhibetur LVII. Olympiade) Lasus hic habuit. Quem Simonidem μελικέρτην dixerunt propter dulcedinem (hoc etiam convenire Stesichoro ferunt) et auctorem faciunt memoriae τεχνικῆς et inventorem longarum et duplicium litterarum, neque hoc solum, sed citharae tertium sonum addidisse memorant grammatici scriptores. Natus autem est, ut volunt quidam, LVI. Olympiade, secundum alios LXII.: quae opinio verisimilior non est, si Lasum habuit ἀντίτεχνον, quod in tanta aevi inaequalitate esse vix potest. Vixisse tamen fertur 89. annos, et Dorica dialecto scripsisse Cambysae et Darii imperium et Xerxis naumachiam: tum elego carmine pugnam illam classicam ad Artemisium, lyricisque versibus Salaminiam: deinde threnos, paeanas, encomia, epigrammata, tragoedias et alia. *Fl. Chr.*

1452. Verba καὶ σὺ δή μοι etc. sunt Philocleonis. *Reisk.* Philocleoni tacite tribuit Brunckius, idemque fecerat Tyrwhittus. Vulgo continuabantur Bdelycleoni.

1453. κλητεύειν. Mallem κλητεύεις. *Bergl.* Scilicet vulgo legebatur ἐοικώς, quod Brunckius tacite in ἔοικας mutavit, idque iam Reiskius scribi voluerat. ἐοικὼς legitur etiam apud Suidam v. θαψίνη. Bentleius coniicit ἐωθώς.

θαψίνη r). Thapsus frutex est nomen ferens in-

r) Thapsus frutex est nomen ferens insulae et fluvii, ubi

sulae cognominis et fluvii, ubi eius copia est, ut testantur scholia in Theocriti Pharmaceutriam [II, 88.], scytharionque et scythicum lignum vocari et *χρυσόξυλον*, unde inficiebantur vestes *κροκοειδεῖς* atque adeo capilli; flavus autem est pallidusque rubicundus color. De Thapsia radice Dioscorides agit l. IV. concinens Theophrasto l. IX. historiarum; quum ait succum Thapsiae si exprimatur ad ventum flantem et manus et faciem et pudenda exprimentis tumefacere adeo, ut tota cutis eat in pustulas. Quod ego valde miror, quum succus ille, auctore eodem Dioscoride, utilis sit ad tumores et *ὑπώπια* (male apud interpretem Theocriti *ἐπώπια*), ac alopecia affectis pilos restituat, sunt qui putent eam radicem esse quam vocamus gaiacum, utilem nempe medicandae lui Hispanicae. Ludit autem in voce, ut maciem et pallorem Chaerephontis insectetur, quem in Nubibus semimortuum vocat. Nam *θαψινὸν* est *πυξινὸν* et *ὠχρὸν* et quem oporteat *θάπτεσθαι*. *Fl. Chr.*

1454. *Ἰνοῖ κρεμαμένη.* Ino pendula de rupe ut se praecipitet, post interfectos et in mare proiectos Learchum et Melicertam, ab Euripide describitur non solum flebilis, sed, ut dictum de Dione, pallida morte futura. Alii tamen solum Melicertam dicunt, cui postea nomen Palaemonis adepto, ut ipsa Ino Leucotheae, Sisyphi iussu instituti sunt ludi Isthmici. *Fl. Chr.* Allusio ad Euripidis Inonem, quod drama quum ad nos non pervenerit, difficile dictu est, quo Comicus respexerit. Utique in scena non exhibebatur Ino in mare se deiiciens. *Brunck.*

1457. (1417. Br.) *ΚΑΘΗΓΟΡΟΣ.* Quia paulo ante mentio facta fuerat Euripidis, ineptus librarius illius nomen his versibus praeposuit: et, quamvis idem

---

eius copia est. Scholia: *ὠχρᾷ.. τοιαύτη γὰρ ἡ θάψος, ὅπερ παρ' ἡμῖν χρυσόξυλον* (nempe fulvo colore) *λέγεται. Θεόκριτος· καί μευ χρὼς μὲν ὁμοῖος ἐγίνετο πολλάκι θαψῷ.* Alludit autem ad *θάπτειν sepelire*, quia Chaerephon propter pallorem et maciem videbatur semimortuus. In Nub. 504. quum Socrates dixisset ad quendam: *οὐδὲν διοίσεις Χαιρεφῶντος τὴν φύσιν·* ille dicit: *οἴμοι κακοδαίμων, ἡμιθνὴς γενήσομαι. Bergl.*

semper homo loquatur, qui primum erat *Euripides*, postea *accusator* appellatur. Nullae in hac fabula partes sunt Euripidis, cuius nomen in personarum syllabo conspici non debebat. In B. huic versui praefixa persona *ἀνὴρ τις*, sequenti vero *Εὐριπίδης*: postea ubicunque homo ille iniuriam passus et poenas repetens loquitur, persona est *κατήγορος*. In A. post v. 1370. nullae amplius personae adscriptae. *Brunck.*

1458. *καλέσῃ* in medio. *Reisk.*

1460. *προσείσομαι.* Sic bene A. [et Ravenn.] ut legendum esse Berglerus [et Reisk.] vidit. Male vulgo *προεἰσομαι. Brunck.*

1463. Lege *δεῦρὶ πότερον.* Vid. ad Plut. 56. *Bentl.*

1464. *τοῦ τραύματος*, *pro vulnere. Reisk.*

1467. (1418. K.) *ἀνὴρ Συβαρίτης.* Incipit narrare fabulas Sybariticas, ut rem in risum deducat, quemadmodum didicerat a filio supra 1251. *ἢ λόγον ἔλεξας αὐτὸς ἀστεῖόν τινα Αἰσωπικὸν γέλοιον ἢ Συβαριτικόν. Bergl.*

1468. (1428. Br.) *κατεάγη τῆς κεφαλῆς.* Andocides de mysteriis: *τὴν κλεῖν συνετρίβην, καὶ τὴν κεφαλὴν κατεάγην. Bergl.* Thomas M. in *καταγῆναι; Ἰστέον, ὅτι κατέαγα τῆς κεφαλῆς Ἀττικοὶ λέγουσι, οὐ τὴν κεφαλήν· ἤγουν κατὰ τῆς κεφαλῆς τὴν πληγὴν ἐδεξάμην. Λουκιανὸς ἐν Τίμωνι*, (p. 161.) *κατέαγα τοῦ κρανίου.* Utroque sane modo loquuntur Attici; sed prior ille elegantior est. *Brunck.* Conf. H. Stephani Thesaur. Vol. I. Part. VI. p. 1065 sq. ed. Londin. et Elmsl. ad Acharn. p. 286.

1469. *οὐ τρίβων.* Scholia: *οὐκ ἔμπειρος. καὶ ἐν Νεφέλαις* (870. ubi vide notam) *καὶ τῶν κρεμαθρῶν οὐ τρίβων τῶν ἐνθάδε.* Euripides in Medea 686. *σοφὸς γὰρ ἀνὴρ καὶ τρίβων τὰ τοιάδε.* Idem in Cyclope 518. *ὡς ἐγὼ τοῦ Βακχίου τούτου τρίβων εἰμί, ὃν πιεῖν ἔδωκά σοι. Bergl.* Libri omnes *οὐ τρίβων ὢν ἱππικῆς:* Brunckius tacite *οὐ τρίβων τῆς ἱππικῆς.* Errorem notavit Porson. ad Euripidem p. 92. ed. Lips.

1471. (1431. Br.) *ἔρδοι τις — τέχνην.* Vide Erasmum [p. 1750. ed. Francof.] in, *quam quisque novit artem. Bergl.* Proverbialem hunc versum Ciceronis verbis reddidi in Tuscul. I. 18. Opportune, ut opinor, illum citavi in nota ad Thesm. 56. In utroque

cod. particula ἄν male omissa est. In B. pro εἰδείη, εἰδοίη. *Brunck.* ἄν recte omittunt edd. veteres, Suidas v. ἔρδοι, et, qui iisdem verbis utitur, Stratonicus Athenaei VIII. p. 351. E. Soloecum esse monuit Elmsleius ad Acharn. p. 73. De sententia confer Valckenar. diatrib. in Euripidis fragmenta p. 76. et Lennepium ad Phalaridis epist. p. 246.

1472. εἰς τὰ Πιττάλου. Vel pharmaca intelligendum vel τοῦ legendum, ut intelligas domum. In Acharn. dixit πρὸς τοὺς Πιττάλου, ubi Scholiastes subaudiit μαθητάς. Fuisse autem aiunt Pittalum Athenis medicum nobilem, de quo nihil alibi memoratum memini. Sed si recta est lectio Πιττάλου, quod ego opinor, mendum non ferendum ex littera exuberante irrepsit in Suidae codices, qui Spittalum nobis medicum invehit et locum illum ex Acharnensium fabula laudat, ut videatur illic male legisse τοὺς Σπιττάλου pro τοὺς Πιττάλου, cohaerente finali articuli littera principio nominis sequentis. *Fl. Chr.* Vide ad Acharn. 1031. [p. 264.]. *Bergl.*

1473. ὅμοιά σου καὶ ταῦτα τοῖς ἄλλοις τρόποις. In Ranis 565. οὗτος ὁ τρόπος πανταχοῦ. *Bergl.*

1474. (1434. Br.) οἵ' ἀπεκρίνατο. Vulgo ἃ 'ν ἀπεκρίνατο. In B. neutrum exstat: claudicat versus deficiente syllaba, αὐτὸς ἀπεκρίνατο. Quod loquendi ratio flagitat, reposuimus, οἵ'. Nullus enim hic locus est particulae ἄν. *Brunck.* Lege ἃ μ' ἀπ—. *Bentl.* Lege ἃ πεκρίνατο. *Dindorf.*

1476. ἐχῖνον. Vas fuit in iudiciis aeneum vel figlinum hoc nomine, in quod litis instrumenta et testimoniorum tabulas olim coniiciebant, quod fregisse criminis erat loco. Hic autem accusator Euripides de hoc intelligit, sed Sybaritica illa femina ollam testaceam vel vas coculum fregerat. Nam echinum dictum etiam τὴν χύτραν μεγαλόστομον, vel auctore Hippocrate testatur Erotianus, et sic postea usurpatum ab Eupolide et Philemone in Myrmidonibus et Menander Τρέπουσιν (male enim apud Erotianum legi puto Ἐπιτρέπουσιν, quum comicus ille non Ἐπιτρέποντας fabulam docuerit, sed Τρέποντας aut Ἐπιτρόπους,

diversas fabulas). Sed echinus ille apud Hippocratem operculum habet pertusum: ait enim l. II. *περὶ γυναικ. εἰς ἐχῖνον ἐάσαι, οὗ τὸ ἐπίθεμα ὁπὴν ἔχει.* ut profecto existimem primitus hoc genus vasis dictum *ἐκχύνον*, quia infundatur, deinde pronunciationis corruptela *ἐχῖνον*. Iudicent eruditiores de coniecturis nostris; non enim pono tanquam *κυρίας δόξας*. *Fl. Chr.*

1477. *s*) *ἔγων τιν' ἐπεμαρτύρατο.* Non arbitror haec legenda cum interrogatione, sed simpliciter ait: ergo echinus quum illi aliquis adesset, antestatus est et iniuriae actionem intendit. *Fl. Chr.*

1478. *νὴ τὰν κόραν.* Notat Scholiastes sic dictam Proserpinam a saturitate propter Cerealia munera, quae alimoniam dant et satiant: solitos autem in Sicilia iurare per *κόραν*, quia Orcus illinc dicitur viraginem rapuisse Persephonam. Quae fabula in allegoriam versa ostendit seminum in terra occultationem atque adeo conciliationem genitalis foeturae, ut eruditissimus scriptor Arnobius ex ethnicorum rationibus, quibus falsorum numinum crimina excusant, scriptum reliquit lib. V. adversus gentes. Ceterum *ἐπίδεσμον* ait fasciam ligando vulneri, respiciens scilicet suum accusatorem. Quod autem ait *νοῦν ἂν εἶχες πλείονα*, sic Theocritus [XI. 74.] dixit *τάχ' ἂν πολὺ μᾶλλον ἔχοις νοῦν*. *Fl. Chr.*

1479. Lege *ἐάσασ'*. *Bentl.*

1480. *ἐπίδεσμον.* Ad ligandum te ipsum. *Bergl.*

1481. *ὦ Ἔρχων.* Male vulgo *ἄρχων*, omisso contra linguae indolem articulo. Sic supra 304. vulgati etiam libri *ὦ Ἔρχων* exhibent. *Brunck.*

1482. *οὗτοι μὰ τήν.* In Nub. 815. *οὗτοι μὰ τὴν ὀμίχλην ἔτ' ἐνταυθοῖ μενεῖς*. *Bergl.*

1483. (1445. Br.) *ἀλλ' ἀράμενος ἔγωγε.* Vulgo *ἀλλ' ἀράμενος οἴσω σε.* Nostram lectionem longe elegantiorem praestat A. in quo post *ἀράμενος* inficete inserta particula *γε*. Haec verba dicens filius sublimem me-

---

s) *ἔχιν τιν' ἐπιμαρτ — viperam.* Ludit in *ἐχῖνος* et *ἔχις*. *Reisk.*

dium patrem abripit: hic incertus, quid filius in animo habeat, sermonem illius abrumpens percunctatur *τί ποιεῖς*; respondet ille, *εἴσω φέρω σ' ἐντεῦθεν*, unde liquet eum iam ante dicere non debuisse, *οἴσω σε*. *Brunck.* Restituo: *ἀλλ' ἀράμενος εἴσω σε* — In exemplaribus antiquis typis impressis et Ravennate est *οἴσω σε*. Quod quum forte *ἔσω σε* scriptum esset alicubi, potuit facile illud in A. nasci *ἔγωγε*. *Reisig.* I. p. 517 sq.

1486. *Αἴσωπον — ἐπητιῶντο.* Scholia Latine conversa: Bdelycleo sublimem intro aufert Philocleonem, qui dum ita fertur, fabulam fingit, narratque de Aesopo, qui, ut fertur, quum aliquando Delphos venisset, irrisit eos, quod non haberent agnos, ex quorum cultura victum sibi quaererent, sed tantum ex sacrificiis victitarent. Delphi autem id graviter ferentes, phialam sacram Aesopi reculis supposuerunt. Postea Aesopus omnium rerum ignarus iter versus Phocidem ingressus fuerat; quem Delphi subsecuti, furto quasi deprehenso, sacrilegii reum fecerunt. Ille vero in petra non ita longe a templo distante, unde sacrilegi solebant praecipitari, narravit eis fabulam illam de scarabaeo, cuius Comicus meminit in Pace 129. *ἐν τοῖσιν Αἰσώπου λόγοις ἐξηυρέθη μόνος πετεινῶν εἰς θεοὺς ἀφιγμένος*. *Bergl.*

ὀλίγον μοι μέλει. Interpellat eum illo dicto, quod ipse proferebat supra 1402. *Bergl.*

1489. Elmsleius ad Euripidis Medeam p. 110. coniicit *οἴμ' ὡς ἀπολῶ σ'* — coll. Acharn. 590. *οἴμ' ὡς τεθνήξεις*. Fugit Elmsleium, hoc iam Reiskio placuisse.

1491. *s*) *οἵ μετέστη t*) *ξηρῶν τρόπων*. In Pluto 565.

---

s) Haec carminis species tam in stropha quam in antistropha dicitur *κατὰ σχέσιν*, quia inter se respondent et numero versuum et similitudine. Constat unaquaeque duodecim colis choriambicis mixtis epitritis, ditrochaeis, diiambis, dispondeis, ionicis, et paeonibns. Secundus versus est dimeter catalecticus vel, ut vocant, *ἐφθημιμερὴς*, similis anacreonticis multis. Reliqui omnes sunt dimetri acatalecti aut quadrisyllabis constantes pedibus aut quinque-

ὡς πολὺ μεθέστηχ' ὧν πρότερον εἶχε τρόπων. *Bergl.* In binis codd. mendose *μέτεστι*. Ante haec verba plene distingui debuit. *Brunck.*

1492. *βιωτῆς* Frob. *βιοτῆς* Ald. et Suid. in *οἴ*. *Bentl.*

1494. *ν*) (454. Br.) Vulgo sic leguntur hi versus:

ἦ μεταπείσετ' ἐπὶ
τὸ τρυφερὸν καὶ μαλακόν.

Contaminatam esse hanc lectionem sola metri ratio evincit, siquidem prior versus antistrophico minime congruit. In B. scriptum:

ἦ μέγα τι πείσεται
ἐπὶ τὸ τρυφερὸν καὶ μαλακόν.

Unde sinceram poetae manum elicuisse mihi videor:

ἦ μέγα τι πείσεται
τρυφερόν τε καὶ μαλακόν.

Brunck. Ἦ μέγα τι πείσεται Ἐπὶ τρυφερὸν καὶ μαλακόν. Versuum ἀντιστοίχων prior pherecrateus est secundum Ravennatem (nam vulgatae male παῖς ὁ Φιλοκλέωνος, Brunckius peius etiam παῖς Φιλ.), posterior ita comparatus est, ut quem facile reddas choriambicum dim., qualis est strophicus. cf. 1495, 6. Legendum puto:

Ἦ μέγα μέγα τι πείσε-
τ' ἔτι τρυφερὸν καὶ μαλακόν.

H. e. Permultas etiam delicias cognosces et quid sit molle vivere. *Μέγα μέγα τρυφερὸν καὶ μαλακόν*, sicut *πολὺ πολὺ πτωχιστέρου* Ach. 432. Ἔτι, etiam, quamvis iam senex. Ἐπὶ incongruum esse, sensit Brunckius. Versuum horum posterioris antistrophico legendum metri causa:

Οὐδενί γ' οὕτως ἀγανῷ —.

---

syllabicis. Longae enim syllabae etiam hic solvuntur in duas breves, proinde ut in disyllabis iambo et trochaeo. Sic invenias choriambum hic quinque syllabarum cum duplici iambo et ditrochaeo et ionico et paeone. *Fl. Chr.*

t) *ὃς μετέστης* aut *ὅς μετέστησας*, si sermo est ad Bdelycleonem. *Reisk.*

ν) Aut *μεταβήσετ'* aut *μετανείσετ'* aut *μεταπεσεῖτ'*. *Reisk. μεταπεσεῖτ'* etiam Abresch. ad Aeschylum T. II. p. 424. „ἦ. Scal. ἦ: mox lege *μεταπεσεῖτ'*." *Bentl.*

Hotib. Scribo partim ex impressis exemplaribus vetustis, partim ex MSS.:

ἦ μετά τι πείσεται ἠὶ
τό τε τρυφερὸν καὶ μαλακόν.

Reisig. I. p. 211.

1497. τὸ γὰρ ἀποστῆναι. Exstat apud Athenaeum historia de Tirynthiis, quae Horatianam sententiam confirmat: *naturam expellas furca, tamen usque recurret. Fl. Chr.*

1498. φύσεος. Male in binis codd. scriptum φύσεως, metro reclamante. *Brunck.*

1500. ξυνόντες γνώμαις. In Nubib. 1407. γνώμαις δὲ λεπταῖς καὶ λόγοις ξύνειμι καὶ μερίμναις. *Bergl.*

1501. (1461. Br.) μετεβάλοντο. Sic bene ambo codd. Vulgo μετεβάλλοντο contra temporum rationem. Hoc emendatori debetur, qui syllabas antitheticorum versuum exaequare voluit. In choriambicis lege solutis, quales sunt hi versiculi, locum habent paeones et Ionici. Hic paeon est quartus, cui respondet ionicus a minore. *Brunck.*

1504. τυχὼν ἄπεισιν. Sic bene A. ita ut pes secundus, ut in strophico versu, choriambus sit. Vulgo ἄπεισι. *Brunck.*

1506. (1466. Br.) παῖς φιλοκλέωνος. In A. ut in impressis, παῖς ὁ φιλ. In B. ὁ παῖς ὁ φιλ. Utrumque articulum admittit Graeca phrasis: neutrum metrica ratio. In vulgata scriptura binorum sibi correspondentium versuum, non quadrant numeri.

ἦ μεταπεί | σεται ἐπί.
παῖς ὁ φιλο | κλέωνος οὐ —

Iuxta Scholiastam sunt hi versus dimetri acatalecti. Plumbeus in re metrica fuit ille homo, aut aliter eum legisse necesse est. In nostra lectione examussim quadrant versiculi:

ἦ μέγα τι | πείσεται.
παῖς φιλοκλέ | ωνος οὐ —

Brunck.

1513. κατακοσμῆσαι. In Nub. 515. νεωτέροις τὴν φύσιν αὐτοῦ πράγμασιν χρωτίζεται. *Bergl.*

1515. *x*) (1475. Br.) *εἰςκεκύκληκεν.* Sic bene edidit Berglerus, Scholiastae morem gerens. In aliis editt. ut in A. est *εἰςκέκληκεν.* At in B. *εἰςκεκήκληκεν*, quae ipsissima nostra est lectio, solemni describentis errore contaminata, *η* pro *υ*. Reponere eam poterat Kusterus e Suida, qui hos versus profert in *εἰςκεκύκληκεν, εἰςήνεγκεν. Brunck.* Emendaverat etiam Toupius ad Longinum p. 352. ed. Weisk.

1516. (1467. K.) *ἔπιε διὰ πολλοῦ χρόνου.* Dixerat enim Philocleo prius quum ad convivium iret, *ἵνα μεθυσθῶμεν διὰ χρόνου.* Videntur enim facilius inebriari qui contra morem suum et frugalis victus rationem invitant sese in coena plusculum: deinde tibiarum acroasma ut animum reficit, ita perturbationes capitis incalescentis mero adiuvat. Legendum autem procul dubio *ἤκουσέ τ' αὐλοῦ*, non [ut Ph. Iuntae ed.] *αὐτοῦ*. Et sic invenio scriptum in Veneto codice [i. e. ed. Aldin.], qui tamen saepe insanum quantum mendosus reperitur. Ceterum dixit *οὐδὲν παύσεται* pro *οὐ παύσεται*, ut Homerus lib. I. Iliad. *ὅτ' ἄριστον Ἀχαιῶν οὐδὲν ἔτισε. Fl. Chr.*

1518. (1478. Br.) *οὐδὲν παύεται.* Sic legendum esse luculenter ostendit Bentleius in Phalaridea dissertatione de origine tragoediae [p. 297. ed. Lips.], quae omnino adeunda est ad huius loci intelligentiam, ex summi viri sententia a nobis constituti. *Brunck.* Legebatur *παύσεται. παύεται* reposuit etiam *Reisk.*

1519. *Θέσπις.* Thespis hic citharoedus erat; ne quis de tragico dictum existimet. Quod vero ait *κρόνους τὸν νοῦν*, fatuos et stolidos intelligit et vere *ὄνους*, ut de Diodoro dixit Laertius, qui quum propositas a Stilpone quaestiones dialecticas non intelligeret, dictus est ioculari scommate *κρόνος*, unde si priores duas litteras auferas, manebit *ὄνος*. Nam et tarda et *ἀναίσθητα* ingenia sic vocabant. Catullus: *mule nihil sentis.* Saturnus antiquissimus deus multis proverbiis occasionem dedit, ut *κρόνου πυγή, κρόνιαι λῆμαι*, de quibus vide adagiorum scriptores. Sic Comicus noster dixit *κρονίων* et *ἀρχαίων ὄζειν* et *κρόνιππον* magnum nugatorem et delirum. *Fl. Chr.*

---

x) *εἰςκεκύλικεν, intro volutavit. Reisk.*

1520. *κρόνους.* In Nub. 926. *οὐχὶ διδάξεις τοῦτον Κρόνος ὤν. Bergl.*

1521. *y*) (1481. Br.) *τοὺς νῦν.* Sic Bentleius optime. *φησὶν ἀποδείξειν κρόνους τοὺς τραγῳδοὺς τοὺς νῦν.* Vulgo ineptissime *τὸ νῦν.* [*τὸν νοῦν* Suid. in *κρονικώτερα. Bentl.*] — *διορχησόμενος.* Subauditur *αὐτοῖς*, nempe *τοῖς τραγῳδοῖς.* Paulo infra [v. 1593. quem locum Berglerus attulit] senex Tragicos ad saltationem provocans eodem composito utitur, *ἐμοὶ διορχησόμενος, mecum saltatione certaturus.* Praepositio studium notat, quo alter alterum vincere contendit. *Brunck.*

1522. *τίς ἐπ' αὐλείοισι θάσσει.* Scholia: *ὀρχούμενος ὁ γέρων παρατραγικεύεται.* loquitur enim tragicorum more. Ita autem lego, non *ἐπαυλείοισι*, ut edd. *Bergl.* Conf. Pierson. ad Moerin p. 88.

1524. *κλῆθρα χαλάσθω τάδε.* Euripides in Hippolyto 808. *αἱ̃τε κλῆθρα, πρύσπολοι, πυλωμάτων.* Idem in Iphig. Taur. 1304. et in Helena 1196. *ὦὴ, χαλᾶτε κλῆθρα. Bergl.* *καὶ δὴ γάρ.* Sic tacite Invernizius. Reliquae editiones *καὶ γὰρ δὴ* —. Personarum distinctionem quae est in vett. edd. *Φ.* *κλῆθρα χ. τάδε.* *Ο.* *καὶ γὰρ — μανίας ἀρχή*, emendarunt Bentleius et Brunckius.

1525. *σχήματος.* Gestus saltantis. Ita in Pace 323. 324. *σχήματα* et *σχηματίζειν. Bergl.*

1527. *z*) (1488. K. 1487. Br.) *πλευρὰν λυγίσαντος.* Recte sentit, me iudice, Scholiastes, qui a luctatoribus translatum hoc verbum scripsit, qui velut nexis manibus solent adversarium prehensum deiicere, quamvis primigenia notione *λύγος* sit vimen et *λυγίζειν* ligare, unde Latinum ligo et nostrum *lier.* Theocritus in primo idyllio pro superare usurpavit, *τί θὴν τὸν ἔρωτα κατεύχεο Δάφνι λυγιξεῖν* etc. *Fl. Chr.* Aristae-

---

y) *τὸν νοῦν* cohaeret cum *διορχησόμενος. mentem exsaltare* est *saltando dementari, ἐξορχεῖσθαι τὴν φρόνησιν.* Est epicrisis servi: *mein Herr wird sich den Augenblick zum Narren dantzen. Reisk.*

z) *ὑπαὶ ῥύμαις sub loris*, unde *ῥυμουλκεῖν. Reisk.*

netus epist. I. ὡς ὑγροφυῶς αὐτῆς λυγίζεσθαι τὰ ὀστᾶ τῷ περιτυπουμένῳ δοκεῖν. *Bergl.*

ὑπὸ ῥώμης. Sic optime B. Vulgo ὑπαὶ, e prava librarii sedulitate ignorantis proprietatem literae ῳ, de qua vide notata ad Plut. 1065. *Brunck.* Lobeckio ad Phrynichum p. 404. scribendum videtur ὑπὸ ῥύμης.

1529. σφόνδυλος ἀχεῖ. Fortassis senex ita constrictus et sublatus a filio crepitum ventris emiserat, aut aliud quid turpe designavit quod famulum coegit imprecari, πῖθ' ἑλλέβορον. Id insanis dici solet. Sed fortassis quia veratrum nigrum foliis est sphondylii proximum et ventrem movet, propterea fortassis ludit in voce σφονδύλου et ἑλλεβόρου, quod σφονδυλίῳ est simile. Scholiastes hoc loco litteram decussatam apponit quasi culpae notam, quia πῖθι, inquit, de pharmacis sumendis dicitur, πῖε de potionibus quotidianis et quibuslibet, et laudat hunc senarium λαγὼν ταράξας πῖθι τὸν θαλάσσιον i. e. *leporem marinum sume quum turbaveris.* Sed neque vera est haec observatio: nam et proverbium vincit πῖθι ἢ ἄπιθι: neque secum consentanea scripsit hic grammaticus: nam si de pharmacis πῖθι proprie dicitur, recte ergo hic usurpat hoc verbi noster Comicus. Nullum enim certius est pharmacum quam ellebori, cuius natura ea est (ut sapiens Democritus ab Hippocrate ἑλλεβορισθησόμενος ad eundem scripsit), ut sanitatem pariter et insaniam purget, tamque sanis noceat quam insanis prodest. Eo Praeti filias purgatas a furore, scribit Dioscorides, idcoque vocatum melampodion putat. *Fl. Chr.*

1530. (1481. K. 1490. Br.) πτήσσει Φρύνιχος ὥς τις ἀλέκτωρ. Ivit in proverbium Phrynichi poetae, ut volunt, tragici trepidatio, quem Athenienses filium Melanthae multarunt mille drachmis, quod Milesiorum excidium repraesentasset in tragoedia, neque puto eundem esse qui mortuus proditionis damnatus est, ut scribit Plutarchus in Alcibiade, apud quem integrum habes senarium poetae cuiusdam, unde hic versus nostri Comici sumtus videtur, saltem qui huc pertinet. Est autem de domito a Socratis disciplina Alcibiadis ingenio: ἔπτηξ' ἀλέκτωρ δοῦλον ὡς κλίνας πτερὸν

i. e. *obnoxiam alam flexit ut gallus tremens. Fl. Chr.* Scholia: παροιμία ἐπὶ τῶν κακόν τι πασχόντων. Videtur de illis proprie dici, qui in certamine aliquo victi se submittunt trepidantes. Apud Plutarchum in Alcib. exstat senarius poetae alicuius veteris, quem usurpat de domito a Socratis disciplina ingenio Alcibiadis: ἔπτηξ' etc. quem locum adduxit Florens. Euripides utitur verbo πτήσσειν quum timentes comparat cum avibus, Cyclop. 406. ἄλλοι δ' ὅπως ὄρνιθες ἐν μυχοῖς πέτρας πτήξαντες εἶχον, αἷμα δ' οὐκ ἐνῆν χροΐ. et in Hercule fur. 974. ἄλλος δὲ βωμὸν ὄρνις ὡς ἔπτηξ' ὕπο. *Bergl.* πλήσσει Φρύνιχος. Sic e certissima Bentleii emendatione edidi. Vulgo absurde πτήσσει. Saltationis admodum studiosus fuit Phrynichus, quod testatur proverbium, cui occasionem dedit, σχῆμα καὶ τριώβολον, de quo videndus Eustathius ad Iliadem p. 951. l. 50. *Brunck.* πλήσσει Φρύνιχος, ὥς τις ἀλέκτωρ. Recepit hanc, tanquam certissimam, Bentleii emendationem Brunckius, ut pede ferire terram dicatur inter saltandum Phrynichus tragicus, saltandi ut studiosissmus, ita et longe peritissimus. Quaero, quid hoc vel ad laudem vel ad vituperium hominis? Feriunt scilicet terram, quicunque saltant. Quaero porro, quo nomine reprehendenda sit lectio vulgata πτήσσει a), qua fingitur trepidare Phrynichus, quippe vi-

---

a) πτήσσει defendit etiam Gallicus interpres p. 539 sq. ubi de hoc loco ita disputat. „Il est question ici, comme l'observe très bien M. Burette, (tome XIII. p. 273. des Mémoires de Littérature de l'Académie des Inscript. et Belles-Lettres) de Phrynique l'ancien, le même dejà mentionné. Le scholiaste et Suidas en font à tort un second Phrynique. En affet, le poëte parle d'abord ici des danses théâtrales de Thespis, et immédiatement après de celles de Phrynique, lequel, par conséquent, ne sçauroit être un autre que le disciple de Thespis; c'est à-dire, l'ancien Phrynique, grand maître en fait de danse, et dont parle Athénée, I, 19, qui dit que les anciens poëtes, Thespis, Pratinas, Cratinus, et Phrynique, étoint apelés danseurs (ὀρχηστικοὶ), parce qu'ils étoint grands compositeurs de danses pour les choeurs des pieces dramatiques, et y danseint eux-mêmes. Je conserve, comme on voit, l'ancienne leçon de ce vers: πτήσσει Φρύνιχος, ὥς τις ἀλέκτωρ: Plutarque dit également d'Alcibiade, humi-

ctus a meliore saltatore, Philocleone. Plutarchus Alcibiade de domito Socratis disciplina Alcibiadis ingenio, laudante locum Florente Christiano:

Ἔπτηξ', ἀλέκτωρ δοῦλον ὡς κλίνας πτερόν.

Hotib. Conf. Valckenarii Phalaridea p. XIII.

1551. *τάχα βαλλήσεις.* Scholia: *ῥίψεις λίθους δηλονότι ὀργούμενος.* Puto propterea id dicere servum, quia pro insano habet Philocleonem; itaque dicit fore, ut mox crescente insania homines lapidibus insectetur, ut solent insani. Aut forte et sequentia dicit sic: *τάχα βαλλήσεις σκέλος, οὐρανιὸν γ' ἐκλακτίζων*, ut infra 1520. *ῥίπτε σκέλος οὐράνιον.* Sequor tamen Scholiastem. *Bergl.* Haec ita scripta velim:

Ξ. Τάχα βαλλήσεις . . . . .

Φ. Σκέλος οὐρανιὸν γ' ἐκλακτίζων.

Interrumpens orationem servi senex feriturum quidem se dicit, at non manu, quod timebat Xanthias, sed pede, sublimius vibrato, more saltatorum. *Hotib.*

1552. *ἐκλακτίζων.* Muliebris saltatio et velut *ἐμμέλεια* exarmata dicebatur *ἐκλάκτισμα* mollisque erat, fracta et obscena, ut scite notat in libro Poetices princeps litteratorum Caesar Scaliger, quia calce hu-

---

lié par les leçons de Socrate: *ἔπτηξ' ἀλέκτωρ δοῦλον ὡς κλίνας πτερόν.* Le traducteur italien d' Aristophane a: Frinico teme, come un gallo. Je ne vois pas de raisons d' adopter la correction proposée par Bentley dans sa dissertation angloise sur Phalaris: il veut qu'on lise *πλήσσει* au lieu de *πτήσσει.* Voici ce qui a donné lieu au proverbe: *il tremble de peur comme Phrynique.* Le second Phrynique, suivant Suidas, étoit auteur d'une piece tragique intitulée: La Prise de Milet, par Darius, roi de Perse. Cette piece fit verser des larmes aux spectateurs; ce qui fut cause que les Athéniens condamnerent le poëte à une amende de mille drachmes, le chasserent du théâtre, et le punirent ainsi d'avoir, par cette tragédie, ouvert une plaie si sensible à toute la nation: et ils defendirent a l'avenir de jour cette piece. La consternation où une telle disgrâce jeta Phrynique, avoit passé en proverbe chez les Grecs. En sorte qu'on disoit de quelqu'un accueilli de quelque infortune, *Phrynique tremble le peur.* M. Burette, ib. Plutarque, Préceptes d' Administrations, chap. LVI., et Traité de la Musique, chap. XXIX." —

merus erat superandus et retegendae partes pudendae, similis fere ei, quae apud Laconas *βίβασις* dicebatur, in qua nates calcibus impetebantur, ut diximus ad Lysistratam, saltuumque numerus recensebatur, ut cuidam saltationi inscriptum olim fuerit et cani deinde in laudem solitum *χίλια πόκα βιβάντες*. Hesychius non *ἐκλάκτισμα* sed *ἐκλακτισμὸν* vocat, aitque esse choricum schema et *ὄρχησιν σύντονον*. Herodotus in Eratone [VI, 129.] genus illud saltationis propter quod Hippoclides excidit spe matrimonii et, ut ipse ait scriptor, *ἀπωρχήσατο τὸν γάμον*, vocat emmeliam et, ut arbitror, *ἐκλάκτισμα* fuit: nam utitur his verbis: *σκέλεσι ἐχειρονόμει*. Quod quum vidisset speratus socer Clisthenes alium ascivit sibi generum: spretus vero ille fastidioso dicterio eum ultus proverbium peperit, *οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ*. *Fl. Chr.* Videtur senex de Phrynicho loqui. Si hoc est, *τὸ ἐκλακτίζων* est pro *ἐκλακτίζοντος*. Videtur, inquam, ita propter sequens *κατὰ σαυτὸν ὅρα*. *Bergl.*

1533. *κατὰ σαυτὸν ὅρα*. In Nub. 1267. et in Acharn. 1017. *κατὰ σεαυτὸν νῦν τρέπου*. *Bergl.*

1536. *μανικὰ πράγματα*. Quia pater dixerat de laxitate *κοτυληδόνος* et mobilem velut *ἔκλυσιν* commendarat, filius inquit, non est *ἔκλυσις*, sed vere *ἔκστασις* et *μανία*. Sic enim *μανίαν* etiam vocat Hippocrates. Paulo post *ἀνείπω* dicit, i. e. *ἀνακηρύξω* et *ἀναγορεύσω*. *Fl. Chr.*

1538. *εἶτις — φησὶν ὀρχεῖσθαι καλῶς — ἐνθάδ' εἰσίτω*. Euphanes comicus apud Athenaeum VIII. p. 343. *τίς φησιν εἶναι δεινὸς ἐκ κοινοῦ φαγεῖν; — ἴτω πρὸς ἡμᾶς*. *Bergl.*

1541. *υἱὸς Καρκίνου*. Filii Carcini poetae varie enumerantur a Scholiastis; ad Nubes 1264. Xenocles, Demotimus, Xenotimus: ad Ranas 86. Xenocles, Xenoclitus, Xenotimus: ad Pacem 782. Xenocles, Xenotimus, Xenarchus. Hic in Vespis ad praesentem locum quatuor dicuntur fuisse, quorum tres fuerint choreutae, quartus poeta, nempe Xenocles. *Bergl.*

1542. *ὁ μέσατος*. Quatuor habuit filios Carcinus: sed de tribus tantum agit, qui erant *χορευταί*; nam

quartus, Xenocles, poeta erat. Dixit autem μέσατος pro μέσος, ut saepe apud bonos auctores. *Fl. Chr.* De μέσατος vide Buttmanni gr. Gr. T. I. p. 275 sq.

1543. *b)* ἀπολῶ γὰρ ἄν τόν [sic Ph. Iunta]. Malim αὐτὸν et sic puto melius. Festive autem ἐμμέλειαν κονδύλου dixit, quia χειρονόμος et manus ictum daret desultoriam. Sic videtur Euripides de Cyclope dixisse, qui socios Ulyssis mandebat ῥυθμῷ τινι. Proprie autem ῥυθμὸς dicitur illa ἄρσις et θέσις eorum, qui pede et manu plaudunt, unde translatum ad pedes metricos. Ostendit autem quam fuerint pusilli et tenues homunciones isti Carcinitae: sed et tacite innuit malum choreutam illum medium, quum ait, ἐν τῷ ῥυθμῷ γὰρ οὐδέν, puta οἶδεν voluisse addere. *Fl. Chr.*

1544. (1495. K.) οὐδέν ἐστιν. In Ecclesiaz. 144. σὺ μὲν βάδιζε καὶ κάθιζ' οὐδὲν γὰρ εἶ. Euripides in Phoeniss. 601. κἄτα σὺν πολλοῖς ἦλθες πρὸς τὸν οὐδὲν ἐς μάχην; in Cyclope 662. ἀλλ' οὔτι μὴ φύγητε τῆσδ' ἔξω πέτρας χαίροντες, οὐδὲν ὄντες. idem in Iphig. Taur. 115. τοὺς πόνους γὰρ οἱ 'γαθοὶ τολμῶσι· δειλοὶ δ' εἰσὶν οὐδὲν οὐδαμοῦ. et alibi saepe. Vide ad Equit. 158. *Bergl.*

1546. ὠψώνηκ'. Quia eorum pater est cognominis cancro. *Bergl.*

1547. (1507. Br.) οὐδέν γ' ἄλλο. Sic quidem codd. Praestaret οὐδὲν ἄλλο, omissa particula *c)*, quae mox idoneo loco recurrit. V. seq. αὖ τῶν, duae voculae, in Kusteri edit. operarum errore in unam vocem αὐτῶν coaluere. *Brunck.*

1548. αὖ τῶν. Ita recte edd. pristinae [et Reisk.]: non αὐτῶν, ut nupera. *Bergl.*

1549. (1509. Br.) ὀξὺς ἦ φάλαγξ. Quia erat par-

---

b) „Corrige Vesp. 1543. ubi postquam Philocleo dixerat ἀπολῶ γὰρ αὐτὸν, ἀμελίᾳ δοὺς κόνδυλον (sic enim legebat Schol. ut patet ex verbis eius διδωμι αὐτῷ κόνδυλον καὶ ἀπολῶ αὐτὸν) mox subdit νὴ Δί' ὀψώνηκ' ἄρα: at dicere debuit ὄψον ἦκ' ἄρα: quo dicto Carcini filium pugnis contundit. De ἦκειν in hac re vid. Valck. ad Phoen. 196." *G. Burges* in Classical Iournal XXXVI. p. 368.

c) Sed vide Reisig. I. p. 248 sq.

vus, ut ait Scholiastes. *Bergl.* Xenocles hic innuitur, unus e Carcini filiis, tragoediarum malus poeta, cuius meminit noster Thesm. 171. 440. et Ran. 86. Corpore erat exiguo et gracili, ob quod vitium irridetur etiam in Pace, ubi Carcini filii *ναυσφανεῖς* appellantur. In quaestione *ὀξὶς ἢ φάλαγξ*, idem est schema, quod Av. 1205. ubi Pisthetaerus Iridem rogat:

ὄνομα δέ σοι τί ἐστι, πλοῖον, ἢ κυνῆ;

Sic res dissimillimas iungere solent, quum mira et insolita oblata specie, quo eam nomine appellare debeant haesitant. De cancro, qui *pinnoteres*, vel *pinnophylax* appellatur, videndi, ne plures memorem, Plinius L. IX. p. 528. Athenaeus L. III. p. 89. E. et Oppianus Halieut. II. 186. *Brunck.*

1550. *ὁ πιννοτήρης.* Alias pinnophylax. *Bergl.* Sic vocat minimum natorum Carcini, qui fortassis est Xenocles scriptor tragoediarum, quem quartum praeter tres alios esse diximus. Tamen Scholiastes Philoclen scribit et testem laudat Pherecratem ex fabula *Ἀγγείων* (nescio an verus hic titulus fabulae Pherecrateae, nisi legas *Ἀγρίων*: nam eam fabulam docuit), ut lucem nullam dispiciam in ista nomenclatura. Nos ad Irenam [p. 519.] satis multa congessimus de istis Carcinomatis, sed quibus fides non est adstruenda ut iuratis testibus, nihil statuimus iure perpetuo, sed arbitrio tantum. Ceterum quum ait hic noster *ὀξὶς ἢ φάλαγξ*, certe *λοπάδα* vel patellam de genere concharum *ὀξίδα*, ut puto, vocavit per *φάλαγγα*, cancrorum genus, qui *μαῖαι* dicuntur et nos vocamus maris araneum. Fortassis autem pinnoterem ab acumine dixit *ὀξίδα*. *Fl. Chr.*

1551. *ὁ σμικρότατος.* Voluit *Καρκίνιον* dicere, id est filium Carcini. *Schneider.* ad Aristotel. H. A. T. III. p. 320.

ὃς τὴν τραγῳδίαν ποιεῖ. Id est, *malus ille tragicus.* Reisig. I. p. 175.

1553. *ὀρχίλων.* Pro *ὀρχηστῶν* propter similitudinem vocum. Indicat eos parvae esse staturae: mox eos *τριόρχας* dicit. *Bergl.*

1554. Lege *ΒΔΕ. ἀτὰρ —. Bentl.*

1555. ἤν. Non dubito quin legendum sit ἦν, pro ἐὰν, quod videtur placuisse Scholiastae. Si, inquit, victor fuero, vide ut salsuram et muriam tuis filiis pares, quo facilius eos opsonem. Versu sequenti ut integrum sit metrum Aristophanicum, lego αὐτοῖς ὀλίγον. *Fl. Chr.* ἤν. Ita recte Aldina, Iuntina et Brub. nec aliter Scholiastes, qui exponit per ἐάν. Farrei et nupera ἦν nullo sensu. *Bergl.* ἤν. Sic bini codd. recte. Operarum errore manifesto in quibusdam editt. excusum ἤν. *Brunck.*

1557. (1508. K. 1517. Br.) βεμβηκίζωσιν. I. e. circumagant se et versent, ut a pueris solet turbo. Unde in Avibus dixit, βέμβικος οὐδὲν διαφέρεις, quibus verbis notatur τὸ εὔστροφον καὶ εὐκίνητον horum salisubsulorum. Neque alia ratione in Irena hos Carcini filios strobilos vocat propter orbiculatam ὄρχησιν, tum quia στρόβιλοι dicuntur limaces et ceryces turbinati. Quae ideo hic addita volumus praeter quae ad Irenam notata a nobis, quia illic perperam diximus nescio quae de nucleis pineis, qui et strobili dicti, sed, ut arbitror, ἀπροσδιονύσως. Ludit autem Comicus ad nomen στροβίλων, quum paulo post ait στρόβει, παράβαινε κύκλῳ etc. Proprie autem καρίδων mentionem facit, quod est squillae et cancri genus, quod nos a saltatione capreolas dicimus. *Fl. Chr.* Mox βέμβηκες ἐγγενέσθων. *Bergl.* βεμβικίζωσιν. Sic bene uterque cod. Prava est impressorum scriptura βεμβηκίζωσιν. In Callimachi Epigr. XXXVII. cuius distichon profert Scholiastes, editiones exhibent βέμβικας, non βέμβηκας. Eadem mox v. 1551. recurrit in impressis menda, βέμβηκες, quo in loco itidem codd. nostri habent βέμβικες. *Brunck.* Conf. Schaeferi Melet. crit. p. 112.

1558. Scribendum censeo, strophis restitutis *d*):

---

d) Si haec antistrophica sunt, ut videtur, lenior in promptu est medicina:

στροφή.

ἄγ', ὦ μεγαλώνυμα τέκνα
τοῦ θαλασσίοιο,
πηδᾶτε παρὰ ψάμαθον
καὶ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτου,
καρίδων ἀδελφοί.

Ἀγ' — — — θαλασσίου,
Π. π. ψ.
Καὶ — — — ἀδελφοί!

Ταχὺν ἐν κύκλῳ σοβεῖτε καὶ τὸν Φρύνιχον
Ἐκλακτισάτω τις, ὅπως
Ἰδόντες ἀποσκελίσαντ' ὤζωσιν οἱ θεαταί.

Vulgatum *καὶ τὸ Φρυνίχειον* versus respuit. Ipsum Phrynichum, i. e. saltationes Phrynicheas, chorus iubetur *σοβεῖν* atque *ἐκλακτίζειν*, quod non capientes interpretes vulgares *πόδ'* inculcarunt post *ταχύν*, itidem metri detrimento. Denique rarior vox *ἀποσκελίζω* ultimi versus depravandi ansam praebuit, qui, similis sequentibus, hiat in vulgatis, *Ἰδόντες ἄνω σκέλος* exhibentibus pro eo, quod nos reponendum esse arbitramur, *Ἰδ. ἀποσκελίσαντα*. Hesychius: *ἀποσκελίσαι, παιδικὴν ὄρχησιν ὀρχήσασθαι.* quod magis ridiculum in senibus. *Hotib.*

ἄγε μεγαλώνυμ' ὦ
τέκνα τοῦ θαλασσίου
πηδᾶτε παρὰ ψάμαθον
καὶ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγετοι-
ο καρίδων ἀδελφοί. 5
ταχὺν πόδ' ἐν κύκλῳ σοβ-
εῖτε καὶ τὸ
Φρυνίχειον
ἐκλακτισάτω τις, ὡς ἰδόντες
ἄνω σκέλος ὔζωσ' οἱ θεαταί. 10

V. 9. Ita Bentl. pro *ᾄδοντες*. Metrum confirmat. Eadem var. lect. in Vesp. 319. ex emendatione Dawesii. V. 10. Pro *ὄζωσ'* dedi *ὔζωσ'*: quod formatur ab *ὗ*: hoc exstat in Plut. 896. ubi Schol. *ὗ ὗ ὁ ὀσφραινόμενος τοῦτό φησι.* *G. Burges* in Classical Iournal Nr. XXXI. p. 42 sq.

ἀντιστροφή.
σοβεῖτε ταχὺν πόδα κύκλῳ,
καὶ τὸ Φρυνίχειον
ἐκλακτισάτω τις, ὅπως
ἰδόντες ἄνω σκέλος ὔ-
ζωσιν οἱ θεαταί.

Dindorf.

1559. *τοῦ θαλασσίου.* De Carcino quasi de Neptuno thalassio loquitur. Ita dicitur Neptunus in Pluto 396. Mox eundem Carcinum vocat *ποντομέδοντα* 1521. *Bergl.* Plato comicus apud schol. ad Pacem 792. *Ξενοκλῆς ὁ δωδεκαμήχανος, ὁ Καρκίνου παῖς τοῦ θαλαττίου.*

1562. *καρίδων ἀδελφοί.* Ophelion comicus apud Athenaeum III. p. 106. *ὠρχοῦντο δ' ὡς καρῖδες ἀνθράκων ἔπι πηδῶσι κυρταί. Bergl.*

1563. Ahlwardtus in diariis Ienensibus a. 1810. fol. 124. p. 392. haec sic corrigit:

ταχὺν δὲ πόδα κυκλεῖτε, καὶ τὸ Φρυνίχιον
ἐκλακτισάτω τις, ὅπως
ὤζωσιν ἄνω σκέλος εἰσιδόντες οἱ θεαταί.

πόδα κυκλεῖν inveniri monet in Avib. 1379.

1564. *τὸ Φρυνίχειον.* Aeschylus in Persis 1059. *καὶ στέρν' ἄρασσε, κἀπιβόα τὸ Μύσιον.* Ceterum in Phrynicho videtur aliquid notabile fuisse, ut Scholiastes ait, quod crus altius vibraret. *Bergl.*

1566. (1526. Br.) *ἰδόντες e) ἄνω σκέλος.* Sic plane scriptum in A. ut emendandum esse viderat Bentleius [de Phalarid. p. 300. ed. Lips.]. Absurde vulgo legitur *ἅδοντες*, ita ut voces *ἄνω σκέλος* nihil habeant quo referri possint. Vim linguae fecerunt interpretes, qui ea cum *ἐκλακτισάτω* struxerunt. Verterat Berglerus: *Et Phrynichi more aliquis crus sublime iactet, ut cantantes, o, exclament spectatores.* Itaque iuxta eum cantandi partes a Choro ad spectatores transferuntur. *Brunck.*

1567. (1518. K.) *ὤζωσιν f).* Ab ὠ, quod est ad-

---

e) *ἄραντος* coniicit *Reisk.*

f) Id est, admiratione perculsi spectatores clament et vociferentur, quum videris arduos secundum Phrynichum saltus, crure scilicet in sublime extenso. Puto vero legendum per ω magnum, *ὤζωσιν.* Fictum verbum a particulis ὦ ὤ, quo etiam usus est Aeschylus in Diris, proinde ut ab αἰ αἰ verbum *αἰάζειν*, ab οἴμοι verbum *οἰμώζειν*, et a φεῦ φεῦ fecit etiam idem Aeschylus novum verbum *φεύζειν* in Agamemnone, ubi quum Cassandra dixisset φεῦ φεῦ, respondet chorus *τί τοῦτ' ἔφευξας;* Ego vero arbitror etiam ab ἔ ἔ manasse *ἐλέγους*, eadem ratione vel potius *ἀναλογίᾳ. Fl. Chr.*

mirantis, ut ait Scholiastes: ut *οἰμώζειν*, quod ubique obvium, ab *οἴμοι*. Sic *φεύζειν* a *φεῦ* apud Aeschyl. Agam. 1316. quem locum adduxit Florens. Sic *αἰάζειν*. Scholiastes Aeschyli ad Eumen. 524. *ὡς παρὰ τὸ αἰ αἰ αἰάζειν, οὕτω παρὰ τὸ ὠ ὠ ὠζειν. Bergl.* Conf. Valcken. ad Theocrit. Adoniaz. p. 404.

1568. *g*) Metrum horum versuum hoc est:

⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑

Vid. Gaisford. ad Hephaestion. p. 341. Hermann. Elem. doctr. metr. p. 593.

στρόβει. Cordacem saltant; huc enim respicit Scholiastes in Nub. 542. quum ait: *τὸν δὲ κόρδακα ἐν τοῖς Σφηξὶν εἰσήγαγεν. Bergl.*

γάστρισον σεαυτόν. Verbera pectus tuum. Hoc enim est *γαστρίζεσθαι*. Est etiam laute vivere et invitare se plusculum in coena. *Fl. Chr.*

1569. *ῥίπτε σκέλος οὐράνιον*. Euphronius sic vocari censet genus tragoedicae saltationis: sed puto referendum ad superiora, quae dixit *περὶ ἐκλακτισμοῦ*. Nam *σκέλος οὐράνιον* nihil aliud est quam crus sublime. Sunt autem hic *βέμβικες* circumactus et rotationes, *περιφοραὶ* et *περιαγωγαὶ*, ut diximus. *Fl. Chr.* Euripides in Troad. 325. *πάλλε πόδ' αἰθέριον· ἄναγε χορόν.* Idem in Electra 859. *θὲς εἰς χορὸν, ὦ φίλα, ἴχνος, ὡς νέβρος οὐράνιον πήδημα κουφίζουσα.* Vide ad Ranas 793. Est autem *οὐράνιον* pro *εἰς οὐρανόν*. ut hic in Vesp. 413. *νὴ Δί', ἐς οὐρανόν γε (κεκραξόμεθα). Bergl.*

βέμβηκες. In Avib. 1461. *βέμβηκος οὐδὲν διαφέρειν δεῖ*. Hic paullo ante: *ὅπως βεμβηκίζωσιν ἑαυτούς. Bergl.* Conf. Schneider. ad Aristotel. H. A. T. III. p. 372.

---

g) Stropha haec notatur decem versuum numero, quamvis septem tantum habeat, ut necesse sit tres desiderari, aut aliter digerendos istos. Quod genus sit hoc carminis, non est mihi proclive affirmare: tamen prout distincti sunt, existimo metrum esse *λογαοιδὸν* ex anapaestis constans et *συζυγίᾳ* iambica *ἑφθημιμερεῖ*: quamvis ad *λογαοιδοὺς* versus sciam *τροχαϊκὴν διποδίαν* pertinere. Fortassis etiam Archebuleum carmen est, de quo consulendus Hephaestio. *Fl. Chr.*

1570. (1521. K.) *ὁ ποντομέδων ἄναξ.* Sic Carcinum vocat propter filios, quos ante dixit *τέκνα τοῦ θαλασσίου.* Legendum vero versu sequenti propter metrum *τοῖς τριόρχαις h)*, non *τοῖσι*, ubi ludit in voce, propter *τρεῖς ὀρχηστάς. Fl. Chr.* Neptuni epitheton tribuit Carcino sive Cancro poetae, quia Neptunus est deus maris, ubi *cancri* sunt, quibus iste Cancer poeta longe praestat. Neptuni epitheton occurrit apud Aeschylum in Septemth. 134. *ὅ θ' ἵππιος ποντομέδων ἄναξ — Ποσειδῶν.* Euripides in Hippolyt. 744. *ἵν' ὁ ποντομέδων πορφυρέας λίμνης ναύταις οὐκέθ' ὁδὸν νέμει. Bergl.*

1571. *τριόρχαις.* Scholia: *ἔπαιξε διὰ τὸ τρεῖς εἶναι· ἔστι δὲ ὁ τριόρχης ὄρνεον.* Vide in Avibus 1181. Sic paullo ante eosdem orchilos vocabat v. 1506. *Bergl.*

1573. Lege *ὑμᾶς. Bentl. οὐδείς πω πάρος.* Chorus enim ingrediens saltus edebat, nunquam egrediens. Et tamen in exodiis saltabant. Firmicus libr. VI. *Qui veterum fabularum exitus in scenis saltantes imitentur.* Vocat enim *τὰ ἐξόδια*, exitus fabularum. *Fl. Chr.*

1574. *i)* (1537. Br.) Sic distingue: *ὀρχούμενον, ὅστις ἀπήλλαξεν, χορὸν τραγῳδῶν. nemo, qui hoc fecit choro tragico, evasit* i. e. *impune habuit.* Ald. *τραγῳδῶν. Bentl. τρυγῳδῶν.* Male in utroque cod. *τραγῳδῶν.* Vide not. ad Nub. 296. Sex primos huius semichori versus distinxi ad fidem cod. A. *k*). *Brunck.*

---

h) Monuit etiam Hermannus de metris p. 386.

i) *ὀρχούμενον ὅστις ἀπήλλαξεν χορὸν τρυγῳδῶν.* Editio Farrei aliter: *ὀρχούμενός τις ἀπήλλαξεν χορὸν τρυγῳδῶν.* Unde sic legerem: *ὀρχούμενον τίς ἀπήλλαξεν χορὸν τρυγῳδῶν;* interrogative. *Bergl.*

k) Sic:

στρόβει — κύκλῳ,
καὶ — σεαυτόν,
ῥίπτε — οὐράνιον·
βέμβικες ἐγγενέσθων.
καὐτὸς — ποντομέδων
ἄναξ — προσέρπει,

ADDENDA ET CORRIGENDA

IN

ACHARNENSES.

P. 11. l. 13. Palmerius leg. Petitus. —— P. 32. l. ult. *τὸν καρδίαν;* leg. *τὴν καρδίαν;* —— P. 36. v. 33. *ποθῶν* scriptum est in Stobaei edit. Trincavell. —— P. 44. l. 7. a fin. *ἡμῖν* leg. *ἡμῖν.* In eodem versu *οἱ* et *τρύχομεθ'* ex Elmsleii editione remansit. —— P. 45. v. 69. *ὁδοιπλανῶντες.* Lobeck. ad Phrynich. p. 630. —— P. 48. l. ult. de Platonis comici fragmento vid. Boissonad. ad Tiberium rhet. p. 18. —— P. 50. v. 100. Elmsleius edidit *ἰαρταμὰν ἐξαρξὰν ἀπισσοναστρα.* —— P. 57. v. 116. *ἐνθάδ'* Suidas in *αὐτόθεν. Bentl.* —— ibid. l. 4. a fine *ἐξηρ.* leg. *ἐξυρ.* —— P. 65. v. 146. Vid. E. Platneri Beiträge zur Kenntniss des Attischen Rechts p. 130. —— P. 66. v. 156. *Ὅδομ.* leg. *Ὁδομ.* —— P. 71. not. d) pro 47. leg. 60. —— P. 86. v. 242. Wolfius edidit *προΐτω᾽ς τὸ πρόσθεν,* dissentiente Reisigio in Syntagm. critico p. 25. —— P. 92. v. 272. Lobeck. ad Phrynich. p. 636. —— P. 93. v. 279. *μὲν* in versu ex Avibus Elmsleius non *de suo* addidit, sed ex codice Ravennate: de coniectura inseruerat Porsonus, ut refert Kidd. ad Dawes. p. 355. —— P. 103. l. 20. *οὐ τᾶρ'* leg. *οὔ τᾶρ'* —— ibid. v. 325. *δήξομαί γ' ὑμᾶς* Porsonus apud Kiddium ad Dawes. Miscellan. p. 607. —— P. 104. v. 330. pro: non *ἢ 'πὶ τῷ* leg. non *ἢ 'πὶ τῳ.* [Interrogativum *τῷ* Kusterus ubique in encliticum *τῳ* mutasse videtur.] —— P. 105. l. 14. a fine pro *λέγουσ'* lege *λέγωσ'* —— P. 108. v. 348. *βρίβωσιν* leg. *τρίβωσιν* —— ibid. *δήσω'ν* et *τούτου'ν,* quae Elmsleius in Equitibus et Nubibus restitui voluit, prorsus barbara esse censet Reisigius in Syntagm. critico p. 26. —— P. 111. l. 12. a fine lege *τοσουτονὶ*

—— P. 120. l. 10. a fine ἔνδον leg. ἔνδον —— P. 122. v. 415. de utraque scriptura, *Χολλεῖδαι* et *Χολλῖδαι*, vid. Taylorum et Marklandum ad Lysiam p. 481. —— P. 125. v. 427. l. 8. *ας τουτὶ* leg. as *τουτὶ* —— P. 145. l. 10. add. scholiast. ad Pacem 510. —— P. 148. v. 545. accedat Kiddii (ad Dawes. p. 618.) coniectura *ἐρεῖ τις; οὐχρῆν. ἀλλά τι* [sic] *οὐ χρῆν; εἴπετε.* —— P. 150. l. ult. *exaciantur* leg. *exasciantur.* —— P. 165. v. 617. Hoepfnerus ex coniectura edidit *ἤδη πεπρέσβευκας οὐ πολιὸς ὢν ἔτι;* —— P. 166. v. 619. In loco Sophocleo Philoct. 491. *Τραχινίαν τε δειράδ', ἢ τὸν εὔροον* iam Piersono placuisse (vid. Musgravii Exercitt. Euripid. p. 1.), fugit Porsonum, Elmsleium, Brunckium, Erfurdtium, alios. Toupii coniectura, *δειράδα*, utitur Hermannus in diariis Lipsiensibus a 1813. fol. 270. p. 2159. ubi eandem formam Euripidi (Iphig. Taur. 1207. ed. Seidler.) restituendam esse censet. Non magis animadverterunt Tragici editores, quae de Trachin. v. 292. ex Scaligeri schedis a Valckenario secum communicata ibidem attulit Musgravius. —— P. 171. v. 637. *κἀπειδὴ τοῦτό τις εἴποι* ex A. C. Rav. dedit Elmsleius. —— P. 172. v. 647. *ηὕρετο* Elmsleius et infra v. 1050. *ἄνηρ ἀνηύρηκεν.* Vide Lobeck. ad Phrynich. p. 140. —— P. 178. v. 678. vid. not. ad schol. —— P. 181. v. 691. Lobeck. ad Phrynich. p. 358. —— P. 182. v. 694. Lobeck. l. 1. p. 122. —— P. 188. l. 6. *Τανάργας* l. *Τανάγρας* —— ibid. not. y) add. Ruhnken. ad Vellei. Paterc. p. 15. qui prior edidit locum ex Orione. —— P. 192. l. 3. *Ἠλεῖν* leg. *Ἠλεῖον* —— P. 197. not. k) l. 2. *ἀμὶν* leg. *ἀμὶν* —— P. 198. v. 753. Lobeck. ad Phrynich. p. 124. —— P. 199. l. 8. *πᾶ* l. *πᾷ* —— P. 200. v. 761. Verba *οἷα δὴ* neque corrupta esse videntur, neque ita intelligenda ut Elmsleio placuit. Breviter dicit Megarensis, quod pluribus verbis dici poterat, *πράττομεν οἷα δὴ πράττομεν.* In Euripidis Heraclid. 627. Matthiaeus edidit *πάρεσμεν, οἷα δή γ' ἐμοῦ παρουσία.* —— P. 209. v. 797. *ὁμογαστρία* G. Burges in Classical Iournal XXXVIII. p. 318. —— P. 210. l. ult. *καὶ τὸν Ποτεῖδα* l. *ναὶ τὸν Ποτεῖδα* —— P. 225. not. u) l. 5. l. *immersus.* —— P. 226. not. q) Lobeck. Phrynich. p. 262. —— P. 231. l. 8. *ὀνιθίας* l. *ὀρνιθίας* —— P. 233. not. c) Lobeck. Phrynich. p. 39. —— P. 238. v. 912. Vulgari interpunctione *ἐγῴδα. τοίνυν συνοφάντην ἔξαγε* utitur Lobeckius ad Phrynich. p. 342. ut ostendat *τοίνυν* initio orationis poni. Quod vereor ne a veteribus scriptoribus alienum sit. —— ibid. not. l) De *ἄπερ*, a Berglero commemorato, vide

quae ad Lysistr. 1315. afferentur. —— P. 242. v. 928. Lobeck. ad Phrynich. p. 300. —— ibid. v. 930. Lobeck. l. l. p. 492. —— P. 247. v. 941. De Cratini versu v. Porson. Adversar. p. 285. —— P. 259. v. 1011. in eandem cum Reisigio coniecturam incidit Lobeck. ad Phrynich. p. 39. —— ibid. l. 22. ἐλάδας l. ἐλᾴδας vel potius ἐλᾷδας. —— P. 300. v. 1236. Lobeck. ad Phrynich. p. 100. —— Ceterum Elmsleius ubique omisit iota infinitivis in ᾶν et nominativis Atticis tertiae declinationis, *Μεγαρῆς*, *Χαιριδῆς*, al. vulgo subscribi solitum: ὅτι scripsit, non ὅ τι vel ὅ,τι: ποὖστιν, non ποῦ ᾽στιν: ἀ᾽νὴρ, ἀ᾽γών, al., non, ut Blomfieldus et alii, ἀνὴρ, ἀγὼν etc.: τῇ᾽κκλησίᾳ, τῷφθαλμῷ, τῷχλῳ, al., non τῇ ᾽κκλησίᾳ etc.: ὦ᾽γαθοὶ, ὦ᾽νθρωπε, non ὦ᾽γαθοὶ, ὦ᾽νθρωπε. Haec et alia huiusmodi accuratius indicabuntur in Varietate scripturae.

IN VESPAS.

P. 308. v. 3. Elmsleii emendationem confirmare videtur Phrynichus in Bekkeri Anecdot. I. p. 47, 29. *κακόν τι σαυτῷ προὐφείλεις: ἐπί τινος κακόν τι λαβεῖν ἐπιοπωμένου.* —— P. 318. not. m) Lobeck. ad Phrynich. p. 612. —— P. 322. v. 82. Blomfieldo ad Aeschyli Sept. c. Th. p. 115. *φιλόθυτον* scribendum esse videtur. —— P. 336. v. 151. v. Burgesium infra p. 570. Lobeck. ad Phrynich. p. 336. —— ibid. v. 155. Elmslei. ad Acharn. p. 73. —— P. 346. l. 11. a fine *σίδων* l. *σίδιον* —— P. 347. v. 220. Bentlei. Opusc. p. 296. —— P. 355. v. 260. Elmsl. ad Acharn. p. 208. —— P. 356. v. 264. Lobeck. ad Phrynich. p. 52. —— P. 360. not. c) Lobeck. l. l. p. 323. —— P. 366. v. 312. Elmsl. ad Acharn. p. 103. —— P. 376. v. 357. Vid. Albert. ad Hesychium T. I. c. 1543. —— P. 390. v. 403. Hunc versum Reisig. I. p. 205. tacite sic correxit

ὥστ᾽ οὐ δυνατόν σ᾽ εἴργειν εἴσω· τὰ τοιαῦτα ποιήσομεν ἡμεῖς.

—— P. 394. not. e) Lobeck. ad Phrynich. p. 331. —— P. 395. v. 425. *κολαζόμεσθα.* Vid. Heindorf. ad Platonis Protagor. p. 516. —— P. 403. v. 461. „Fortasse *οὐ πολλά γ᾽ ἔστι*“ —.

Kidd. ad Dawes. p. 617. —— P. 406. v. 477. Elmsl. ad Acharn. p. 102. —— P. 407. l. 4. a fin. *βεκρωκότες* l. *βεβρωκότες*. —— P. 424. v. 550. 551. Philocleoni tribuit Hermannus de metris p. 315. —— P. 428. v. 578. *ἥδην* Elmsl. ad Acharn. p. 37. —— ibid. *ἀπόφυξις*, antiquior forma, de qua Lobeck. ad Phrynich. p. 726., non est dubium quin praeferenda sit in anapaestis. —— P. 438. v. 622. Recte habet *χὐπηρεσίαν*. Eodem modo Erfurdtius et alii errarunt. —— P. 444. v. 655. *ἥδην* Elmsl. ad Acharn. p. 37. —— P. 537. v. 1108. *κηὐρυπρωκτίαν* edd. ante Kusterum, quod Reisigius Syntagm. crit. p. 31. dubitat an Kusterus male mutaverit in *κεὐρυπρωκτίαν*. —— P. 552. v. 1208. Vid. Hermanni Elem. doctr. metr. p. 128. et Gaisford. ad Hephaestion. p. 69. —— P. 570. v. 1267. „Malim, *τοῦτ' εἰ σὺ δρώσεις, παραπολεῖ· βοώμενος φήσει γὰρ —.*“ *Porson.* apud Kidd. ad Dawes. Miscell. p. 511. —— P. 592. v. 1380. Fort.

οὐκ ἄπει σύ; ποῦ 'στι, ποῦ 'στιν
Ἡλιαστής; ἐκποδών.

LIPSIAE
IMPRESSIT BENEDICTUS GOTTHILF TEUBNER.

LGr
A716I

Aristophanes
Comoediae; ed. by Invernizi. Vol.7.

21433

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED